IOANNIS BAPTISTAE MASCVLI NEAPOLITANI E SOCIETATE IESV.

DE INCENDIO VESVVII excitato xvij. Kal. Ianuar. anno trigesimo primo sæculi Decimiseptimi.

LIBRI X.

Cum Chronologia superiorum incendiorum; & Ephemeride vltimi.

Ad Illustrissimum, & Reuerendissimum Dominum D. PETRVM ALOYSIVM CARAFAM Episcopum Tricaricensem, & Nuncium Coloniensem.



NEAPOLI M.DC.XXXIII.
Ex Officina Secundini Roncalioli.

Cum facultate Superiorum.

EGO Carolus de Sangro Societatis Iesu Prouincialis in Regno Neapolitano, potestate ad id mihi specialiter facta ab A. R. P. N. Mutio Vitellesco Præposito Generali eiusdem Societatis Iesu, concedo facultatem, vt liber de Incendio Vesuuij à P. Io. Baptista Masculo nostræ Societatis Iesu compositus, & eiusdem Societatis grauiũ, doctorũq; hominum iudicio approbatus, in cõmunem, publicamq; vtilitatem typis mandetur. In quorum fidem has litteras manu nostra subscriptas, sigilloque nostro munitas dedimus. Neapoli 30. Iul. 1633.

Carolus de Sangro Prouincialis.

R. Adm. P. Ioannis Baptistæ Masculi Vesuuius Mons deflagrans, atque in cinerem ardentissimum resolutus, stylo describitur tã elegãti, tã lepido, salsoq. vt, veluti proprio ex cinere exurgit rediuiuus Phœnix florentior, ille viridantior reuiuiscat ex incendio, nitidior ex auctoris ingenio, atque ex flammis plus illi manarit lucis, & gloriæ, quàm Campanis detrimenti; extinctus enim ille sibi in Campania, viuet in orbe terrarum in Masculo, non minus in soluta oratione, quam claro in Lyra. Itaque imprimi, ac diuulgari posse censeo, atque plus ex eius lectione hauriri iucunditatis, quàm, dum deflagraret, incussit furentis aspectu formidinis, ac timoris. Datum Neap. prid. kal. Octobris 1633.

Felix de Ianuario S. T. D. Dep.

Marcus Antonius Palumbus Societatis Iesu Dep.

Imprimatur.

Felix Tamburellus Vic. Gen. Neap.

AVCTOR LECTORI S.



Abes tandem, erudite Lector, libellos, quos de vltima Vesuuij conflagratione conscripseram; qui quamuis agerent de flamma, tamen diu caruerunt lucē, quia splēdore carebant argenti. absolutum erat opus, sed pro typis soluendo non erat. quamobrem apud me latebant tecti eodem cinere, de quo agunt; quanquam constitueram eos dedicare ipsi Vesuuio, cum amicis dicerem, nulla ratione meliùs edi posse in lucem, quàm si edendi traderentur igni; sed extorserunt opus è manibus, & eripuerunt, vt ipsi aiunt, Palladium è medijs flammis. Iam si tardius ad te opus peruenit, memineris & Vulcanum esse claudum,& me assuetum in tangenda testudine.quid præterea? tam citò nè deleta est memoria eius calamitatis, quæ Campaniam penè deleuit? an non adhuc extant vestigia recentia? sepulta oppida, squalentes agri, sulphuris teter halitus, terræ tremor in vicinia maximè, exacto licet biennio? ita nè isthæc obliterata sunt omnia, vt nullus sit amplius literis locus? cur claudi debent ora dicentium, nondum occluso ore voraginis, adhuc fumantis? quid quòd multa interim occurrebant, quæ ad absolutionem operis magni erant momenti? certè præstolari oportebat rerum exitum, vt ea reijci possent, quæ Pyromantæ vaticinari non desinebant de direptione Italiæ, de pestilentia Campaniæ, de Religionis incommodis, ac ceteris exitijs; de multis etiam certiorem fieri, quæ parùm constanti fama nitebantur. deniq; huic more debetur, si quæ ad incendium pertinent, ea cōplexus sim fortasse cumulatius. *non congruè scribit æternitati, qui scribit ex tempore. serò perficitur, quod fit seriò.* oportuit nitorem, & cultura dare multis, quæ in physicis tractantur incultiùs.conanti verò mihi orationem comere, suffecit abundè cinerem ipse Vesuuius; stylus pro calamistro fuit, quamquam tu nè hoc requiras, vt comptè, ac venustè describatur ab arte tantus Naturæ squalor? vt arrideat tibi oratio plena luctus? certè, si te minùs delectauerit,nihil gratius Vesuuio feceris meo, quàm si ipsum flammis restituas, ac reponas suis. Vale.

ARGVMENTA LIBRORVM, & contextus Operis.

LIber Primus continet descriptionem incendij. narrantur crebri, & maximi terræmotus, horribilis fragor procul auditus; eructatio immensi cineris longè, lateq; statim diffusi; lapidatio; scaturigines ignium; strages hominum, ac brutorum; aquarum eluuio, Campaniæ vastitas, deletio oppidorum, consternatio Italiæ; tum ea, quæ subsecuta sunt, crebri per annum terræmotus, sulphuris subinde teter afflatus, ros siue liquor in Vesuuianam regionem expressus è cœlo melliti saporis.

In Secundo libro ostenditur, qua ratione Neapolitana Ciuitas Vesuuio proxima tot, ac tantis exitijs se subtraxerit. agitur de motu animorum, de pietate, ac religione in Deũ, de liberalitate erga eos, qui ex incendio profugerunt. Deinde de singulari patrocinio sanctissimi Præsulis Ianuarij præcipui ex Apotropæis. ostenditur quanta vis semper fuerit eius sanguinis præsertim in restinguendis incendijs.

Tertius liber continet caussam effectricem cùm terræmotus, tùm incendij, expirationis vis incredibilis ostenditur. tum quæritur caussa resorpti maris, & eluuionis. Deinde an subterraneum incendium excitent Sol, & astra; an fieri casu possit, an arte, an vi fulminis, an collisione lapidum, an alia quapiam caussa. demum nùm probabile sit, communem humani generis hostem incendiarium fuisse.

In Quarto libro agitur de materia incendij. constituitur esse in primis sulphur, ac bitumen. ostenditur vtriusq; natura. quæritur vtri vis maior, præsertim in hoc incendio; reliqua item materia è Vesuuio egesta consideratur, genera cinerum, atq; lapidum. tum quæritur vtrùm ille perfecta metalla contineat, an imperfecta. denique num sciri possit quandiu duratura sit Vesuuij conflagratio.

In quinto libro disputatur de Forma. vtrùm ignis subterraneus sit pars elementi, an alterius naturæ, ac distinctum quiddam in suo genere mistum; ostenditur, esse verum ignem, & cognatum etiam Aetherio, itemque Tartareo, nec tamen è Tartaro erumpere. agitur vniuersè de ortu ignis, de incremento, de interitu, de multiplici vi agendi, quæ oritur ex diuer-

ſitate materiæ,cui commiſcetur; cauſſæq; afferuntur de prodigioſis effectis huius incēdij.Demū agitur de loco ignis ſubterranei,& eius loci ꝓſūditate.

Sextus liber,qui eſt de fine,παράδοξον cōtinet.Oſtendit .n. cū Naturæ vniuerſitatis bonū ſemper ſpectet, huiuſmodi quoq; incendia ad cōmodū, atq; ad ornatum facere. demonſtratur vtilitas,quæ cōfertur in hominum genus ex thermis,ac vaporarijs, quæ non niſi ab igni ſubterraneo ſint. Itē fertilitas agrorum ex cinere. agitur etiam qua ratione poſt incendium excolenda ſit terra, & vinea inſtauranda.

In Septimo libro agitur de arcano quodā fine, quē Deus humanæ ſalutis conſultor prouidus peculiari rōne in his incendijs ſpectet;ſiue ad auocandos à flagitijs homines, expiandoſue;ſiue ad imperiū, quod in res à ſe conditas habet, ac maieſtatem, vimq; Numinis indicandam, ſiue alio conſilio id faciat; ac propterea ſparſi per orbem terrarum ignes huiuſmodi enarrantur, atq; numerantur.

Octauus liber continet cùm præſenſiones,tū maximè prognoſtica huius incendij;reijciuntur Aſtrologorum minæ, aliorumq; Phyſicorum de hoſtiū in Italiā incurſione,de religionis mutatione,de peſtilentia, de phreneſi,ceteriſq;exitijs.in primis illa Mundi Cataſtrophe,quā in hunc annū recidere minabantur,exploditur.oſtenditur,ſuperiora quoq; incēdia nihil horū ſignificaſſe,ſed in ea exitia caſu incidiſſe,cōmunes eſſe temporū exitus,atq; euentus in vtramq; partē, & mala commiſta ferè ſemper eſſe cum bonis.

In Nono libro Collatio fit vltimi huius incendij cum ſuperioribus; & quid in quoq; triſte,calamitoſumq; contigerit, expenditur.concluditur ex cōcurſu aliorum exitiorū, cuiuſmodi fuit ingēs eluuio eodē tempore facta, hoc incendiū aut nulli ex ꝑteritis cedere,aut fuiſſe omniū calamitoſiſſimū.

Decimus liber continet Topographiam ipſius Veſuuij, hoc eſt loci deſcriptionem. commemorantur antiqua in eius iugo delubra, Dijq; culti, tùm menſura montis deſcribitur. oſtenditur Veſuuius alius vel magnitudine,vel venuſtate, vel ingenio loci. Quæritur vtrùm hic mons, vt de Aetna quidam ſuſpicati ſunt, primò extiterit ex immenſo cinere egeſto, atq; lapidibus; an potius eius ortus repetendus ſit à cunabulis Mundi? præterea cur cum illo collati ſint, ſapientum iudicio, Aetna, & Athos? Agitur etiam de ſubterraneis eius ſpecubus. Demum quæritur, vtrùm ſopito incendio,omnino reſtinguatur inteſtinus ignis, an ſemper reliquiæ ſuperſint?

SCRIPTORES

Quos Auctor in primis consuluit in hoc Opere.

Plato.
Aristoteles.
Pindarus.
Lucretius.
Theophrastus de igne, & de plantis.
Vitruuius.
Diodorus.
Strabo.
Plutarchus.
Iustinus historicus.
Seneca Philosophus.
Plinius vterque.
Dion, & Xiphilinus.
Apuleius de Mundo.
Galenus.
Procopius.
Cassiodorus
Turnebus de calore.
Augustinus Niphus.
Albertus Magnus.
Georgius Agricola
Vannucius de Pyrotechnia.
Cardanus.
I. C. Scaliger.
Gaspar Contarenus de Elem.
Andreas Baccius de Thermis, & vinis.
Andreas Cesalpinus de Metallis.
Simon Portius de conflagr. agri Put.
Andreas Libauius.
Ludouicus Septalius in Hip.
Gabriel Fallopius de bal.&met.
Michael Sauanarola de bal.
Reinerus Solenander de cal. fon.
Stephanus Roder. Castrensis de Microc.
Et complures alij tùm Physici, tùm Historici.

IO. BAPTISTAE MASCVLI
DE INCENDIO VESVVII
Liber Primus.
CONTINENS
NARRATIONEM.
AD PETRVM ALOYSIVM CARAFAM.


Vid miramur (Præſul Illuſtriſſime) turbari hoc tempore tã hoſtiliter in hominum vita , quando turbatum eſt tam immaniter etiã in Natura ? verſaris tu quidem iſtic inter incẽdia Germanici belli, ac fortaſſe dũ reſpectas Italiam , atquè hanc potiſſimum oram, nunc maximè felicem appellãdam putas,tanquã ab ea flamma liberam;quid nos interea ? viuimus ? ſed intermortui . ſpiramus ? ſed intercluſo pœnè ſpiritu,operti fauilla. ardet,ardet etiam Italia , vel mihi crede, vel cineri . conflagramus in huius regionis buſto . euaſimus ferrum deuoti flammis , effugimus campi puluerem reſeruati Campaniae cineri. funerata pęne patria eſt propiore flamma quàm Getica . hic accenſa ſubitò cum ſuffimentis ara eſt , apud quam hæc vrbs veluti victima vno ictu concideret ; ſed ne iugularetur, alterius è iugulo effuſus olim pro religione ſanguis effecit . parum abfuit,quin notior fieret Parthenope noſtrùm omnium ſepulcro,q̃ ſuo.viui cineres vix ſupſumus inter flãmas emortuorũ fauillæ. Sed,vt video, iã accepiſti hæc ab alijs.(quæ gens,ac natio tãti ignara caſus?aut cui nõ auditus ille cõ

L. Florus Veſuuium arã vocat.



cussæ Naturæ fragor? quota pars Europæ caret nostro cinere?) accepisti, inquam,&, qua es in patriam charitate, non modò exhorruisti, sed nostris ingemuisti malis. verum enimuerò quoniam de his omnibus fortasè vberius,atquè distinctius dici voles, obsequar voluntati, atquè immanissimam flammam quibus potero verbis depictam mēti tuæ subijciam; nam quòd cinis ipse, qui quolibet cursore velocior regiones quātumuis longis interuallis discretas statim peruasit, istuc calamitatis nuncium non attulerit, nec regionem istam fœdarit, non est admodum mirum; quid enim æterno Cæsaris Imperio, & immortali gloriæ commune cum cinere? Res autem ipsa me admonet, vt de his ad te potissimū scribā, nempè ad eum, qui diuinarum rerū cognitionem tenet, de Dei vi, ac potestate in commouenda, cum lubet, concutiendaquè Natura, & ad philosophicis disciplinis excultum de caussis incendij, & ad ciuem de nostris incommodis. displicet quidem in re tanta me narrationis leges seruare vix posse; nam nequè breuis esse poterit, quæ est de tot malorum concursu, de fauilla longè, latèque diffusa; neque dilucida, quæ est de extincto die, ac Sole nobis erepto; neque distincta, quæ perturbationem Naturæ, & chaos quoddam continet indigestum, (quanquam omnia digerente flamma)igni, terra, mariquè confusis; neque admodum probabilis, quæ res tam prodigiosas, tam incredibiles, de atrocitate, de vi, atque impetu flammæ, de vastatione oppidorum, de strage, de eluuione, de inauditis exitijs refert; neque tenui, pressoquè stylo, in qua nihil tenue dicitur,præter celsi Montis cacumen tenuatum iam, atque depressum; quæ tamen ipsa tenuitas, ac paruitas cum magnitudine calamitatis est coniuncta.

Scilicet nimis felix videri poterat; ac rerum humanarū fastigium excedere tam prospera, tam æquabilis fortuna Neapolitani Regni. ardebat, & nunc ardet, vt vides, maximè

ximè prope tota Europa bello, at non modò funesta fax huic regioni non adhæserat, sed ne scintilla quidem tanti incendij ad nos peruenerat. pestis immanis florentissimas vrbes depascebatur, at nos incolumes præterierat; cū ecce improuisa calāmitas. Vesuuius ille mons vrbi proximus, cui vni licet immortale sibi comparare nomen ex cinere, cum maximè sopita flamma quiescere videretur, excitatus, vt arbitror, classico Martis, quo nunc tonat in campo, & fragore, quo hic obstrepitur legendo militi, repente concussus immugijt primò, tùm immanem aperiens hiatum igni Campaniam est depastus; Italiam verò reliquam, ne dicam Europam, si minus hausit flamma, exterruit certè mugitu, fremitu, coruscatione, tonitruis, inuoluit caligine, obtexit cinere. nimirum vetera illa incendiorum quasi semina, quæ latebant sopita sub cinere, fortuna reflans, vel, ut verius dicam, diuina seueritas irritata nostro scelere suscitauit. obducta diù montis cicatrix bituminosam reuomuit saniem: quippe in magno vulnere, præsertim non semel repetito, interdum illa ipsa, quæ consanuerant, recrudescunt; sed ò rem miram; tanto vulneri non est alia, vti dicemus, inuenta medicina, quàm sanguis ex vulnere. Iam hoc incendium tantò clarius est, quantò fuligo tetrior, atq; obscurior. huius camini eò peruasit fama, quò fumus, quāquam hic creuit eundo, non illa; minus enim fama fert, quàm nos tulimus. nostra calamitas non aliam requirit linguam, præter eam, quæ in tetertima nube micuit igneam, vibrās, trisulca; non aliam vocem, præter ingentem illum Vesuuij fremitum, quo percellens Italiæ vrbes intonuit longè. videt Vesuuius non æquè ab alio prodi posse se Mundo, atq; à se ipso, vel fragore, vel cinere. iccirco in illo incendio sub Tito, vti narrant, ex huius Montis vertice auditus est sonitus tubæ, vt ostenderet, se alieno non egere præconio ad famam; satis canorum se ipsum calamitatis esse præconem. iccirco tùm eum, qui de ipso scribere

Lib. 2.

Dio. in Tit.

voluit, extinxit; neq; .n. Vesuuij memoria ita viueret in historia, vt nunc ab extincto viuit historico; maius ille sibi comparat nomen calamitate, quam calamo. aggrediar tamen ad scribendum, atque conabor in tanta licet elementorum permistione, & quadam confusione Naturæ, ordinem aliquem in narrando seruare. Ac primò quidem atrocitatem cladis, atque exitij magnitudinem ante oculos constituam; deinde quibus pręsidijs sit à nobis in hac vrbe itum obuiam flammæ, indicabo; quo in genere dicentur à me, quæ vel actione magna sunt, vel mira prodigio. tum caussas ipsas inuestigabo, ac philosophiæ fontes aperiam, modò illos Vesuuius non obstruat, vt ceteros hoc tempore obstruxit. præterea hoc vltimū cum supioribus incēdijs, quę aliàs varijs temporibus à Vesuuio excitata sunt, conferam; præsensiones quoque, ac præsagitiones Mathematicorum ad veritatis, ac religionis trutinam examinabo; postremò, cum primùm Vesuuius abstersa fuligine sui visendi copiam fecerit, loci naturam, formamquè describam. quæ verò dicentur, ea vel oculati vidimus, vel ab ijs accepimus, qui è medijs elapsi sunt flammis debilitato quidem corpore, sed integra fide viri; ac tantum abest, vt quicquā dicendo addam, vt multa consultò præteream, quæ cum videri possint incredibilia, rumore tantum, non constanti fama nituntur. nam quæ vniuersè de incendij magnitudine, de vastatione regionis, de ceteris exitijs dicētur, ea tam certa sunt, q̄ incerta fuit, ac dubia in tāto Naturæ conflictu nostra salus, ac vita. hac vna prope in re mentiri nemo potest, vt velit, teste Cœlo quod palluit, Mari quod arsit, Parthenope, quæ contremuit, Italia quæ cohorruit, teste in primis, nisi sepulta iam esset, ipsa Campania, vno tantum, qui certior esse solet, non teste calamitatis, Sole, qui latuit.

Propositio rerum dicendarū.

Vastitas Italiæ. Annibali repræsentata.

Et quoniam mouetur interdum, ac vehementius pellitur animus imaginibus rerum, ecqua tibi specie repræsentare

tare

tare melius potero Campaniæ vastitatem, quàm ea, quae olim est Annibali repræsentata, Italiæ. Narrat Silenus in Græca historia, Annibalem, cuius non modò vigiliæ, sed etiam ipsa quies hostilis populo Romano fuit, cum Sagũtũ cœpisset, visum esse in somnis à Ioue in Deorum conciliũ acciri, iussum autem Italiam delere, atque vastare, interim nullo modo respicere, quæ retro fierent; illum autem id diutius facere non potuisse, elatumquè cupiditate respexisse; *tum visam belluam vastam, & immanem, circumplicatam serpentibus, quacumquè incederet, concitato impetu omnia arbusta, virgulta, tecta peruertere, atquè obuia quæquè proterere; postquè eam magno cum Cœli fragore erumpentes nimbos, lucemquè caliginosis inuolutam tenebris; tum ipsum attonitum quæsisse de Duce, quidnam esset illud monstri, quiduè portenderet; atquè hunc respondisse, Vastitatem esse Italiæ. tum iterum præcepisse, vt pergeret protinus, quid à tergo esset, ne laboraret.* Ecquis igitur est, qui hoc tempore cum videat non modò arbusta, virgulta, tecta peruersa, sed vastata tot oppida, atq; deleta, tãtã brutorũ, atq; hominũ stragẽ, magnã Europæ partem exterritam quà tenebris, quà fragore, quà cinere, non multò tetrius, atque immanius sibi spectrum fingat, ac dehiscentis Vesuuij flammam circumplectentem Campaniæ regionem, absumentem omnia, & vorantem, belluam dicat? apud Memphin certè ij, qui sapientes habiti sunt, ignem effingebant non alia forma, quàm immanis belluę hianti ore, atque flammanti. hanc verò ipsam belluã effingas etiam licet circundatam quasi serpentium spiris, nam & flammam non rectà ferri, sed ingentibus voluminibus per agros serpere vidimus, vt Aetnæa dicitur anguis more proserpere, & in ipsa nube quasi draconum circumuolutas formas; linguasquè vibrantes; nec Vesuuius, præter ignem, Dracone caret suo, fluuio scilicet eius nominis. hanc appelles licet Campaniæ Vastitatem, quanquam si Italiæ dixeris, quam multis affecit incommodis, magis

Cic. de Diu. *Valer. Max.*

Horus.

Fazzella

Procop. l. 2. de Goth.

for-

fortasse verum attigeris. Atquè illud accedit tot exitijs, quod non vno terremur monstro, sed altero multò tetriore; est id quoque biceps, ne Vesuuio cedat, ex Luthero videlicet, Caluinoquè conflatum, & ipsum tot circumplicatum anguibus, quot impiæ sectæ sunt. hanc tam immanem, tetramquè belluã Romanarũ legũ cõstrictam catenis Cæsar tenet, quæ si posset hoc tempore (obruat Deus omen ipso Vesuuij cinere) septis dissipatis, atque perruptis erumperet è cauea septentrionum, in nosque impetum faceret. Deus immortalis, quantum apud nos flammarum erupit, & adhuc ab ipsis niuibus Aquilonis timetur incendium. quantum vidimus cineris, & alio nos hostes impij terrent cinere; ac Vesuuiana quidem flamma multis delubris mirè pepercit, illa verò hostilis his maximè minitatur. Sed quoniam hoc monstrum, atque spectrum adhuc procul, & à tergo est, quod diris omnibus execratum breui spero fore mactandum, possum quoquo modo, vt Annibali est imperatum, non respicere; hoc autem quod ante oculos est propositum, cuius vi, sæuitiaquè lacerata Campania ante pedes iacet, quì potero non intuendo perhorrescere?

Martyr. Roman. Sed nè te longa expectatione diutius teneam, xvij. Kal. Ian. quo die in sacris fastis (est hoc plane dignum, quod animaduertas) tres illi adolescentes ritè memorantur, qui ob veri Dei cultum à Babylonis Rege in caminum iniecti sunt, hoc inquam ipso die, qui ob oculos ponit fornacem illam nõ semel accensam, Vesuuius nobis multò maiorem, & horribiliorem accendit, in quam non tres tantùm, sed tria millia, & amplius hominum sunt coniecta; qui Vesuuius iam sibi descripserat ad incendium etiam huius vrbis partes, nisi, vt tunc adolescentibus illis inter flammas imago visa numinis tuentis, ac tegentis, ita nobis inter cineres, quibus cooperti eramus, Ianuarius, qui præcipuus inter Apotropaeos est, vel ipsa sui specie, vt nonnulli testantur, præsens, vel certè vi, ac potestate præsto fuisset.

Nota de die incendij.

quod

quòd autem Græci postridie quam Latini de Babylonia illa pyra meminerint, etiam ad rem nostram facit, quippe vtroque die Vesuuius caminos protulit nouos. Sed illud quantum habet admirationis? quod non nisi diuino nutu factum videtur. eo die Vesuuius exarsit, quo die stato anniuum Ianuarij sacrum intermiserat obliuiosa posteritas, quod Maiores nostri memores beneficiorum, atquè in primis restincti non semel incendij ritè decreuerant, sed sopitam memoriam hoc ipso die Vesuuius quà terremotibus, quà mugitibus, quà nubis accensæ tonitruis suscitauit. Incidebant in eos dies Saturnalia, quibus ætatis illius aureæ apud veteres memoria repetebatur, nos ferream vidimus, tanta vis quasi ferrei lapidis è Vesuuij venis erupit. vidimus & ignis vi, qui obliquè ferebatur, tanquam Saturni falce demessum quicquid erat in Campania pulchri. Et parabamus tùm inclinãte Decembri nostro Liberatori cũnas, cum parabatur nobis à Vesuuio rogus. Natalitia nè egimus, an Cineralia? hæc potius multò ante præuenimus, ordinemquè temporum planè peruertimus. nondum è capite absterfus erat cinis, quem Vesuuius ex ardenti cratere acceptũ iniecerat, cum altera ritè Cineralia egimus. multum vero absunt prima illa nostri Vindicis natalitia ab his vltimis. non præluxit stella natalis, sed exarsit flamma fatalis; non purum splenduit Cœlum, sed pluit coenum; non vineæ germinarunt Engaddi, sed exusti agri, & vineta regionis; non nitidi fons olei fluxit, sed torrentes atri bituminis; quod item oleum vocant dimanans è petris; non Sole triplici illustrata nox est, sed vnum ipsum, quo fruimur, subitò nox eripuit. agebantur ad Dei cunabula ritè adornanda dies nouem, cum egimus funeratæ Campaniæ nouendiales. deniquè nihil prima illa natalitia cum his habuere commune, præter necem (vt cetera nunc omittã) infantium.

Baronius Menolog. Græc.

Anno 1440. Vide in nostra Chron.

Atquè vt rem ipsam à capite accersam, nocte intempesta

ſta ante eum diem, quem initio dixi, commoueri Veſuuius in vicinia maximè viſus eſt, deinde immurmurare etiam cœpit, & tanquã inſuſurrare auribus neſcio quid ferale; motu mox concuti crebriore. metus is fuit, qui eſſe ſolet nemine ſuſpicante grauiora. fragor primò fuit huiuſmodi, qui fit mola truſatili, atquè verſatili, quo videlicet indicare videbatur Veſuuius verſare ſe machinamentum aliquod, atquè agitare ſecum illud, quod parabat, exitium; & ſanè hic ipſe poſtea inter incommoda cetera obſtructis cinere aquæductibus, molas ipſas ad frumentum terendũ inutiles reddidit; vt quoniam hanc vrbem diuinitus tectã incendere non poſſet flamma, certè incenderet fame, ſiue vt eſſet nobis tantùm ille moerentium panis, qui eſt apud

Pſalm. 101. ſacrum vatem, cinis. nec mirum; nam molares etiam lapides ingentes Veſuuius proiecit, quorum nõnulli forma molam ipſam præferebant: molere igitur quodammodo viſus eſt, nec tamen ad vitam, ſed ad perniciem. nobis verò illud de vindicis Dei ſeueritate ab antiquis ſcitè dictum re-

Plutarchus. uocauit in mentem. *ſerò molunt ſuperùm molæ.* nempe & ſapienter ex ijs quidam, ac verè dixit. *lentõ gradu ad vin-*

Valer. Max. *dictam ſui diuina procedit ira, tarditatemquè ſupplicy grauitate compenſat.* Iam ſummo mane malum peperit, quod no-

Prima ignis eruptio. ćte parturijt, quod ſæculo ſuperiore conceperat. horrendũ in modũ intremuit, infremuit, obiſcem, qui primus occurrit, vi ſpiritus, atq; flammæ defregit, & fragmẽ, immò partem ipſam ſui, egeſtaſq; moles in altum iaculatus eſt, quæ ſuoptè pondere collapſæ, & ſe comminuerunt, & ſubiecta, quæ per iugum erant armenta, obtriuerunt. Interea cernimus ex ea montis parte, quæ inter verticem eſt, & radices, nondum.n. ignis euaſerat in cacumen, fumidam attolli nubem, hanc ſubitò aſſurgentem, Solem, qui oriens purus affulſerat, ſubitò cadentem, inuolutus quippe fuligine primum nitorem ſui ſideris condidit, mox lucem omnem fœdauit cinis. attollebatur porrò nubes in pini ſpeciem;

nam

nam longiſſimo veluti tractu euecta in altum quibuſdam ramis diffundebatur, quia videlicet recenti ſpiritu elata, deinde paullatim ſeneſcente deſtituta, ſuo quoque victa pondere in latitudinem ſe ſe explicabat. cum pini formam vidimus, ſtatim agnouimus Pliniana tempora; intelleximus, ac præſenſimus; quod genus fructus editura eſſet arbor ominoſa; quippe nux ipſa flãmã imitatur lacunatis in turbinem toris, & reticulato opere circumductis. pertimuimus in primis ſignificationem irati Numinis, & exitiũ minitantis. venit enim in mentem Crœſi Regis, qui cum Lampſacenos haberet minus obſequentes, interminatus eſt, ſe illos in morem pini arboris extriturum; qui cum inter ſe quærerent, quid tandem ſibi eiuſmodi minę vellẽt, audierunt à peritis, eo ęnigmate vltimum denunciari exitium, atquè cladem; propterea quòd pinus ſemel exciſa nunquam repullulaſcat. ita Lampſaceni exterriti ſtatim dedidere ſe Regi; quæ morum commutatio, vti dicemus, & nunc facta, cedente Dei minis hominum peruicacia. porrò hæc pinus, vbi in immenſam altitudinem excreuit, irrigata bitumine, vt viſa per quietem Aſtyagi Cyri vitis obumbrans Aſiam, ita ramis ingentibus occupauit Europam; eadem vero impulſa ventis, atquè conuulſa, cum mortalium ceruicibus incubuiſſet, quas ſtrages ediderit, quam multos oppreſſerit caſu, mox dicetur.

Nubis enaſcentis deſcriptio.

P. Valer.

Staphylus apud Diogenianum. Suidas.

Receperat ſe hoc tẽpore incommodę valetudinis cauſſa in Herculani agrum (oppidum eſſe ſcis apud Veſuuium ſatis amplum ſalubri Cœlo) Neapolitanus antiſtes vnus è purpuratis Franciſcus Boncompagnus Gregorij XIII. hierarchæ nepos. pculſi metu aulici denũciant periculũ, videt inuolui omnia fuligine, Cœlũ obrui fumo, diẽ eripi. potuit hũc, quo flagrat amore ac ſtudio ſapiẽtię, cupido inceſſere propius accedendi (fretũ p̃ſertim innocẽtia vitæ) vt fontẽ ipſũ ſpectaret incẽdij, vel certè ex ipſis ędibus, q̃bus pœnè vnis pepercit ignis, rei exitum præſtolari. Sed maior cura

B coque-

coquebat animum. Neapolim aduolat studio consulendi suis: legerat in illo cinere Vesuuiano, qui olim etiam Bizantium peruasit, purpuratum ipsum imperatorem Leonē posita, quà ferocitate nominis, quà maiestate imperij è regia in templum confugisse, ac se, suosque sanctissimi Mamantis, qui, vti Ianuarius, pro religione profuderat sanguinem, tutelæ commisisse. legerat, quid accidisset, præter historiæ scriptorem, flamini cuidam olim hæc temerè tentanti. is, cum Vesuuius suo more flammas euomeret, cum ciuitas in summo esset exitij metu, atquè luctu, quo tempore à se, suisquē deprecari calamitatem debuisset, nec ab aris decedere, atquè templis, aggressus est inuestigare prodigium; montis iugum ascendit cum infulis, cæteroquè ornatu sacrorum, relictaquè ara propitij numinis, accessit ad aram irati, quæ non arderet thure, sed sulphure. quid tum? amisit vsuram lucis, vt cerneret flammam. hac erumpente absorptus iam non sacerdos, sed victima, nec tamen ritè mactata.

Procopius Sigonius.

Petrus Dam.

Iam oppidani, ac pagani turmatim concurrunt Neapolim, non vt viuant, sed vt communi sepulcro condantur. interrogati ecquid ostenti sit, responsum dant nullum, prorsus attoniti malo, atquè obstupefacti prodigio. Interea dies adoleuerat, vel potius decreuerat, occupante latè omnia tetra fuligine. perpetui porrò globi fumi, ac cinerei turbines alij alios complectebantur. candicabat modò à Sole nubes, modò maculosa, modò atra, sordidaquè squalebat, & quadam voluminum reciprocatione collecta horrendum spectaculum edebat. cerneres quasi specus ingentes introrsum recedere, aut in spiras conuolui dracones, aut fluctibus collidi fluctus, aut montes imponi montibus, aut in immanem altitudinem excitari turrim, vnde esset excidium, non quò perfugium, minabatur verò in primis Græcanicæ turri, cui erat opposita. eadem nubes porrectis, vibratisquè discursibus rupta in longas flammarum figuras

Nubis adultæ descriptio.

figuras dehiſcebat. videbantur inde ignei diſtringi gladij, linguæquè micare flammantes, quę diuinam denunciarẽt iram; tum identidem fatiſcente in rimas plurimas nube, & tãquam impactorum ignium plagis illiſa, edi tonitrua, iaci fulmina, explendeſcere fulgetra; luctante videlicet intra nubem ſpiritu, aut erumpente, aut longiore tractu nitente. hæc deinde tam altè ſubuecta nubes in arenam, cineremq; conſedit. Inter hæc montis murmur, ac fremitus increbeſcere, exaudiri è cauernis horrendi mugitus, atquè tonitrua. expalleſcere omnes, atquè vnà cum tellure communi parente contremiſcere. Egeſtæ impetu vi ſpiritus, atq; flammæ moles, ac rupes, cum in altum protruderentur, deinde ſuo pondere depreſſæ intercurſarent alijs, atquè inuicem ſe ſe colliderent, horribili fragore complebant omnia. vin' ſcire cuiuſmodi fragor ille fuerit? audiri potuit, dici non poteſt. tota pœnè intonuit Italia. teſtor conſternatam metu Apuliam, Samnium, Lucaniam, magnam Græciam; teſtor Venetas regiones, totamquè Illyriam; quæ cum ſe timore belli contra hoſtes armauit, non vidit ſe exardeſcere contra flammam. audiebant tanto licet locorum interuallo, tot dierum itineribus à Veſuuio diſcreti tanquã ex æneis machinis diſploſos ignis vi globos, coruſcante Cœlo. exiſtimabant claſſem noſtram committi cum Turcica. nec mora. tribunus contrahi militem iubet, arma capere, in procinctu eſſe, ad nutum paratum. progreſſuri propè iam erant in puluerem, vt dicitur, atquè Solem, cum extemplò tetra nube operiri Cœlum, fuligine totum obtendi. pluuio cinere omnia conſpergi vident. poterat certè miles prodire in puluerem, videlicet in cinerem, in Solem vero non item; quid de illo factum eſſet, ignorabant; exiſtimarunt in Cœlo, quod erat oppletum fauilla, ſepultum, mox ſe eodem communi Naturæ buſto tumulandos. ſtupefacti omnes prodigio, atquè exanimati arma deponunt, alio ſe armorum genere tegi oportere rati. cum ferrugi-

Fragor quã longè auditus.

rugineum vident cinerem, & quasi sparsam ferri scobem, ferrum abijciunt. exuunt loricam, accipiunt lora, quibus se cædant. qui tubas acceperant bellicas, vltimam nunc cõis exitij metuunt tubã.alia nunc cogitatio;non in campũ egredi, sed ingredi in delubra contendunt, non effundere sanguinem hostilem, sed lacrymas suas, & plagarum crepitu ipsum sanguinem. quæ tunc illorum trepidatio? maior fortasse, quam nostra; quanquam enim nos horroris pleni, at non ignari caussæ. nos metuimus terram trepidam, illi Cœlum iratum, nos fractum, & collabẽtem in se Vesuuiũ, illi fractum, & illabentem ipsis orbem. deniquè tanta fuit suspicio de Mundo iam ruituro, vt existimauerint alicubi compendiaria, quod in subitis naufragijs fit, exomologesi expiari animos debere. Atquè hæc tanta cineris circumquaquè diffusio qua celeritate facta? ipso die, paucis post horis, antequam vrbem hanc incendio proximam cinis attingeret. quibus ventorum elatus alis tam subitò tot millia passuũ peruolitauit?agebatur in primis halitu igneo, quo nubes omnes, & altitudine superabat, & cursu. diei respondit hora; quid quòd statim peruasit Ascruuium, atquè Pannoniam? statim Adriaticum mare, statim Aegęum texit, canescente iam fluctu sine spuma. reportarunt naues nouum mercium genus cinerem, cuius, si mortales prudentes æstimatores essent, compendio nihil vtilius, viderunt tũ è littore maris Aegęi redire vela fœdata cinere inauspicatius,quã cũ atro colore infecta videns Aegeus Thesei pater, filij mortem suspicatus, vt aiunt, in vndas actus est præceps,Euxinum ipsum mare eo perfusum se vidisse nobis nautæ narrarunt. hic quid ego commemorem trepidas Italiæ vrbes, quæ se subito fieri busta mirata sunt? occurrebant sibi alter alteri viatores horribili specie tanquam nuper è rogo excitati, pallidi, intermortui, semiuiui, vel cinere perfusi,vel luto. stupebant, se de Cœlo,quo nihil purius, posse fœdari, & vnde immortalitas speratur, inde

Cineris cursus,& copia.

inde sepeliri. præter hæc afflabantur odore teterrimo sulphuris velut ab ictu fulminis, tonitruis terrebantur, Cœlũ ruere putabant. cum vero marinam etiam arenam depluere viderent. metuebant in terra de Cœlo naufragiũ. sparsa erat velut ad luctam arena, sed quis auderet cum nouis Naturæ mõstris tam tetris, atquè horrendis aliqua ratione luctari? Iam cineris mira varietas, neq; .n. vnũ genus erat, aut color; pallidus alicubi cinis, niger alibi, rufus, lucidus, luridus, leuis, aut grauis, bitumine oblitus, ac ferè instar aheneæ scobis, aut ferreæ, quo etiam ad leuigandũ chalybem vsi sunt. scilicet parum fuerat, tantum vulneris à Vesuuio inflictum esse Campaniae, nisi bellica quoque tela inde haberent, quo acrius ferirent. vidimus eius scobis massas conformatas in globos ingentis ponderis. quin etiã narrant in agro Melphitano pluisse quasi ferro. ita cũ plagam huic regioni Vesuuius intulisset lethalem, ferrum ipsũ, quo vulnerauerat, *insolentius omnibus ostentauit*. minus iam mirabamur, tam crudelem esse Vesuuium, quem videbamus habere viscera ferrea. elucebant ferè in cinere tanquã laminulæ eius lapidis, quem Arabes vocant Talch, quo item nomine stellam appellant, videlicet nitore pellucido, & quasi sidereo, quem is lapis imitatur; sed ominosum id genus spectaculi erat, cernere quasi stellas squalentes in cinere, quo Cœlum ipsum pallescere videbamus. ceterum, quid leuius eo cinere, qui tantum subitò confecit itineris? quid contra grauius, quo insidente tot ædificiorum culmina desederunt, Nolæ maximè, præter ea, quæ comminuta sunt grandine saxorum. lapidatum verò est, non vno die tantùm, vltrà centum millia passuum, nec tamen à fronte Neapolis, nimirum, quia ipsam vis lacrymarum, & pietas emollierat, nihil habuit commune cum saxis. immanis lapidatio bruta, & homines oppressit, arbores deiecit, tecta disturbauit; spoliatæ domus ruptis imbricibus patuere, vel imbribus, vel fauillæ, ita oppleti sunt

Lapidatio immanis è monte.

sunt foci cinere non suo. quasi glandes, ac pilæ è bellicis tormentis emissæ, ita saxa, & cautes cum impetu protrudebantur, cum interim attoniti stuperent omnes, ac propè ipsi lapidescerent metu, nisi colliquescerent fletu. ignita erant saxa; cumquè laberentur in terram, diffracta ignem latentem prodebant; immania erant ferè, ac prorsus enormia, sequè cum ingenti sonitu inuicem collidentia. deniquè lapidum tam sæua tempestas, & grandinatio fuit, vt ipse Mons diffringi, totusquè collabi videretur. obtriti tā multi, vt vulgò prodigiosè dicerēt, riuos sanguinis visos inter lapides, cineremquè decurrere.

Sed redeo ad oppidanos. hi, cum attoniti rei nouitate Neapolim concurrissent, appetente iam nocte, paruæ supellectilis, quam reliquerant, seruandæ studio superante metum, regrediuntur, ignari certè impendentium sibi exitiorum, ac malorum; reclamabat verò Vesuuius, absterrebat eos mugitu, fremitu; abigebat fumo, ipsa commotione sui à se remouebat; sed nimirum incensi erant ipsi amore patriæ, antequam patria deflagraret. Nihil illa nocte tetrius, horribilius nihil. perpetua iactatione quassari solum, interquiescere nunquam, nutare recta, labare parietes. agitabamur velut in cunis, sed metuebamus commune sepulcrum. Mons verò ipse magis, atquè magis infremere, tanquam funda saxa librare, euoluere fuliginem teterrimam, eiectare cinerem. tum nubes immanius horrere tonitruis, ardere fulminibus, intermicare fulgetris, attollere altius fumidos vortices. ea nocte alij deserta Neapoli conscensis equis fuga se tueri posse rati, sed, cum fragore, ac cinere præsertim patens Cælum magis ante oculos inhorresceret, ab itinere destiterunt. alij in planitiem, atquè campum concurrunt, tentoria figunt, subeunt rhedas, & currus, videlicet militari quadam specie, & apparatu belli; sed quæ generositas esse poterat eorum, qui Ducem habebant metum? quì poterant in acie, & campo stare, cum

tota

tota Campania nutaret? hic consternati equi mugitu Vesuuij, horrendum edere hinnitum, exhorrescere seipsos oppletos cinere, excutere iugum refractarij, agitare fugam inter tonitrua, atquè fulgetra. itaquè reditus fit in vrbem. iam templa pro tentorijs sunt, atquè aræ pro arcibus. Esset hoc loco dicendum de incredibili motu animorum, de singulari pietate huius vrbis, de patrocinio quoq; Coelitum; sed quia hæc longiorem orationem requirunt, singillatim postea dicam. Alter illuxit dies; illuxit ne, an exarsit? ita omnia iam cinis oppleuerat noctu; nec destitit fœdare etiam diem. non in vno vrbis loco vidimus Parthenopen sepultam. terra multò, & crebrius, & vehementius intremiscere, atquè infremere: quandoque etiam, licet non tam concito, quã feruido, ac vibrante solo, ianuæ domus, ac fenestræ in primis vitreæ acrius instrepere, tanquam vi quadam externoque pulsu essent adactæ; calamitati, atque exitio fieri aditum diceres, & tanquam hostilem intra mœnia, atque tecta ipsa irruptionem. quid inter hæc oppidani? vbi viderunt se circumsideri flamma, atque arctiora fieri omnia, multi se templis condunt, in fugam se dant plurimi. Lib. 2.

Horret hic animus, ac reformidat retractare dicẽdo calamitatem. obijcitur mihi rursus tetra illa caligo non sine metu noctis æternæ; illa conflictatio Naturæ luctantis, illud in omnium mœrore, ac luctu quasi cõmune iustitium, denique ille squalor horribilis Mundi aut ruentis, aut certè nutantis. Igitur paulò ante meridiem repente immani cum fragore monte concusso, halitus ille igneus, vt liberius respiraret, in ipsum cacumen irrumpit, eluctatur, obicem illum ingentem, quo tanti camini os claudebatur, effringit, euadit; tum copias effert, quibus erat instructus. Enimuerò septem, vt qui diligenter rem obseruarunt, narrant, septem, inquam, ne Nilo, aut camino illi Babylonio septies accenso cederet, scaturigines, torrentesque flammarum Altera ignis eruptio.

in

Vastatio Vesuvianæ regionis

in præceps agi, atquè deuolui, pleni bituminis, pleni sulphuris, misti cinere, ignitisquè saxis. quicquid obuium erat tempestate quadam, ac turbine ignis inuoluere; armenta, greges obterere; per subiecta spatia camporum latè diffundi; arbores, tuguria, domos, turres proturbare, protrudere. ex ijs ignis torrentibus duo rapidissimi, vnus Herculanum, alter Pompeios versus (renata quõdam è cineribus suis oppida, haud scio an reuictura) cum impetu ruunt; ædificia, substructiones, vicinias integras secum rapiunt; domi, foris, in delubris ipsis, quos inueniunt, obruunt; natos, (ò rem miseram) natos, inquam, in sinu matrum, matres in amplexu natorum opprimunt, atque contumulant. cæteri torrentes igniti cineris alij aliò varijs diuortijs deuoluuntur. ac de Herculano quidem, atque Pompeijs (sic oppidum appello vel illud vetus, vel iuxta ipsum) paullò post plura dicam; nunc, quoniã cum ipso torrente cõcitata fertur oratio, per reliqua nonnulla excurram loca. In Octauiani agros, ac domos effusa tempestas ignis nihil ferè reliquit intactum. oppidum id erat amplum, & frequens Medicei Principis, quod nunc tantum vulnus accepit, vt nulla ei possit ars mederi. Sebastianus pagus igneis è monte iaculis immissis ictus est, atq; confossus. in Georgiano apud Cremanum, infausti nominis locum, vastati agri, cremati coloni. Leucopetra à candore lapidis sortita nomen incanduit. Palma oppidum cineris ponderi cessit, & vi flãmæ victa decubuit. alterum, cui à Lauro nomen est, quod certè vnum immune videri poterat ab ictu, saxis ignitis, tanquam fulminibus, percussum. Resinensis ager inauspicati nominis sulphure, resinaque obrutus. Locus est appellationem habens à pastione, sed destinatus depascenti flãmæ, nunc solitudo, & vastitas; ibi incolarum quidam cum alioquì satis essent opulenti, tamen casas inhabitabant, ac pœnè tuguria, non ædes. interrogati cur ita degerent, respondebant, se id facere more maiorum; nempe illi non

βόσκω. pasco

igno-

ignorabant, hunc maximè locum obnoxium esse præcipitanti flammæ. Anastasium oppidulum non longè a Vesuuio in altero cornu, quanquam immortalitati cognato nomine, tamen non sine metu interitus fuit, ac tum verè sibi visum est reuiuiscere: nempè munitum est delubro Virginis Matris, cui ab Arcu nomen; eius ope iacula omnia, quæ illuc Vesuuius è iugo tanquam ab arcu tendebat ignea, contempsit, atque elusit. Porticus oppidum est apud radices montis. enimuero, vt olim in illa Zenonis porticu Marathonia pugna, ita hìc miserrima clades describi, ac depingi potest. quanquam ædibus nostris propè vnis igneus torrens pepercit; nimirum quas ægrorum valetudini honestissimæ, nobilissimæque matronæ beneficentia nuper erexerat. sub illa Stoicorum principis porticu, horridiore, & asperiore quadam disciplina imbuebantur, contra sub hac dedidicit Vesuuius naturam suam ex aspero mitis. noluit videlicet, hac vna pœnè in re pius, tumulare cinere, ac bustum facere perfugium vitæ. summisit quodãmodo fasces nostris foribus tyrannus ignis; proxima loca depopulatus hic substitit. tantò certius diuinum præsidium quantò propius periculum. Finitimum pomarium est, deliciæ huius vrbis, cui nomen indidere mala Punica. in hoc nihil aliud relictum est præter speciem Punicæ vastitatis; nequè enim tantum Scipio in Punica regione vastanda sæuijt, quantum in Punico agro Veseuus; deniquè omnis illa loci venustas euanuit, Punica, vti dicitur, fide. cinis turrim ipsam operuit ad altitudinem palmorũ quindecim, ac paullò post subitò erumpens è cinere, atque è subiectis trabibus flamma reliquias ædium est depasta. fons, qui intra scenam argenteas fundebat vndas bullis scaturiens, & vagus more Mæandri, nunc oppressus latet, nec iam aquarũ, sed cinerum habet vrnam. atqui tam sæuus hostis, cuiusmodi hic ignis fuit, ꝓximas ædes nostras nõ est ausus attingerè, nec ægrè tulit ægris cedere. licet sanè sub hac porticu, Vulgò Granatello.

vel de huius incendij caussis, vel potius cùm de Dei feueritate, tū de eius in nos pietate philosophari. est hic locus, ac regio à veteribus cōmendata candido lacte, nunc apud nos materno Dei vbere. Prope Resinam quoq; fanum, ab Apuliano dictum, Virgini Dei Matri sacrum immune à ruina fuit nō sine admiratione omnium, præcipiti scilicet torrente cineris ignei occurrente, ac deuastante loca finitima, sed sanctissimum verente delubrum. celebrari solet hoc totius Neapolitanæ Ciuitatis conuentu maximo, ipso die reuiuiscentis Christi. nimirum opprimi cinere, & cadere minimè par erat ædificium eius immortalis, & è tumulo surgentis lætitiæ destinatum. longum est ire per singula. supra triginta censentur oppida, præter pagos, ac cetera loca, quorū ferè par exitium. At verò præter Herculanum, Pōpeijs infinita prorsus mali labes. ingens vorago perstringit oculos, quæ excurrit in mare. Enimuerò cum rapidissimus ille turbo, atque torrens bituminis, flammarum, cineris, arenæ, atquè saxorum euertisset oppida, vastasset agros, tria ferè hominum millia diuersis in locis oppressisset, maioribus illis quasi copijs auctus, elatus immani victoria, Campaniæ clade superbiens, validiorem hostem lacessit, latiorem in campum prodit, in ipsum mare prorumpit tanta cum vi, atque impetu, vt alicubi per longum tractum ad quadrigentos, apud Pompeios ad mille ferè passus uiam cōstrauerit, maritimamque plagam effecerit infinita materia opplente gurgitem, idque vestigio pœnè temporis, vt ne Romanorum quidem opes tantum viæ intra pelagus tā subitò moliri potuisse videātur. senserunt pisces æquora nō modo contracta (vt ille ait,) sed ēt exusta, assi & ipsi, vel potius elixi prunis inter vndas ardētibus. nō tā mirū putabamus montē ardere, quā pontum. immensa vis fumi hinc ēt erumpebat, quo Cœlum inuoluebatur. fremebant horrendum in modum fluctus non ventis agitati, sed flamma. intuebamur nō sine horrore in vno cratere maris (sic enim à for-

Vide lib 9.

Noua plaga maritima ex materia ingesta.

Horatius.

à forma hunc sinum scis appellari) multos crateres ignium, quibus efferuescētibus, atq; altè fumum agētibus suspicio nō modo vulgus, sed initiò doctos ēt inuaserat, mare quoq; incendium concepisse. reuocabantur in mentem vetera illa prodigia, cum apud Cyclades eruperunt olim è mari flammæ, ac tantas egessere moles vi spiritus interclusi, vt recēs inde extiterit insula. & cum Herniæ vallem igni sulphureo depascente mare ipsum ad quinquè stadia exarsit. legeramus idem apud Vulcanias insulas aliquando contigisse, discurrente flamma per pelagus; Thrasimenum quoquè lacū arsisse. præterea erat & ille metus iniectus, ne aut Vesuuius ipse molibus immanibus fractis, & soluta compage in semet rueret, eaquè ruina Neapolis concussa concideret; aut serpente, & bacchante flamma sub terra, spirituq; luctante, hiatu aliquo, (quod inusitatum nō erat genus exitij) funditus exsorberetur; deuorauit enim olim eo modo se condens terra Cybotum altissimum montem vnà cum oppido Curite, & Sypolim in Magnesia, & Tantalidē vrbem, & iugum in Aethiopia celsissimum Phlegium; ita quò quisquè doctior, & eruditior, eò illi metus inijciebatur maior. præsertim cum nō procul ab hac vrbe apud Pythecusas Epomeum montem cum aliquando repente flamma erupisset, cū planitie terræmotus æquauerit. deniq; timebat quisquè, ne in abruptum iret, cum ædibus suis, & è viuētium numero viuus auferretur. sed nihil adeò nos terrebat, cū imbri cineris perfūderemur, quā illa Dei cōminatio quondā improbis facta. *Descēdet super te cinis, donec cōteraris.* Illud verò quàm prodigiosum? repentè mare resorberi, recedere visum, littusq; deserere, hærentibus in arena nauigijs. mox verò tanquam irati fluctus, ac se victos ægrè ferētes tanta vi se receperunt, vt proxima ædificia propè demerserint: quod prodigium non in nostro tantum littore, sed in finitimis, immouero longè positis accidit. tecum reputa quantum hæc flammæ tempestas nobis horroris attulerit,

Mare ardere visum.

Strabo.

Plinius.

Strabo.

Deuter. 28.

Mare resorberi, seu recedere visū.

lerit, quam pontus ipse gurgitibus armatus, atque vallatus exhorruit. non ignoras sinum huius maritimæ plagæ appellari à forma Craterem; huic opposuit suum Vesuuius Craterem, sed ardentem, ex hoc transfusa flamma in eum est, vt vtrinque nobis propinaretur exitium. & fuerunt ex oppidanis non nulli minus prouidi, qui nullum præsentius rati à flamma effugium, in mare se coniecerunt, quod videlicet sibi ipsi consuluerat fuga. Hæc cum audiuntur tantùm, aut leguntur (Petre Aloysi) non ne horrore perfundunt animum? quid cum subijciebantur oculis? Pompeijs, vbi maximè vastata sunt omnia, relicta turris est opere, & situ satis munita, nec tamen ideò relicta quasi imbecilliore flamma, immo vero, vt essent qui incredibilem eius vim testari possent. In hanc arcē, qui tuendi se caussa tunc ascēderunt, tanquam ex alta specula narrant ea se intuitos, quæ verbis exprimere nullis queant. obiectum sibi spectaculum prorsus immane, tetrum, atq; horribile, imaginem quandā mundi ruentis. mons ipse vel à sedibus conuelli, vel colliquescere videbatur, in subiectas detonare vrbes, atq; oppida; excādescere totus, atque efferuescere in crateres, quos ignita materia diffusa per montem effingebat plurimos; intuebantur, quanquā præstrictis terrore oculis, scaturigines flammarum, volumina, torrentes, & quendam velut igneū Phlegethontem (phlega..n. Vesuuius iam olim dictus ab ardore incendij) in præceps è monte deuolui, absorbentē omnia, obruentem omnia; tum ingentes rupes, ac fragmina montis per aërem ferri, ab ijs quicquid occurrebat obteri; tecta, parietes, delubra, turres, mœnia; euelli è fibris pceras arbores, cōuelli ipsa nemora, incendi pdia, domos, vicinias, integra oppida in mare, ptrudi, atq; ,ppolui, deniq; deleri patriā, in cinerē labi vna cū suis. poterat qsquis hæc ex illa arce spectabat cum gemitu illud poëtæ vsurpare.

Hæc omnia vidi inflammari,

& illud in primis,

Fana


Hypotyposis incendij.

Diodorus.

apud M. Tull

Fana flamma deflagrata.

Ex hac igitur specula (Præsul Illustrissime) subijce quodammodo tuis oculis spectaculum idem calamitatis. in ipsa cogitatione ardebis dolore, quanquam procul à flamma. intuere ex hac parte decolorem, & exanguem metu Patriæ faciem, ex altera vastationem Campaniæ, totius regionis excidium, exustionem agrorum, euersiones oppidorum, ipsorum oppidanorum interitum acerbissimũ. Quam miserabilis illa species fuit, cum parentes natos, nati parentes inter flammas, inter Vesuuij fremitus vociferãdo requirerẽt, atq; in ipso clamore igneus vapor afflatus spiritum intercluderet; cùm si quis apparebat elapsus, tanquã è rogo reuixisse putaretur; cum Mons à summo præcipitare, ac ruere videretur; cùm in miseros turbo ille Vesuuianus totis viribus incumberet graui odore sulphuris, torrẽte bituminis, iactatione terræ, fragore, fremitu, tonitru, globis flammarum, saxorum ignitorum telis, diluuio cineris, quæ consternatio? quæ perturbatio rerum omniũ fuit? ardente terra, pallente Cœlo, illa mugiente, hoc tonante, sepulta Campania, tremente Italia, obstupefacta Europa prodigio fauillæ, denique nutante, vti videbatur, Mundo. Serpebat porrò ignis obliquo tractu more fulminis, siue falcis omnia demetentis, cuiusmodi flammæ deuolui solere dicuntur ex Aetna, quæ tortuosis voluminibus se se in Mare proripiunt. agri suis amissis arboribus impleti sunt alienis, quæ ferè de Monte deuolutæ iniectæ sunt tanquã in Cãpaniæ rogum. quercus in primis ingentes duæ è iugo actæ præcipites inter Herculanum, & Pompeios egere radices in cinere, occuparuntquè viam, misera tantæ stragis trophæa. quid quòd prædij magna pars auulsa funditus aliò est mirè traducta? quo item tempore apud Herculanũ puteus (quod prodigij loco habitum) flammam edidit, elementis siuè inter sese confusis, siuè conspirantibus ad exitium. sed hæc & alia multa, quæ in hoc genere miranda inu- Fazel.



inusitata, prodigiosa contigerunt, tum pluribus prosequar, cum de huius ignis vi, naturaquè dicam. Quæ verò tunc oppidanorum strages facta? hic etiam illud antiqui poëtæ vsurpes licet.

Lib.5.

Sophocles.

O multa dictu grauia, perpessu aspera.

Strages horribilis, & miserabilis.

Alios quãtũuis abditos, atq; abstrusos in tẽplis ipsis scrutatus ignis occupauit, ac victimarũ more ante aras incendit, alios palantes est aggressus. mẽtiti sunt poëtæ, cũ Vulcanũ dixere claudum: fugientes insequebatur hostiliter ignis, assecutus vorabat. itaquè omnia singultu, vlulatu, & incõdito clamore resonabant. alij quam breuissimum iter petere, alij diuersos saltus indagare, sed frustra. accensa erat arena vapore flammæ luctandum cum feruido sabulo, quod præaltum, & vestigio sedens moliri pedes nequibant. quare omni præsidio destituti, & abiecta spe fugæ, obsessi vndiquè flamma inter mutuos gemitus, lacrymas, atq; amplexus opprimebantur. Ex ijs quidam adolescens in fuga exploraturus altitudinem cineris, vt vestigia poneret, cum mensorius calamus in promptu non esset, eius vice alterum immisit pedem. subitò exanimatus expalluit. accurrit infelix pater, conatur extrahere. excoctus statim pes erat, atquè combustus. interim ille in complexu parentis extinguitur. cumulum Vesuuiani cineris, quem metiri voluit, auctiorem fecit suo. Quam misera sors alterius? hic ne saxis ignitis, quæ Vesuuius iaculabatur, opprimeretur in fuga, tabula pro galea, siuè testudine vsus, caput texerat; atqui ignorabat eam tabulam, qua se tanquam è naufragio enatare posse sperabat, sibi prò pheretro vsui fore. repente prouolutum è mõte saxũ in subiectam incidit tabulam; illisoquè vertice, atquè confracto cecidit non modo saxo, sed ligno. extinctus, & elatus armis est suis. Inter hæc exitia præfectus ipse Herculanensium Antonius cognomento à Luna perijt. amiserũt v3 oppidani in eius temporis caligine ẽt, quæ quasi fatali nocti præerat, Lunã, qui iam vix

ortum amiserant Solem. Requirere hic à me videris aliquod in filijs erga parentes pietatis exemplum. notum est par illud fratrum, atquè ipsa flamma Aetnæ, per quam parentes traiecerunt, illustrius: cuius facti memoriã, ita posteritas venerata est, vt eorum sepulcro inditum nomen sit, Campus piorum. quid Vesuuius? illæsos nè abire siuit eos, qui huiusmodi amore flagrarent? facinus indignum. accurrerat ad matrem filius, vel vt eriperet flammæ viuentẽ, vel vt efferret extinctam. in ipso cursu ignitus cinis intercipit, adurit intus calces, calceos non item foris, more fulminis. Quòd si in Aetnæ incendio filiorum in parentem perspecta pietas fuit, in hoc etiam matris in filios. reliquerat hæc intra cubiculum natos quinquè. inundat subitò igneus torrens. irruit mater, atquè irrumpit aut pari, aut maiori cum æstu pietatis, intra illum igneum vorticem se conijcit, atquè ita eos periculo semiusta ipsa subducit. bis genuit, sed nunc vt luci redderet, pertulit flãmam. Et illud præstantius quiddam accidit in Vesuuio, quam in Aetna. vtrum enim laudabilius, & præclarius, vnà cum parente viuere, an vnà commmori, cum possis euadere? decumbebat affectus podagra, confectus ætate parens, quem cum filius asportare humeris omninò vellet, negauit ille, incẽsæ patrię se esse velle superstitem, maturum iam se rogo, quẽ, quando paratum inueniret, repudiare nollet. negat item filius se extincto parenti superesse velle. in hoc pietatis certamine positos impia occupat flamma. Multa sunt indigna, acerba multa, sed quę ad stragem infantium pertinẽt acerbissima. Prima, ac præcipua Vesuuianæ aræ (sic eam appellatam lego) victima fuere infantes, quibus minus præsidij fuit in fuga, & ætas mollior. quid autem illo igne immanius, qui è gremio parẽtum natos eripuit? Amplexus erat puer paternas in fuga ceruices, hoc se præsidio satis tutum ratus; cum ecce turbo cinereus subitò hunc extorquet, atquè è sinu diuellit; nequè verò statim parens ia-
ctu-

Val. Max.

L. Florus.

ćturam ſenſit, ſed aliquanto poſt,adeò metus eum obſtupefecerat. Inuentæ matres ſepultæ cinere cum infantibus, vel in humeris,vel in ſinu, quæ forſitan euaſiſſent fuga,niſi curſum impedijſſet pondus amabile, ſed miſerũ. Pater cum nati artus quæreret (diuulſi .n. erant impetu flammæ, atq; diſperſi) vt componeret,ac tumulo conderet,vix brachiolum tandem reperit, idque iam conditum,ac ſepultum cinere, enimuero hoc oſculari, hoc aridum, & excoctum igni lacrymis irrigare. illud maximè queri, quòd plus datũ fuiſſet flammæ, quam relictum lacrymis.quanquam ea fuit calamitatis atrocitas,vt ipſæ lacrymæ, quæ mœrorem certè leuant, non ſemper ſuppeterent vel volenti. Quidam & natis, & coniuge, & ceteris omnibus è familia oppreſſis, cum ſuperfuiſſet vnus, inuentus eſt ſanè mœrens, ac ſtupẽs, ſed mirabamur quòd parceret lacrymis.interrogatus, quì poſſet ſiccis oculis ferre calamitatem tantam,reſpõdit, deeſſe ſibi lacrymas, quas vigiliæ,curæ,atque ingens mœror exhauſerant. Illud verò,quod quidam ſe vidiſſe teſtantur, omninò commiſerationis eſt plenum. Inuenta mater in cinere iacens, quæ lacte ſitim infantis reſtinguebat extincta. admouerat hæc vberibus moritura natũ, ſcilicet ſui partem, ne certè periret tota.inhiabat adhuc infans papillis, ac ducere conabatur alimentum vitæ ab emortua, ſed exaruerant mammæ igni, madebat tamen ipſe lacrymulis, eaſq; in mammas inſtillabat.ob id ipſum miſerabilis, quòd nec ſuum ſentiret periculum,nec interitum matris,quem ſi animaduerteret,nollet ali, vt viueret. infelix vero mater q̃ paſcere ſe ipſa hoſtilem potuit flammam, filium non item. ſed hoc parenti fatale,non nato; quod verò addam,vtriq;. In oppido Leucopetra mulier erat prægnans, partu prope maturo. ſed ò caſum acerbum. deuoluitur è iugo montis ſubitò flammæ globus,incendit, opprimit; latus haurit,vẽtrem,quem ferebat,exſecat. eodemq; impetu infantem ex parte foras educit,non vt Solem ſpectet ereptũ,ſed vt ſpe-

ctator sit, vel communis exitij, vel certè materni. cum primum aspicere vellet lucem, inuenit flammam. legimus infantem ardente olim Italia bello, cum prodire cœpisset, tāquam exterritum fragore armorum se retulisse in vterum, abdidisseque; hic cum ardere nunc omnia cerneret, cum Vesuuium audiret tonantem, quò se miser verteret? intranè matris cadauer abderet? at ibi viuere pietas vetabat, vt posset, an communem amplecteretur parentem tellurem? at vreret hæc, non foueret: altera illa parens arserat, hæc ardebat. dicam paucis: duplicem quantumuis paruulus nactus est tumulum; qua parte latebat, vterum matris exustæ; qua extabat, telluris vrentis. in vtriusque sepultus est cinere, denatus antequam natus; sed nimirum quas alias inueniret cunas præter bustum infans, qui prodierat obstetrice flāma? potest nè his audiri aliquid immanius, aut indignius? certè potest. vidimus ex finitimis locis ad ambustorum cadauerum nidorem concurrere, & conuolare venaticos canes, omnia quam sagacissimè odorari, explere ingluuiem, vel insepultis artubus, vel erutis ex cinere; ita qui inter arbusta, & virides saltus venari erant soliti, didicerunt etiam venari in feruido cinere. nullum erat discrimen in præda; fuit enim vel hoc indignissimum, quòd vnus esset, idemquè rogus, & hominum, & brutorum. Plinius.

Hic te (Petre Aloysi) appello, quo tandem hæc animo legis? qui sensus est animi tui? quæ mens? cogitatio? expectas nè dum finem narrandi exitij faciam? facerem sanè libenter, nisi concursus esset aliorum exitiorum. datum satis, superquè bacchanti flammæ, datum concussæ terrae, datum caliginoso aëri, pacatæ nè tātum erunt aquæ? quietæ se intra suos alueos continebunt? non ita; sed coniurant & ipsæ in Campaniæ vastitatem. ardebat recenti incendio terra; imbres Cœlum eo ipso tempore largius dedit, non vt illud extingueret, sed vt reliquias infelicis Campaniæ deleret. nihil nè hic egit Vesuuius? immò plurimum. nam Ingens eluuies consecuta incendium.

 exu-

exustis licet visceribus sitiret, quidquid aquarũ vel à cœlo acceperat, vel in conceptaculis habuit, illud omne in subiectos campos effudit, tanquam nostrum vnum sitiret exitium; in quo acciuit fœderatos quoquè finitimos Montes, siuè illæ scaturigines, vt in motibus terræ fit, essent nouorum fluminum, quæ latebant, siuè veterum, quæ obstructis cinere, terraquè canalibus aliò fecere diuortia, siuè quòd duratum esset bitumine solum, atquè adstrictum; æquatæ etiam fossæ, atquè voragines, ut ebibere tellus aquas, ac resorbere non posset, tanta facta est eluuio, ut, cum ab hominum strage decesseris, non multum hæc altera calamitas cedat incendio. Illud uerò quam horribile, ac simile prodigio? cum infinita materies esset egesta, ne inanitatẽ, cõmunem uniuersitatis hostem, admitteret Natura, extruso aëre, Vesuuius mare ipsum, quod per cauas specus, quas habet immensas, exorbuerat, ac tanquam per fistulam quandam, atquè siphonem attraxerat, statim unà cum exustis uisceribus euomuit, atq; ipso impetu natantium gregẽ per arua diffudit, conchilia inprimis, ostreas, sepias extra pelagi septa. quid hoc in natura uel perturbatius, uel ærumnosius fieri potuit? Cœlum imbres deuoluebat maximos, ac perpetuos, Mons non modo ignis, aquarumq; suarum fontes emittebat, sed ipsum pelagus exhauriebat. nulla erat iam terræ, marisquè discretio; unius fluenti alueo, nec tamen unius generis, Campania obruebatur. ac Mundo quidem duplex fatale diluuium metuendum esse didicimus, alterum, quo functus iam est, aquarũ, alterum, quod imminet, ignis; hic uerò noua timendi ratio, noua pereuntis Mundi fata obuersabantur oculis, hoc est utrumq; diluuiũ. mistim .n. ex eodẽ cratere montis defundebantur aquæ, flammæq; omnia fluctus operiebat, fumabant tamen omnia interim, atquè ardebant. instabat torrens altè inundans, ferebatquè secum cinerem, ut significaret ad interitum se excurrere; efferebat se super

Mare de Mõte eefusum.

ruinas

ruinas domorum, atquè oppidorum; glomerabat, secumq; rapiebat non modo annosas, atquè ingentes arbores radicitus euulsas, sed eius magnitudinis cautes, quæ conuectari plaustris haud possent. quicquid erat obuium hauriebat. innatabat omne ferè genus animantium siuè cicurum, siuè syluestrium; conuoluti etiam globi serpentium è latebris extracti; nec mirum cum multi existimauerint ad hanc eluuionem confluxisse eum ipsum fluuium, qui è radicibus effluere, ac per arua serpere dicebatur, Draco. direpta item horrea; exhaustę uinariæ cellæ; uastati, qui flammis super fuerant, agri; euersæ domus, castella pagi, oppida integra demersa. in Marianum maximè, decepti, credo, nomine mari cognato, se se immisere fluuij, atquè torrentes; nonnulli etiam oppidanorum, qui parum cautè iter faciebant, absorpti. quanquam mitior in multis visa est vnda, quam flamma. In oppido Titiano, quod est equitum Melitensiũ nõ procul ab Vrbe Nola, miro modo Pistor cum filijs euasit. prospectabat hic Vesuuij caminum ardentem, simul & vim aquarum vndantem, obiecta duplici mortis imagine, cum repente fit impetus torrẽtis intra domunculam. quod illi perfugium fuisse putas? caminum ascendit, ac subijt genitor; eò traxit secum filios, tignisquè, quæ interposita erant, texit, donec impetũ aquę remitterẽt. quantum inter hunc, & illum Vesuuij caminum discrimen? ex eo flammæ cum aquis eruperunt ad perniciem, in hoc salus procurata. ac verè caminus hic dedit ex fumo lucem, vt dicitur, cum domesticis profuit ad lucis vsuram. vitalem hausere spiritum ex fuligine, ac fauilla. sed nihil omninò sine parte luctus. idem Pistor dum coniugem quoquè ex aquis eò conatur attollere, subitò illam eripit è manibus vis torrentis. erat ibi fortè alueolus panarius, hac se illa scapha tutam putauit, sed inde excussa miserè naufragium fecit. sustentare quidem mulieris vitam alueolus eiusmodi panificio potuit, sed eandem reseruare vitæ deuehendo non po-

Preceptor.

Puella mirè ab eluuione seruata.

potuit. Felicior, ac iucundior puellæ cuiusdam fuit euentus, puellæ, inquam, non, vt rumor erat, pueri. rem narrabo lepidam, sed periculo proximam. respiret hic tantisper à luctu animus. res est tã certa, vt nullus sit ambigendi locus. conuenimus parentem, vidimus puellam ipsam lactentem. rapuit hanc inter cetera torrens vnà cum cunis; parentes cum demersam putarent, obruebantur in tanta eluuione profluuio et lacrymarũ. cum ecce nuncius, in palude Nolana cunas substitisse cũ infante narrat, q̃ adhuc viueret. vix habita fides. quis enim sibi persuaderet, torrentem, qui proceras arbores altissimis radicibus nixas extirpasset, qui cautes enormes secum rapuisset, qui integra oppida obruisset, pepercisse cunis puellæ? accurrunt tamẽ, fecit amor, vt rem incredibilem explorarent: defixas inueniunt cunas in cinere, ac limo paludis. ergo filiolam, quę a diluuio ne madebat quidem, conspergunt lacrymis. mater mammis admouet; arripit illa auidissimè papillas penè enecta fame. viuit adhuc tanti casus ignara. Vincentia illi nomen est victrici eius elementi, quo vastata Campania. viderat quondam prisca illa ætas in communi orbis terræ naufragio seruatum mirè senem, nostra vidit infantem. enatarunt ambo sine remige, sine gubernatore, sine clauo, sed hoc discrimine, quod ille senior seruatus tunc est in nauigio, quod tumuli, siuè pheretri speciem praetulisse aiunt, contra nunc seruata puella est in cunis, quanquam & hæc tandem in concreto cinere, qui antea pluerat, constitere. illius nauigium consedit in Armeniæ monte, huius cunæ, quia montes suspecti nunc erant, in Nolae paludibus. ac certè commiseratione hæc multò dignior, non modo propter ætatem, sed quia ille clausus vndiq; intueri non poterat, aut iratum cœlum, aut naufragum animantiũ genus, acerba spectacula; hanc verò puellam cœlo expositam terrebant hæc omnia. ille vnà cum liberis, vnà cum coniuge fuit, hęc ab omnibus destituta. ille

Arias. Montanus.

pui-

prouiderat sibi ijs, quibus interim aleretur, hæc nihil habuit, præter lacrymas. Atq; hoc in aquis pietatis spectaculum fuit, illud etiam religionis, quod spectatæ fidei viri, qui affuere, mihi narrarunt. Irruperat in oppidum torrens, atque inter cetera sacram ædem obruerat. dolebāt maximè, diuinæ dapis factam esse iacturam; fortè quidam ingentem quercum, quam eò prouoluerat vis torrentis, extrahebant ò rem ab omni memoria inauditam: sub arboris radicibus argēteum vasculum inueniunt cum dape integra. opertum erat, vt ritè fit, serico velo. obsederant verò arborem, & radices ipsas aquæ, tamen velum nulla ex parte madebat; tam diligenter, & cautè arbor rem sacram texerat fibris. diceres illam quasi dedignari terram, atq; in cœlo radices agere velle, ne viriditatē posset amittere, immò æmulā esse vitalis illius, quam initio amisimus, arboris, coniunctam videlicet, atq; inhęrentem auctori vitæ. Habes iam Campaniæ vastitatem. vna est nomine, sed re atquè exitijs multiplex.

Vasculum cum diuina dape ab eluuione intactum.

Verum enimuero quanquam ego perspexeram ab Vrbe Incendium; multa etiā audieram, tn̄ nō ante admouere volui calamum, quam oculos calamitati. ergo vbi deferuescere cœpit Vesuuius, accessi, peragraui regionem; exhorrui prorsus, obstupui, ac parum abfuit, quin abijcerem consilium scribendi, cum spe describēdi. sciscitaris quid se obtulerit. frustra quęrebamus Herculanum, Pompeios, cætera oppida; nusquam hæc apparebant, ne vestigia quidem. duces erant Oppidani ipsi, nec tamen hi Patriam agnoscebant. reperta sunt tandem, (ò rem calamitosā,) tantorum cadauerum frusta quædam lacera, atq; conscissa: dispersos quasi artus dicerem per agros, si agri remansissent. sepulti erant hi cinere immenso. passim visebantur in via scrobes, è quibus effossi fuerant, quos occupauerat, atquè demerserat igneus torrens. totum iter erat arena, cinere, saxis, stirpibus, arboribus, domorum, immo verò Oppidorum ruina

Iter circa Vesuuij regionem.

Iter ad Vesuuium ipsū vide lib. 5.

ruina constratum. incedebamus super ipsa viscera exusta Vesuuij, quæ euomuerat. cuncta horrorem ingerebant, & luctum, præter hoc, quòd calcabamus hostem. quanquam haudquaquã me in Vesuuiana regione versari putabã; quid enim tàm diuersum, quàm alia montis facies, qui in semet, suosquè corruerat? alia maris, quod erat contractius; alia terræ, quæ eminebat altior. succreuerat humus, decreuerant coloni; mons erat humilior, uia celsior, quæ alicubi adæquauerat tecta; quot domus, tot sepulchra. foris tumulatæ, intus tumulus cumulo cineris. quanquam non semper vnius domus vnus tumulus, sed hic tecta, illic parietinę, alibi scalarum gradus; partem obruerat arena, partem demerserat mare. ædes sacræ, vel semirutæ, vel deletæ. patefacta sepulchra, & graui odore tetra horrori erant; ac nouo quodam more sepulchra; subtus enim acerui cadauerũ, supra acerui cineris. templum erat Herculani nuper erectũ opere, situq; firmissimum, cui Rosaria dederant nomen. atqui non tam facilè huiusmodi flos euanescit, ac procella excutitur, vt hoc templum integrum illo Vesuuij turbine nescio quò distractum, atq; proreptum prorsus euanuit; imi tantum relicti gradus, perinde quasi gradũ vltra facere tanta calamitas minimè posset. maiorum porrò ædium ianuas ad cancellos vsque condiderat cinis, illosq; quadam quasi carceris specie reliquerat, nequa forte fugę spes esset. quãquam, vt plurimum disiectis ædibus nouo more quacunq; ex parte, si ianuam excipias, erat aditus. tanta rerum omniũ perturbatio fuit. iam in ceteras domos, si quæ superfuerant, per fenestras, quas solum æquauerat, erat ingressus; hinc in officinas ipsas tanquam in cauas specus descendere oportebat. huc se receperant Oppidanorum nonnulli, ac Cimmeriorum more viuebant procul à lucis, Solisq; conspectu. hoc certè de mœrore detrahebatur, quod Vesuuium, nẽpe ipsum exitij fontem cernere inde haudquaquam poterant. cæterum Oppidani, reliquiæ tantæ calamitatis, inter

cada-

cadauerum aceruos positi, cadauerosa ipsi facie squalebāt. sedebant apud cineres intermortui, pallidæ potius vmbræ, ac luridæ laruæ, quam homines. & quanquam in hac Vrbe non deerant nobilissimæ Matronæ, atq; Proceres, qui eos excipere vellent hospitio, atq; alere; amabant tamen fumātem adhuc patriam, & ardentem. inter feruidos Vesuuij cineres flebant suorum cineres extinctorum. ex ijs qui redierunt, nonnulli paullò post diem obierunt consumpti si minus flamma, certè lacrymis, pędore, situ, squalore, graui etiam odore cadauerum, deniq; ipsa mortis imagine, positi videlicet inter cineres. Quid de agris sepultis dicam? arborum aliæ radicitus euulsæ, aliarum coma tantùm extabat è cinere, pleręq; prorsus obrutæ vel terra, vel mari. ardentibus ruinis operta erāt omnia, vasta, & deserta omnia. nulla vestigia prædiorum; nullæ sæpes, limites nulli; ipsi Heri, neq; terminos agnoscunt, neque certè situm; ac Vesuuij quidem incendium spes est non multò post extinctum iri, verùm alia supersunt incendia, nempe litium inter Heros, quæ, & diutius durant, & difficilius extinguūtur. Huiusmodi igitur iter est ex ea parte, quæ Neapolim respicit à Leucopetra ad vltimos vsq; Pompeiorum fines, quod iter passum duodecim ferè millium totum erat arboribus consitū, hìc nunc horribilis planè vastitas. Sed in primis obstupefactos nos tenuit recens plaga littoris, & via in mari constrata cinere, terra, saxis, arboribus, domicilis, vicinijs, Oppidis integris, atq; pagis eò deuolutis, immò, quod horribilè dictù est, etiam cadaueribus hominum, denique euiscerato ipso Vesuuio; vidimus perturbatæ Naturæ prodigiū, comminutū mōtem in mare proiectū, mare ipsum resorptū, ac de mōte profusum ad naufragiū Oppidorū. Quędam ex intima Barbaria gentes, vti accepimus, Monti cuidam, à quo ciuitas in valle posita cingebatur, diuinos habebant honores, quòd, cum Oceano alluerentur, tanquam obicē se ille fluctibus opponeret, ne obrui cum ædibus possent; Alex. ab Alex.

vide-

videbatur.n. diuinæ naturæ proprium, hoc tuendi beneficium, ac tegendi; quid illi de Vesuuio dicerent? aut quibus eum Diris execrarentur? qui mons non modo eos maris æstuantis, atq; intumescentis iræ non subduceret, sed adiacentia oppida, quibus tempestates, venti, atq; gurgites ipsi nihil tandiu intulere damni, attractis, atque exuctis è profundo fluctibus obruit, ac demersit. quid, inquam, hoc perturbatius fieri potuit, aut immanius? quam vt ad calamitatem, atq; exitium Campaniæ mons diffractus, ac solutus egestis molibus, atquè ingestis mare occuparet, cōtra mare relicto alueo præceps è Monte decurreret. Athos olim effossus à Xerxis exercitu tantos gurgites implere non poterat. scopuli apud quos præaltum mare naues excipiebat, tam nunc absunt procul à littore, vt quingenti ferè passus numerentur, aut mille. accedit, vt quoniam littus hoc recens gurgitibus caret, tātundem, & amplius materiae lōgius excurrat, q̄ tegitur mari, pręter infinitā, qua, & Aegęū, & Adrianū tectū est, &, vti narrant, etiam pontus Euxinus. ardebat adhuc hæc plaga post menses quatuor, & fumum agebat. alebatur imbribus, ac multò magis mari. de recenti re loquor. obruerer infinitis testibus, si imponerem alicui, dum rem expono. hæc igitur facies regionis mare versus, eadem & in reliquis locis. vbiquè sepulcra oppidorum, atquè pagorum occurrunt, vastationes agrorum, ac nemorum, noui colles ex cinere, nouæ valles, prærupta loca, horribilesquè voragines. sed nihil miserabilius est visum Herculano, atquè Pompeijs; in hæc enim oppida sæuitum est maximè, ad quorum cladem apparatum bellicum integri sæculi destinauit Vesuuius. huc copias omnes intulit, sulphur, bitumen, saxa, cineres, flammam, diruit oppida? an eruit ocellos Campaniæ duos? nodus Herculanus appellatur, quo veteres vsi sunt in obligandis certa quadā ratione vulneribus; existimabāt.n. eo vti solitū Herculem, ac vim habere ad curationes maximam. atqui hoc

Herculani, & Pompeiorū vastitas. *Plinius.*

tempore tam immani vulnere Herculanum saucium uidemus, ut auspicium salutis uersum sit in omen interitus. obligari enim nec ab ipso conditore Hercule hoc uulnus potest, ex quo tanta manauit sanies, quantam uidemus effusã uim sulphuris, ac bituminis. Huc ferè eadem conferri possunt, quæ de Smyrnæ pulcherrimę vrbis casu, atquè incenso Cereris templo Græcus auctor est questus. O quam sunt omnia prioribus dissimilia. fuerunt iam illa, inhabitantes Neapolitani proceres, principes, antistites purpurati. ò templa, & aræ Cœlitum. ò agri, vineæ, pomaria, ò marina oblectamenta, ceteræquè amœnitates, ò cuncta hæc iam somnia. ò funesta flãma, quæ talia ornamenta deleuit; ò atra nubes, ò torrentes ignei, qui in pulcherrimã hanc regionem inundastis; ò lusus iam Ilij cineres. Sed hęc Græcorum monodijs similia relinquamus, atquè institutũ stylum prosequamur. Ac mortalium quidem cladem, & miserã ipsam regionis faciẽ paullò antè descripsimus; nũc non possum, quin demirer infelix fatum horum oppidorũ, quo non semel defuncta sunt; atqui ambo Hercules condidit ex eorum Deorum numero, quos Græci ἀποτροπαίους, ἀλεξικάκους Latini Auerruncos, hoc est malorũ depulsores dixere: ferunt Herculem hunc in pugna contra gigantes impetrasse à Ioue de cœlo lapides, quibus illi sint oppressi. contra nunc quanta è monte lapidatio facta in hæc oppida? quam dispar euentus? lapides habuisse tunc dicitur Hercules ad auxilium sui; nunc ad exitium suorum. at quod genus lapidum? qui quasi è ferri venis excussi, qui in aquis ardebant, quorum ignea vis diu extingui non potuit. Atqui à flamma certè nihil hæc oppida sibi metuere posse videbantur; scimus, inter cetera monstra, Vulcani filium Cacum, qui flammas, vti Vesuuius hic, euomebat ex ore, ab Hercule extinctum. sed nimirum idem Herculani, quod Herculis fatum fuit. pyram hic tandem furore actus sibi ipse struxisse dicitur. combustus est in Oeteo monte

Aristides.

Lilius Gyral.

qui condidit, in Vesuuiano quod condidit. habuit olim Hercules in hoc ipso Vesuuij iugo delubrum, quod in illo Titi incendio deflagrauit. bis igitur arsit Hercules. primùm in Oetha: postea in Vesuuio. quinimmo ad hæc vsque tempora Herculani marmorea non nulla Herculis simulacra visebantur. arsit igitur ille sæpius. Quæres hic marmoreum illud monumentum Perisandi Riberæ, egregiæ nauatæ operæ testimonium in Herculani via purganda latrociniis infami, & Vesuuij conflagrati saxis impedita. æmulatus .n. est ipsum Herculẽ qui in hac ipsa regione latrocinia gigantum insigni cæde compescuit. ipsi nunc Herculani cineres Riberæ cineribus quodammodo supplicant, quem excitare vellent è busto, si possent, tantas refecturum ruinas. latet interim intra cinerem cum epigraphe marmor, sed immortale viuit factum mentibus insculptũ. Iam quid ego de Pompeijs dicam? narrãt, eundem Herculem victo Gerjone ex Hispania redeuntem prædam boum apud Vesuuium tanquã in pompa quadam duxisse, hinc Pompeios appellatos. delectati sunt olim coloni ea boum mugientium pompa, contra nunc non modo bicornis Vesuuij exterriti sunt mugitu, sed sine põpa funeris sepulti sunt cinere, atque ex Annuntiatæ, vt nunc vocant, oppido vix relictus est nuncius calamitatis. nec tantam accepit olim sub Nerone cladem, vel cum iactatione terræ corruit, vel cum inter Nucerinos, & Pompeianos, apud quos spectaculum edebatur, subita contentione orta saxis est, ferroque certatum, & atrox facta cædes. at ipsi nunc Pompeij spectaculum sui dant, & verò miserum. itaq; non est cur vetera vulnera numeremus.

Solinus.

Hic certè terminum exitiorum, Petre Aloysi, expectas, nouem ipsi dies, quibus continenter terræmotu vehementiore iactati sumus, atq; horrendo aspectu caliginosæ nubis exterriti, igni, & fauilla operiente omnia, atque eluuione vastante, satis multi videri poterant, qui essent tanquam sepul-

ſepultæ Campaniæ Nouendiales; ſed tanti funeris diuturnior fuit luctus; nam cum annum curſu d. functum ſuo, & quaſi capularem tumulo compoſuiſſemus, iniecto puluere, quem Veſuuius ſparſerat, cũ ſpe duceremur deinceps meliorum euentuum, auſpicaturi iam annum alterum ineuntẽ, cuncta potius habuimus ominoſa, atq; infauſta; quippe naſcens annus ſubitò funeratus eſt. prima nocte poſt Kalendarum diem, ac poſtridie tenuiſſimo cinere Veſuuius omnia cooperuit, hanc Vrbem in primis; videlicet ſtrenas de more largiri voluit, ne illiberalis videretur, ſi ſtrenæ dicendæ ſunt, non θρῆνοι potius, quæ luctum, & gemitum excitarunt. Iam, quid hic ego commemorem, quot, & quantis toto anno terroribus perculſi ſimus? cum Apotelesmatici, Aſtrologi, ac ceteri Phyſici horribilia denunciarẽt in dies; iterum exarſurũ Veſuuium, funditus abſortum iri patriam, peſtilentiam ex mephiti graſſaturam. neq; ea, quæ præcinebant fata, fabulæ omnino videri poterant, cum ſubinde terra ſe commoueret, ac viciniam grauis odor afflaret. Conſequuta ſunt Bacchanalia, bacchatus eſt etiam ignis inuolutus fuligine cum nouo motu, atquè vt ita dicã oeſtro, & nocturna quaſi ſaltatione terrę. poſt ipſa Cineralia pœnè iterum metuimus cinerem. canduit deinde Mons niuibus, quarum frigore laceſſitus incanduit intus flamma, quo maximè tempore ſe ipſe tumulauit abruptis ſupernè molibus, atquè in præceps actis. iam adultus annus etiam inquietus fuit. Aeſtas ipſa, quæ expirationes abſumere ſolet, terræmotus habuit, Autumnus verò crebros non ſine ſulphureo halitu. inter cetera incommoda, imber ſubitus cum ingenti procella effuſus reliquijs agrorum, oppidorumquè ſupremum attulit exitium.

Lege Ephemer. in fin.

Sed finem narrandæ calamitatis faciam, vt ad cetera progredi poſſim, ſi prius in tam acerba rerum com memoratione rei gratiſſimę fecero mentionem. cum Veſuuius tot, ac tantis affeciſſet Campaniam malis, temperare

Mellitus succus pluit circa Vesuu

quodammodo visus est amara dulcibus. qui tandem? nempè cum afflatus ille calidior sulphuris aërem tenuiorem, sicctoremquè reddidisset, vt physici norunt, pagani, oppidaniquè nec opinantes matutino tempore in agrorum reliquijs frondes arborum animaduertunt concretiore quodam succo madere. accedunt, degustant, suauitate quadam incredibili se affici sentiunt. videlicet Cœlum, quod antea tàm triste, tàm horridum flamma, cinere, nube, imbribus, procella fuerat, nectar illud eliquauerat; quid ni dicas Vesuuiũ propinasse mortalibus mœrore oppressis pharmacum illud, malorum omnium obliuionem inducẽs, quod apud Homerum Helena, fax illa patriæ (hæc enim in vtero ipso matris arsit) propinasse dicitur.

Helenæ crater.

Homerus

Αὐτίκ' ἄρ' εἰς οἶνον βάλε φάρμακον ἔνθεν ἔπινον
Νηπενθές τ' ἄχολόν τε, κακῶν ἐπίληθον ἁπάντων.
Ὃς τὸ καταβρόξειεν ἐπὴν κρητῆρι μιγείη,
Οὐκ ἂν ἐφημέριός γε βάλοι κατὰ δάκρυ παρειῶν
Οὐδ' εἴ οἱ κατατεθναίη μήτηρ τε πατήρ τε
Οὐδ' εἴ οἱ προπάροιθεν ἀδελφεὸν ἢ φίλον υἱὸν
Χαλκῷ δηϊόῳεν.

Itaquè Vesuuius, vel loci venustate cum Helena, vel face meritò conferendus, cum antea è cratere propinasset flammas, postea mellito succo, ac suauissimo nectare demulcere visus est suos, quo calamitatis tantæ obliuisci possent. sed nihilominus de illo verè pronuncies.

Iouenalis.

Plus aloes, quam mellis habet.



IO. BAPTISTAE MASCVLI
DE INCENDIO VESVVII
Liber Secundus.
Qui est
DE PIETATE NEAPOLITANAE CIVITATIS, AC DE PRAESIDIO COELITVM.

AD PETRVM ALOYSIVM CARAFAM.



Ongius me, Petre Aloysi, prouexere, secumquè in dicendo rapuere torrentes, quibus obruta Campania est, siuè flammarum, siuè aquarum. enatabo tandem, atquè emergam; ad alteram partem accedam, in qua videndum, quibus auspicijs Neapolitana hæc ciuitas exitio, quod ante oculos erat propositum, quod imminebat proximè, se subtraxerit, quibus præsidijs texerit. sanè duobus; cùm votis, ac nouis viuendi rationibus initis; tùm maximè patrocinio Cœlitum, in primis eorum, qui Apotropæi, siuè Auerrunci dicuntur; quam item laudem religionis, atque pietatis cum ceteris ciuitatibus volo esse communem; pro se enim quæque studuit hoc maximè tempore præclara virtutis argumenta præferre, sed hic maius propositum est theatrum. Atquè vt primum illud attingam, videtur ideo felicitatis orbis esse conuersus, vt huius vrbis pietas quãta esset, cõstaret omnibus; qcquid.n. Vesuuius ꝑtulit ad perniciem, virtus contulit ad salutem. nihil vtilius fuit flãma, cine-

cinere, arena, lapidibus, bitumine, sulphure. emicuit profectò ex illa flamma, vibrauitquè splendor quidam virtutis. extitit ex illo cinere flos reuirescens pietatis; cinis, inquam, ille non ante protulit fruges, quam homines frugi. descendimus noui pugiles in arenam, quam more veterum Vesuuius sparserat tanquā in funebri ludo sepultæ Campaniæ, & quia luctaturi cum flamma, non oleo perfusi; sed lacrymis. nusquam firmius fundamenta sunt iacta pietatis, quam in hac arena; ædificiumquè ipsum ferruminatum est bitumine. iam sulphure lustrata quodammodo ciuitas est. illa verò terrę commotio maiores excitauit animorum motus. certarunt cum flammis lacrymæ, cum Dei seueritate inflicta corpori nō tam verbera, quam vulnera. flagrat Vesuuius, nostris oppugnetur flagris. prætendit vrbi funalia, contendatur funibus. dorsum montis igni peruritur, perurantur dolore humeri. crepitant flammæ, opponatur plagarum crepitus. cineris afflatu spiritus intercluditur, nouum fit remedij genus, suspensaquè collo restis more reorum constringat guttur. Ante omnia propositum in sacra mensa diuinum libum. supplicationes etiam indictæ. instituta nudipedalia in magno cœno, & inclementia cœli; sed ita clementem reddidimus Deum. inscripti ritè parietes veteri amuleto, quo in terræmotu iussi stare præsenti cum Numine. Antiochiam nobilissimam vrbē diù eo malo iactatam, cum tandem diuinitus stetisset conciliato precibus Deo, Iustinianus Imperator deinceps Theopolim appellari iussit; quanto igitur æquius esset, Neapolim dici Theopolim? quam vrbem non modo creberrimis terræmotibus, sed immanissimo quoquè incendio Dei pietas commota ciuium lacrymis eripuit; nisi fortè ob nouas vitæ rationes initas nunc maximè Neapolis appellanda videatur. iniectus quidem supernè puluis est, tanquam tumulandæ huic vrbi, sed tumulata potius improbitas est. eruditior fuit hic puluis, quam ille Matheseos. in hoc enim plu-

lurimi rectè uiuendi duxere lineas. non tam uirgines no-
enæ lustrarunt vrbem, quam nonariæ fœminæ è lustris,ac
panaribus egressæ spectaculo fuerunt. hæ initiatæ antea
eneri spineo serto caput obtexerant. abiecerant videli-
et iam Veneris florem, reseruauerant sibi dumos, quibus
tractato consilio se compungerent. præibat agmen ve-
illifera pendentis è cruce Dei signum gestans, huius cla-
o detonsum capillum appenderat pluuio aspersum cine-
e, quem scilicet antea componere solita erat, atq; vibrare
pere cinerarij. iam eiulatu omnia complere, fateri se pa-
um patriæ paricidas, se actas Furiarũ tędis ardentibus ad-
nouisse faces, sibi adscribi debere conflagrationem regio-
is, quippe libidine flagrantibus. his deinde septa consti-
uta, & sacrum gynecæum ad tutelam pudoris. quo in ge-
ere satis laudari non potest Emmanuelis regni præsidis
onsilium. is ea nocte, qua continenti motu iactabatur ter-
a, qua Vesuuius mugiens, ac cineres eiectans cum flamma
uic etiam vrbi casum, atquè exitium minabatur, ad auer-
uncandam iram Numinis edicit per pręconem, nè quis eo
empore, incestæ Veneri det operam. indixit hoc edicto
uodammodo turpitudini bellum, eaquè tuba quasi classi-
o signum dedit pugnæ. solitus erat antea Vesuuius in in-
endijs tubæ sonitu huic regioni vastandę quasi pręcinere,
unc aduersus illum tubarum fuit vsus. vnus iniuentus me-
etricijs amoribus illigatus, quibus quia solui noluerat, cõ-
ectus est in vincula, atquè è prostribulo raptus ad carcerẽ.
edictum, inquies, in summa illius noctis caligine præcla-
issimum. imminet funesta flamma; incestum ignem nè ac-
endito. iaculatur Vesuuius ignita saxa, tela Cupidinis frã-
ito. vbi nunc illa Vesuuij Venus? illa, inquam, à priscis ce-
ebrata in hoc Monte Venus? miraris, Petre Aloysi, cur
hanc appellem. reuoco te ad huius vrbis annales, ad monu-
menta vetustatis. legimus olim in hoc ipso iugo Vesuuij
cultum quemnam putas Deorum? Bacchum dices ob vi-

Martialis, & eius Scholiast. tiferos colles, aut, quemadmodum in Aetna, Vulcanum, aut certè Vestam. non ita; sed, præter Herculem, qui subiecta oppida condidit, Venus est culta. hic illius ara, hic delubrum fuit. nimirum & hæc exæstuat flammis suis. sed utra Venus? Libentina nè, ob illecebras loci, an potius Libitina ob cinerum vrnam, & mortalium luctum? scis in Libitinę Veneris templo seruari solitas vrnas siuè ad colligẽdos emortuorum cineres, siuè ad excipiendas mœrentium lacrymas. en cur Venus in Vesuuio coli voluerit, quem videlicet locum satis accommodatum videbat rogo, cineri, lacrymis. quid igitur aptius fieri potuit, aut consultius, q̃ ardente Vesuuio, qui olim, Veneri fuerat sacer, per præconem edici, ne quis interea Venere deflagraret? quantam vim hoc habuisse putamus ad extinguendam etiam iræ diuinæ flammam?

Quanquam quid miramur in hac ciuitate, quæ propensa est ad pietatem, tantam hoc tempore morum commutationem esse factam? cum hic idem Vesuuius paullo ante quam sub Tito ignesceret, per uisum tãtùm oblatus specie illa flammanti quendam non modò cõtumaci, & præfracto ingenio, sed Barbarum, & veræ religionis ignarum ad bonam frugem reuocauerit; mirum enim est illud, quod hoc in genere legimus. Thespesius Solensis, qui sub Vespasiano vixit, cũ prima ætate occupatus esset illecebris, ac rem omnem familiarem perdidisset, tandem misit ad Apollinẽ sciscitatum, an reliquum vitæ ducturus esset integrius; responsum est, tunc à vitæ corruptela recessurum, cum decessisset è uiuis; mox de sublimi loco delapsus in præceps, absq; vllo tamen vulnere, mortuo similis est visus. deinde post triduum reuiuiscere. recuperatis igitur viribus, cum se collegisset, incredibilem quandam vitæ mutationem instituit; nam neque iustiorem in rebus contrahendis vllum eá ætate nouerunt Cilices, neque maiore in Deos, quos tum venerabantur, pietate. cum omnes admirarentur, & caussã

Nota de Thespesio.

Plutarchus

:iscitarentur noui consilij, narrabat, simul ac mens è cor-
ore excidisset, principio id sibi accidisse, quod guberna-
ori cuipiam è naui in profundum mare deiecto, ac paullò
ost emergenti. itaque visum sibi esse, ducem viæ nancisci
Genium, cumque oculos circum tulisset, plurima sibi obla-
ı fuisse spectacula mira, prius, atq; antea inuisa; craterē in
rimis ingentem, apud quē in trigoni formam considerent
Genij tres. tum vocem acutam se audisse fatidicæ mulieris,
uā Genius Sibyllam esse dicebat; ac pauca se percepisse,
quibus fuit etiam *Vaticinium de Monte Vesuio, & Dicear-
bea conflagratione.* pcinebat igitur breui fore, vt hiatu mon-
is huius facto, torrentibusq; igneis in præceps actis tota
Campania vastaretur, celeberrimæ vrbes delerentur, erep-
um mortalibus diem, Chaos alterum, & mundi collaben-
is imaginem ante oculos constituebat. Romā, Aegyptum,
Syriam cinere longè, lateq; diffuso fœdanda prædicebat.
psum etiam Imperatorē Titum paullo post è viuis exces-
urum. secundum hæc vaticinia, ad spectanda impiorū sup-
licia se conuertisse. Thespesius hic affirmabat, atq; his de
caussis tantum formidinis, atq; horroris animo cōcepisse,
t alias instituere decreuerit rationes vitæ. tantum habuit
irium in edomanda, & frangenda flagitiosi hominis perui-
acia prouisum solùm, atq; prædictum Vesuuij incendium.
quid ageret visum? quis ferreo esset ingenio, duraque
nente hoc tempore, cum veluti ferrati lapides liquescerēt
lamma? quē non commoueret ille terræ creberrimus mo-
us? quē non perterrefaceret ille fragor horribilis, ac mugi-
us? cuius oculos non perstringerent; aut cui non persuade-
ent, iratum Deum esse placandum, linguæ illæ, quæ vibra-
bant in nube igneæ? Vidimus vtrumq; craterem ardentē,
& maritimum, & montanum; tantis .n. hic ignibus exun-
dauit, vt, cum eos continere non posset, in illum alterum
cratera transfuderit. contra vero montanus exhaustum
mare in subiectos campos ingēti cū strage, atq; exitio euo-
F mue-

Incendium Vesuuij præuisūm Ethnici hominis mores commutat

inuerit. & miramur tantum potuisse Vesuuium ad mutãdos in melius mores rebus ipsis,atq; damnis, qui potuit solùm Sibyllæ carmine decãtatus,ac prouisus barbarum,atq; impium hominem ad bonam frugem, virtutemq; traducere? præsertim cum vltimum hoc incendium non tam Sibyllæ præcinuerint,quam Furiæ ipsæ,ac pestes, quæ miserorũ inuaserant corpora,interminatæ esse dicãtur. quid igitur ageremus in tanto Naturæ vulnere? tot ac tantis perculsi prodigijs? quid ni quà supplicationibus ritè cõceptis,quà supplicijs spontè susceptis, vltimam à nobis calamitatem,atq; exitium deprecaremur?

Quantò hæc meliora consilia, quam quæ ineunt in hoc genere calamitatis exteræ nationes, veræ Diuinitatis ignaræ? Ardent etiam hoc tẽpore in Peruana regione Montes crebris incendijs, & maximis. occupauit ea superstitio Barbaros, vt putent, diuinum aliquid inesse in eo igni, qui tam mira, tam inusitata moliatur. itaque attoniti prodigio indicta supplicatione,statim ac flammæ impetus paullulum resedit,montis cliuum ascendunt, eum septis circundant, & clatratis aris,supplices igneum illud Numen adorant,vt remittat furoris æstus,tum ex igni, qui è cratere profunditur, tedas accendere,circumlustrare iugum, vota facere, victimas adolere,iratũ ignem sibi conciliare,orare vti suos intrà fines se contineat,cum mortalibus versari nolit, quos longè inferiores sciat. habeat sibi Olympum sempiternam luce splendentem, ac flagrantem. Neq; uerò hæc superstitio peruasit tantùm hoc tempore Barbarorum animos, sed ab antiquitate repetitur. Ardebat apud Aethiopes,ac fortasse nunc etiam ardet incendio maximo iugum,torrẽtesq; vnà cũ Solis ardoribus flãmas egerebat. hunc mõtẽ accolæ Theon ochema appellabant; hoc est Deorum iugum,quod arbitrarentur, diuinitatis expertem eum ignem esse non posse, cuius tanta vis esset,ac potestas, vt cælum, terramq; misceret. sed his institutis,ac moribus Barbari viuãt,nostri

Baccius.

Mos Barbarorum in reprimẽdis incendijs.

Plin.

non

non item. an verò hic ignis, qui tot, ac tanta importauit incommoda, atq; exitia Campaniæ, fatalis Italiæ, vel potius Europæ, horrendus cinere, caligine, terræmotu, fragore, mugitu, & quadam mundi ruentis imagine, hìc, inquã, ignis Suano, aut Aethiopum, aut Peruanæ gentis errore diuinis honoribus honestabitur? aut qua ratione potest esse immortalitatis auctor, qui uersatur in cinere? sed uide, quæso, hac in re diuersa hominum studia, atq; ingenia, imò prorsus aduersa. Ciuitas erat Iuhonum socia populi Romani, ab hac nõ lõgè terra repentè ignẽ edidit; uillas, arua, uicos passim corripiebat, ferebaturq; in ipsa iam mœnia, neq; extingui poterat, non si imbres caderent, nõ si fluuialibus aquis, aut quo alio humore niterẽtur; cũ ignorarent quid consilij caperent, tandem inopia remedij, & ira elati agrestes quosdã contra ignem armarunt. hi saxa iacere tanquã ulturi dãnũ, deinde residentibus flammis propius aggressi, ictu fustium, alijsq; uerberibus imminentes ignes, ac minantes tanquam feras absterrere, atq; fugare; & quod in mari ausus est Xerxes, qui, propter classem tẽpestate afflictam, atq; collisam, mari ipsi uerbera infligi, ac stigmata inuri iussit, hoc isti aduersus ignem odio inflammati eum intrà mœnia excurrẽtem, atq; impetum facientem lapidatione, ac fustuario insecuti sunt, ita male affectum deniq; extinxerunt. num hoc exemplo nuper in Vesuuij usi sumus incendio? atqui ille potius nos lapidibus, ac saxis immanibus occupauit, quibus arbores, ac tecta disturbauit, atq; disiecit. nostra nè timeret uerbera, & plagarũ crepitus hic ignis? qui ingentibus molibus egestis, uerberatis oppidis, & comminutis Italiam totã fragore, ac tonitru uel montis, uel nubis exterruit, itaq; meliore cõsilio, cum sciremus hęc Deo scelerum uindice nonnunquã agi, in nos potius iram uertimus. hinc illi crepitantium flagrorum ictus, atq; humerorum laniena nostrorũ piè instituta. In incẽdio illo ueteri *Solem in terram cadere, terram verò in cælum ascendere* putabant; quid in recenti? alia est eorũdẽ

Tacitus.

Dio.

verborũ significatio, nĕpè ipso quasi repĕtino Solis occasu illustrata mēs est,& mortales vt quibusdā gradibus, ita cōtemplatione iratæ Diuinitatis, ascendere in cælum visi. & quanquam interea conflagrationem ædium, casum vrbis, interitum omniũ, nonnulli ex Mathematicis præcinebant, spem tamen, fidemq; in Dei clementiam,vel in tanto terræmotu firmissimā labefactare nemo potuit. Ferunt, Indos, ac Babylonios olim diem ita in horas superstitiosè partiri solitos, per Lunę cum Sole cōgressum, vt quatuor diei horas appellarĕt Combustas, quibus nihil ardui aggredi quĕquam iubebant, in primis congredi cum hoste vetabant; at verò in hoc incendio, cum diem ipsum integrum cōbustũ, ac sepultum cinere ciues uiderent, tum maximè operosi fuerunt, atq; armati pietate contra flammam feliciter dimicarunt. Dici sanè vix potest, quam non modo pia, sed ingeniosa etiam fuerit in omni virtutis genere Patria. valuit in hoc plurimum Antistitis purpurati religio, assiduitas, solicitudo, largitas etiā; quanquā .n. in Herculani excidio annui reditus iacturā fecerat magnā, tñ ita largiter egestati consuluit alienæ, quasi opulentiæ cōpendium fecisset suæ. Itum eo dante potestatem cum à ceteris ordinibus, tùm à nostro ad colligendas naufragij reliquias. missi non vt incendij fōtem curiosius indagarĕt, sed vt instrumentum sacrũ tēplorum, atq; ararum è ruinis eruerent, vt insepultorũ cadauerũ dispersos artus cōmitterent, vrnaq; conderent. eos comitati nonnulli nobiles uiri, atq; primarij, quos non puduit (ò singularē pietatem) esse libitinarios, ac pollinctores. octingenti ferè vix tandem apud Herculanũ, & Pompeios è cineribus extracti, semel elati, bis tumulati. ceteri quāplurimi tam altè defossi latent, ferruminato solo bitumine, & ferramentis imperuio, vt erui nequeant. satis constat in ijs cinerum aggeribus sepultos etiam esse vnà cum aurigis, & consternatis equis currus, vt nō modò fabula, sed historia Phaëthontes haberet suos. hoc in itinere Patres solari miseros,

Lucas Gauricus.

Expeditio ad Vesuuij regionem.

ex quibus erant semesi flamma non pauci; accendere alio igni,quo viuerent.quanquam non erat necesse eos multa loqui, & multo cum æstu; clamabat .n. adhuc ardens ipse Vesuuius, significabat iratum sceleri Deum. videbatur ille flagrãtibus linguis verius,quã de Pericle dictũ est, fulgurare,tonare, permiscere orbem terræ; nec mirum quod persuaserit; seruatum est .n. illud, quod præcepit huius artis antistes. *Ardeat orator*. Itum igitur ab illis est penè inter flãmas, tremente adhuc solo, & fumante.iter erat per ruinas oppidorum,per vastitates agrorum, per fragmẽta euersarum domorum. quatiebatur humus motu, non animus metu. reliquerunt in illo cinere vestigia impressa cuiusdam æstuosæ pietatis. meminerant qui erant ex ijs patribus eruditi; apud hunc ipsum Vesuuium, olim Decium se pro suorum salute deuouisse, ex cuius vulneribus,atq;sanguine exasperata Romanorũ salus emersisse dicitur. legerãt visũ illi per quietem esse cum maxima gloria cadere, ac prædici sibi à quodam, ex altera acie Imperatorem,ex altera exercitum Dijs Manibus,Terræq;matri deberi;vtrius autẽ dux copias hostium aggrederetur, superque eas se se ipsum deuouisset, victoria potiturum. Pugnabatur aduersus Latinos apud huius Vesuuij radices,hìc excitatum belli erat incendium.impressione igitur à Latinis facta,cum trepidarẽt Romani;Decius sumpta prætexta toga, velato capite, manu subter togam exerta, super telum subiectum pedibus stare iussus,præeunte verba Põtifice, cum Ianum,Iouem,Martẽ, Quirinum,Bellonam,Lares,Diuos Nouensiles,Deos Indigetes patrios, atq; Manes esset precatus, cinctus ritu Gabino, armatus in equum insilijt, ac sese in medios immisit hostes,omnis (vti putabant) Deorum iræ piaculum. tantus videlicet eum pietatis in suos æstus abripuerat,quẽ deinde sequutus exẽplo filius. hæc apud Vesuuium acta versabant animo Patres. habet igitur nõ modo Roma, sed hæc vrbs Decios suos, qui se maiori cum laude pro cõi salute deuoueant,

M. Tull.

Valer. Max.
Liuius
Sabellicus
Boccacius

P. Decij deuotio apud Vesuuium

ueāt,quāquā hos siue verita,siue venerata flāma nō attigit.

Liberalitas Neap. Ciu.

Consultū verò est non animis modò,sed pterea inopiæ. nūquā antea vel pietas, vel munificētia huius vrbis enituit magis.præiuit exemplo Regni Præses,qui cum Tito,cum Theodorico de liberalitate,de pietate certauit,quorū alter post incendium ad Campanos Consulares viros misit cum grandi pecunia, alter eos onere tributi leuauit. illius sanè prouidentia in alenda Ciuitate nūc perspecta vt cum maximè.confugerant ad nos ex vniuersa Vesuuij regione ferè triginta millia hominum, qui ex incendio elapsi videbātur posse incendere hanc vrbem fame. quid tum?nū certè res venalis contractior fuit? immò eadē propè annonæ vilitas. nobilissimi quoq; Ciuitatis Proceres, ac matronæ in omni genere humanitatis,beneficentiæq; certarunt;exceperunt miserorum gregem etiā domi suæ, quorū nemo erat,quin, & suos lugeret extinctos,& euersas domos, & paruam ipsā supellectilem,& patriam deletam;his illi non modò alimēta sufficere,sed ēt ancillari, ac famulari. Mons est inter ceteros nostrorum opera excitatus(sic appellant grandē pecuniç cumulum)in quem ad sustentandam inopiam patritij huius vrbis, ex quibus est Excellentiss. Princeps Tiberius ob eximiam pietatem,& splēdorem te fratre dignus, partē pro se quisq; contulerunt. Monti Cōmisserario ipsa indidit nomen.ex huius montis venis effossa,atq;eruta hoc tēpore plurima vis auri,& argenti,quo consultum non modò vitæ, sed,quod charius est,pudicitiæ.Numerāt in prodigijs,visos aliquando in agro Mutinensi montes duos inter sese concurrere assultātes,& tanquā se inuicem lacessentes,ex quo conflictu flamma extiterit, quæ multa colonis importarit incommoda. concurrerunt quodammodo etiā hoc tēpore montes duo,sed euentu valde dispari, cum flamma nūc sit excitata pietatis,magno cum commodo miserorum,altera montis oppositi superata. ardebat vterq;,hic furore, ille pietate; hinc erat fuga,illuc effugium. hic scobem ferri deprom-

Mons misericordiæ.

Plin.

rompsit;ille aurum,argentumq;. confer pretia metallorũ,
m cõtrouersum non erit, vtri montium cedendum fuerit.
ium hominum millium Vesuuius stragem fecit, quinque
illium, & amplius vitæ mons alter piè consuluit. Tudita-
a regio est Naturæ muneribus locuples. aurum in ea non
foditur modò, sed flumina quoq; illud, torrentesq; deuo-
unt. montes ipsos vulgò Naturæ thesauros appellãt. apud
anc regionem glebulę inueniuntur similes prorsus mater-
is vberibus. diceres, tellurem ipsam auri feracem, aman-
ssimæ parentis instar alere suos incolas mammis aureis.
uid igitur? minus nè ingeniosa, vel amans hominum erit
rtus, quam Natura? non ita. certè virtus alienam miserãs
estatem, huiusmodi montem ex aggesto auro hic excita-
it, vt quasi nutrix vberibus aureis alat inopiam. dispositi
rò erant per vrbis cõpita multi, qui profugos omni ope
uarent, pecuniam largirentur, sustentarent cibo, semiustos
osocomijs committerent, aut exciperẽt domi suæ. ita pie-
s quædam incredibilis exarsit in ea vrbe, quæ à Vesuuij
amma fuit immunis. Mirabantur hæc oppidani, & nostras
crymas confundebant cum suis. extabat nuper lapis anti-
uus cũ epigraphe, in qua Herculanenses L. Munatio ciui,
b frumentum ipsis munificè, largiterq; donatum, statuam
ollocandã decernebant, ꝗ testimoniũ amoris sincerissimi
ocant; quas igitur ijdem nunc erigerẽt Neapolitanis sta-
ias, si possent? qui eos extorres è patria, ac rerum omnium
genos non modò aluerunt, sed familiarissimè complexi
int, immò ẽt ijsdẽ famulati. Quid ꝗ hoc ipso tẽpore Sapiẽ-
a quoq; noluit, vel immisericors, vel illiberalis videri? Am-
lissimum, non ignoras, Neapoli excitatũ est illi apud mœ-
ia domicilium, ingentibus substructionibus, laxissimis ædi-
us, ꝗ & Lyceum habet, & Zenonis Pœcile, & vtrãq; Aca-
emiam, & Museum, & quodquid iactat Græcia, cuius illa
st, vel germana, vel æmula. hic excepit Sapientia profugos
flãma. complexa miseros est extorres simul, ac torridos;
semius

Strabo

Mõs auri ferax cũ gleba instar mãmillæ

Summune

semiustulatos suis fontibus irrigauit, abstersit cinerem, ac fuliginem. & videbatur certè illa memor accepti olim à Vesuuio incōmodi exclusura Vesuuianos. quì tandē, inquis? quia in eo incendio, quod sub Tito accidit, non modo Sapientiæ ipsius amantissimus cecidit scriptor, sed Neapolitanum quoq; Lyceum, ac domicilium disciplinarū corruisse accepimus, siue iactatione terræ, siue cineris pondere id factum fuerit. quin etiā eodem tēpore Persei Satyrici Poëtæ magistrū Cesium Bassum Philosophum, itemq; poëtam, conflagrasse vnà cū villa legimus; vt mirari possis Vesuuiū quāuis bieerticem, ac Parnasso simillimum, adeò fuisse ἀμουσον, literis, ac Musis infestum. quanquam eam speciē altero vertice iam amputato amisit. res certè nunc illi non cecidit ex sententia; immortalis quippe Sapientiæ Regia nihil habuit cōe cū cinere; tantumq; abest, vt hoc incendiū literatos extinxerit, vt potius incenderit ingenia multorū, qui de eo philosophati sunt; quantū.n. cāpū aperuit doctis? etenim cum hi cernunt intra ipsum Lyceum profugos, in quorū nonnullis sunt flammæ vestigia, tum certius, ac facilius de natura eius ignis, de bituminis, de sulphuris viribus disputatio instituitur. Ciuitatis igitur & pietas, & mœror, & verò meliora cōsilia suscepta diuinæ seueritati, vt arbitror, extorsere telum, & ꝙ erat in nos pæne iam fulmē intortum.

Volaterranus

Verùm nihil tam efficax fuisse dicendum est ad auerruncandam irā Numinis, atq; tegendam hanc patriam, quam Cælitum patrocinium. exposita igitur sacrorum corporū analecta; oppositi eorū extincti cineres feruidis Vesuuij cineribus, certarunt cū his illi, & planè vicerunt. Neq; vero hac in re vllo modo audiendus est Hippocrates, qui in iis, quæ accidunt à Natura incōmodis, diuinam opem implorare non oportere dicit. inuehitur maximè contra Scytharum Principes, qui cum quandoq; de sterilitate quererentur, Deo supplicabant, & quod Natura fit, à se deprecabantur. inflixit hic Medicus quantūuis prestans eo dicto lu-

cu-

ulentam religioni plagam. enimuero Naturam moderatur Deus, ac tẽperat, & quò vult quibusdã quasi habenis agit. Preces ipsæ bonorum interdum arbitræ Mundi sunt. nihil est in Natura tã arduum, tã infestum, quod fauor Cęlestium non peruincat. Est hac ætate in Iaponia mons editus, ac præruptus, qui subinde ignes euomit, instar Aetnæ, aut huius Vesuuij. hic cum primùm mugire occœpit, & cinerem eiectare cum flãma, Barbari conceptis votis, falsum Numen placare aggrediuntur. sponte se macerant inedia, & supplicijs acerbissimis corpus diuexant. tum demum ijs Numẽ illud apparet circumfusum ad inanem speciem luce flammanti (malus sine dubio Genius) suã pollicetur opem, nẽpe is, qui, Deo sinente, fortasse caminum ipsum accendit. hem nos licet diuinitus instituti, tamen Barbarorum ipsorũ exemplis in incendijs ad pietatem accendamur. at vero inter cruciatus corporis sponte susceptos, & vota præsto nobis est Ianuarius, solitus sæpe hanc vrbem cinctam periculis explicare. *Maffh. in hist. Indica.*

Atq; vt apertius constet, nullis armis validius contra flammam, quam pietate pugnari, rem paullo altius ab antiquitatis memoria repetam. Fuit hoc semper in more positum, vt in incendijs, non tã funderẽtur aquę, quã preces. viderunt in primis hoc illi ipsi Romani veteres; nã cũ Neronis, vti vulgo ferebatur, consilio, ac furore, vrbem flãma depasceretur, aditi sunt libri Sibyllini, ex quibus acceptum diuinã implorari opem oportere. petita igitur à Dijs impijs piacula. supplicatũ in primis Vulcano, ꝓpitiata Iuno ꝑ Matronas in Capitolio; deinde hausta è mari aqua, qua templum, & simulacrum illius prosperſum. lectisternia, & peruigilia celebrata; quę quanquam ab ipsis superstitiosè sunt facta, non tamen contemnenda videtur Sibyllarum autoritas, quæ in incendio diuinum Numen, ab ijs tamen minus intellectum, placandum putabant. Quid cum in mari medio Hiera, vna ex Aeolijs Insulis, cum ipso mari arsit in So- *In Incendijs opem diuinam implorare soliti ipsi Ethnici. Iulius Obseq. Lycosthenes*

G ciali

ciali bello, nonnè legatione Senatus piatum dicitur? At verò cum auis illa inauspicata, quam vocabāt Incendiariā se in conspectum dedisset, lustrabatur statim vrbs supplicatione, atq; suffitu, quod in primis accidit Sergio Galba & M. Seuero Coss. tunc .n. ea volucri visa, metu incendiorū per triginta ingenuos patrimos, & matrimos, totidemq; virgines sacrificatum est. quid tandem hoc tempore fieri debuit, cum flammam ipsam volitare videremus? Iam Posthumio, & Sp. Furio Coss. cum cælum visum esset ardere; statim feriæ indictæ, per quas omnia delubra pacē Superùm exposcētium virorum, mulierumque turba impleta esse dicuntur. quid igitur nunc erat agendum? cum arderet terra, cælum verò & in igneam excādesceret nubem, & in horribilem squalesceret cinerem. L. quoq; Posthumio, & Sempronio Coss. cum mare arsisset, ac lapidibus pluisset, Nouendiale sacrum institutum, accuratèq; prodigia expiata. Præterea cum Gn. Cepione, & C. Lælio Coss. mons Aetna igni abundaret, quadraginta maioribus hostijs sacrificatum. Quid quòd P. Africano, & C. Fuluio Coss. cum Anagniæ tantùm seruo tunica sinè flammæ vestigio arsisset; atq; Ardeæ terra pluisset, virgines ter nouenæ canentes lustrauere vrbem? Iam C. Mario, & C. Flacco Coss. cum Sole repētè velut extincto, flamma in agro Vulsiniensi è terra erupisset, seq; altius extulisset, supplicatum est, ac duo signa oleagina statuta. Deniq; (vt cetera omittam) cum in Auentino aliquando luto pluisset, atque apud Thuscos lapidibus; Ariciæ verò puerum ingenuum flamma comprehendisset, licet innoxia, nihilominus lustrata vrbs, & victima cornibus ardentibus circumlata, supplicatio indicta, & pompa à Magistratibus ducta. quid igitur hoc incendium Vesuuij requirebat? in quo, præter lapidationem, imbremq; cinereū, ac limosum, tot millia hominum cum ipsa Campania conflagrarunt. Atq; hæc iccirco à me commemorata sunt, cùm vt constet, hoc fuisse ēt exteris persuasum, in incendijs ex-

tin-

stinguendis nihil tam valere,quam religionem,atq; pietatē, tū vt perspectū sit,hęc nostra tēpora collata cū priscis multò maioris,ac solidioris,immò veræ pietatis fama p̄cellere. p̄cati igitur sumus Cęlites,& depcati à nobis exitiū.deplorata Neapolis esset,nisi eorū opē,& patrociniū implorasset. Sunt igitur, quæ de huius vrbis pietate diximus, actione magna, ea certè quæ sequuntur de horum præsidijs, mira prodigio.neq; tñ omnia consectari libet,quæ vulgo iactantur.quæ an vera sint. ij decernant, ad quos ritè spectat.me certè non quælibet commouet aura rumoris. ea narrabo, quæ ciuitate vniuersa teste nituntur.& quoniā satis dictum de cratere ignis, transeo ad craterem sanguinis, quanquam & hic exæstuat.

De patrocinio in primis S. Ianuarij.

Est huius vrbis,quod te minimè fugit,patrona,Byzātina quæ dicitur delubri titulo, Dei mater. sunt Apotropæi, & Auerrunci Cœlites multi.Ianuario maximè aditus ad propitium Deum fit.vita ciuium eius viuido viget in sanguine. hæc Neapolitanæ Ciuitatis Ancilia sunt; hoc Palladium, quod non vt Iliacum aliena ope à flamma ereptū est, sed nos eripit sua. hìc vnus est, qui, vt cum Romano scriptore loquar,*Omnia incēdiorum vestigia sanguine deleuit suo.* Dabitur hæc mihi venia, vt ad ciuem scribens,de patriæ vindice, ac patrono plura dicam,nec parcam atramento,quādo sceleri nostro eius parcitur sanguine.præsertim cum sciam, te in Ianuarium singulari esse pietate.neq;verò ille sanguis vllo in cratere asseruari melius potest,quam in cognomento tuæ familię præclarissimo.Nihil igitur efferuescenti Vesuuio tam infestum, quā ebulliens hic sanguis. res & veteri experimēto constat,& recenti. liquescit cruor, nè liquefacta saxa voluantur. soluitur Ianuarij sanguis, ne metu cogatur noster. concrescit hic in spumam, vt illius decrescat furor.feruet hic,vt deferuescat ille. mouetur, ac fluctuat,vt fluctuare motu desinat terra. pollicitus olim post cædem fuerat sanctissimus tutor,sibi fore curæ ciuitatem,nunc cum

L. Florus

Vis eius sāguinis in restinguendis Incendijs.

sanguinem soluit, ẽt fidẽ, quã obligauerat, soluit, ac nos pariter soluto animo esse iussit, ac libero. hoc idẽ in se recepe-
Plutarchus rat post necem Romulus, sed Roma non semel incensa testata mendacem est; nempè eius patrocinio nitebatur, qui fraternum fuderat sanguinem, non qui piè suum. Solet hic sanguis aduerso capite solui; quod si forte concretus persistat, ac durior, id in omen vertitur, quòd non semel fatale huic vrbi fuit; hoc verò tẽpore non modo statim colliquefactus est, sed nondum obiecto capite inuectus est iam solutus; nulla fuit in beneficio mora, æstuare statim cœpit vnà cum Vesuuio, vel etiam præuenit hostem. vix ille bitumen efferuescens è venis cępit effundere, cũ hic profusũ è venis suis tanq̃ feruidum opposuit sanguinẽ. colliquescere vnà cœperunt, & Ciuitas lacrymis, & Ianuarius sanguine.
Martialis Displicuit olim Dijs (vt acutè ait Poëta) tantum sibi licuisse ad Vesuuij incendium excitandum, cõtra placuit Ianuario, tantum se potuisse ad extinguendum. non perijmus inter flammas, scilicet eius ope, qui flammas olim subijt, nec perijt. tuti fuimus non loco, sed auspicio. si ventis agitata cõmouisset se tãtũ hanc vrbem versus teterrima nubes, prsus obruisset omnem flagranti, & graui cinere, tecta disturbasset, sempiternam noctem offudisset. denique ex eo, q̃ transmarinæ ipsæ regiones sunt passæ, assequi coniectura licet, quid exitij nobis potuisset inferri; cum videlicet mõtis cacumen erumpente spiritu patefactum, atq; perruptum tantam vim lapidum, atq; saxorum ardentium efferret, ac iaceret, vt libero cœlo dissilirent, & quocunq; inciderent, exitium afferrent; cum formidabiles mugitus, immania tonitrua mari, terraq; longè audirentur; cum, tanquam in oppugnatione hostili vrbium ictibus tormentorũ, omnia fragore complerẽtur; cum deuolutum incendiũ voluminibus flammarum tam latè flueret, vt flagranti agmine agros omnes, arces, substructiones, delubra, oppida, & quicquid occurreret, incenderet, deuastaret, deleret, in mare prouolueret,

ret,

ret,dėniq;cū iam torrens ille cineris, atq;ignis vltra Leucopetram excurrendo impetum faceret etiam in hanc vrbem,qui metus est iniectus omnibus? quæ poterat spes esse viuendi,quando hunc ipsum aërem,quem spiramus,hūc Solem,quo fruimur, videbamus sepultum cinere?obriguimus metu quanquam propè flammas; stupentes hæsimus quanquam nutāte terra. In tanto igitur Martis otio posita, magnum tamen accepit Campania uulnus,ac mirum, cui aperiēdo defuit gladius,cui sanādo profuit sanguis. illustri victoria,licet tāta sub caligine,potiti sumus;tamen, vt dici solet,nec citra sanguinem,quo protecti, nec citra puluerē hoc est cinerē, quo cōtecti. vulneratus est Vesuuius alieno vulnere. mirū dictu.timuit cruorem sui hostis. terruit olim Romā visus in Vulcani area sanguis, eamq; speciē in omen vertit; nihil contra nobis auspicatius accidit; quam in Cāpania,quę & propter Phlegræos campos,& propter Vesuuium area quædam Vulcani est, obiectus flammæ Ianuarij sanguis. *Liuius*

Sed quodnam,inquies, est istud genus pręsidij aduersus ignem,sanguis?refer animum ad vetustatis memoriā. Ferūt, Aegyptios, cum in sacris apud ipsos literis prædictum haberent,Aegyptum aliquando conflagraturam, parum fisos immēsis ipsius Nili, quem diuinis honoribus prosequebātur, aquis,possessiones suas rubro colore illinere solitos, & tanquam sanguineis guttis inspergere; quòd persuasum haberent,nihil magis aduersus ignem valere,quam sanguinē. experta hoc est Neapolis, quæ se ab incendio tutata est,nō simulato, sed vero Ianuarij sanguine; & quod maioris est prodigij,æstus ignis restinctus est æstu sanguinis. quāquam quid miramur Cælites tātam habere vim aduersus nostratem hunc ignem, quando possunt,vt quidam eorum dixit: *ipsas flammas, & ignes gehennæ glorioso cruore sopire.* Atque, ut clarius constet, quantarum uirium aduersus ignē sanguis sit habitus, etiam apud exteros,rem accipe in eo genere *Epiphanius* *S. Cypr.*

sanè

ſanè miram,& ad rem noſtram ſatis accommodatam. In illo Romanorum aduerſus Quados inito prælio, cum ad noſtræ legionis, quæ κεραυνοβόλος. eſt dicta, preces, contra hoſtes Cælum exardeſceret, ignemq; iacularetur, & fulmina,cumq;unà imbrem effunderet miſtũ bitumine eius naturę,ut quidquid tangeret, ſtatim exureret,nec ſecus inflammaret, atq; oleum, hoſtes intolerando dolore affecti, incertum an ex Medicorum conſilio, an alio auctore, *inflixerunt ſibi vulnera,quò ignem ſanguine reſtinguerent.* adeò illis perſuaſum fuit,nullum eſſe præſtantius aduerſus bituminoſum ignem auxiliũ, quam ex vulnere ſanguinem. cur igitur non diuinitus factum putemus,vt contra Veſuuianum ignẽ bitumine flagrantem, ac fulminis more furentẽ opponeretur profuſus è vulnere Ianuarij cruor? illo, illo, inquã, ſanguine viuimus; hoc noſtris medemur malis. Ac diuinitus ẽt iniecta mens eſt, vt aduerſus eundem ignem flagris acerrimis multi ſibi humeros cruentarent.

Dio in Anton.

Nota.

Ergo educitur extra vrbẽ Ianuarij ſanguis; procedit iterum,atq; iterum pompa,contra Veſuuium ſiſtitur. mirum ſpectaculum vtrouis te vertas. ambo perpeſſi ignem,ſed in illo Ianuarius cum ſuis vixit, in hoc cum ſuis Veſuuius perijt. ambo vertice diminuti,ſed alteri Barbarus,alter eſt ipſe ſibi lictor. ambobus certè tunc maxima vis eſt,cũ intereũt, tunc robur integrum,cum debilitantur, ac minuuntur; ille ſanguinis venas aperit,hìc bituminis, habent .n. & montes uenas ſuas. efferueſcit hinc ſanguis,illinc bitumen, ſed Veſuuij crater licet durus, ac ferreus diffringitur, huius crater vitreus perſiſtit,& quod in primis admirere, bitumini liberius excurrenti ſanguis, qui clauſus adſtringitur, vim facit. reſtinguit aũt ignem non infuſus, aut impoſitus,ſed propoſitus tantũ. Fuiſſe dicitur olim in Græcia exercitatio quędam ludicra,à pueris vſurpata,qua illi gladiolis,aut fuſtibus armati, coniuratique aduerſus ignem, vulnera conabantur infligere,vel inurere igni ipſi ſtigmata,& verberũ notas, & cruo-

Ian. sãguis in põpa productus contra Veſuuiũ

Plato de Legibus

ꝛ cruorem ipsum, si possent, elicere, alieni videlicet à Pyagorę disciplina, cuius est illa vox, *ignem gladio ne ferias.* o ludo veteres indicare voluerunt, inanem quorumdam operam in rebus, quæ fieri non possent. apud nos hæc pugna seriò committitur, qua non hoc contendimus, vt exprimatur ex igni cruor, sed vt cruore comprimatur ignis. nec victoria caret auspicio. Obsederat vrbem Tyrum Alexander, ac viribus omnibus oppugnabat, cum ecce prodigium. iniectum erat fornaci ferrum, quod excudi oportebat. admotis follibus Tyrij suscitabant ignem, è vestigio sanguinis riui sub ipsis flammis visi rubescere, tanquam extinguere ignem parati. hinc orta inter Tyrios, & Aristandrum vatem de omine vertendo contentio; Macedoni certè auspicium victoriæ fuit; quoniam enim liquidus cruor fornaci videbatur affusus, in qua ferrum conflabatur hostile, interpetrati sunt, nihil sibi metuendũ esse à belli flamma. habet & hæc Vesuuij fornax quasi ferri glebas; ardebat, æstuabat; cũ ecce inter flammas Ianuarij sanguis. accepimus igitur omen victoriæ, abiecimus metum. ac fuit quidem hic olim cruor liber à flamma, nunc etiã liberator, vt rectè possis hunc appellare, quod quidam elegãter, alteri tribuit, *sanguinem triumphalem.* Equidem mirabar antea, cur statim post cædem tanta cura esset iniecta sanctissimo Pręsuli de amputato sibi digito colligendo. significauit enim ipse cuidam per visum, quo ille loco proiectus lateret. noluit colligi sanguinem sine digito. cur ita? scilicet hoc vti quasi calamo voluit ad inscribendũ trophęum illo ipso cruore, quem fuderat. præuidebat sępè sibi cum hostibus huius vrbis, cum ferro, cum ipsa flamma fore certamen, sibique vincẽdum etiam extincto. legimus Orthyadem fortissimum ducem, qui pro amplificandis patriæ spatijs strenuè cecidit, scaturiẽtem è vulnere accepisse sanguinem, in eoq; digitum tinxisse, tum arrepto clypeo victorię titulũ illo veluti calamo inscripsisse. Ianuarius igitur cum in sinum patriæ cruorem suum deferẽ-

dum

Q. Curtius

S. Max. de S. Cypr.

Cur collectus Ian. sãguis cum digito

Valer. Max.

dum curauit, carere noluit digito, quo cruentum trophęi titulum etiam post necem posset inscribere; Atq, Hebręorũ quidem Ducis prodigia ita olim Aegyptus est admirata, vt cum Dei digitum diceret; nimirum iccirco, quia in aërem effudit digito cinerem, quem calamitas est consequuta; at quantò Ianuarius admirabilior, qui exitiosum huiusmodi cinerem iam per ceteras Europæ regiones effusum ab hac vrbe amouit, ac depulit? Hoc ego tam singulari prodigio (Petre Aloysi) magis afficior, quam alijs multis, quæ vulgo narrantur, quanquam non pauci affirmant, & verò fide digni aiũt, testari se posse iuratos, cum è templo principe pōpa vnà cum sanguine progrederetur, è fenestra templi vitro pellucida exorto repente Sole, qui latebat, oblatam sibi speciem infulati Præsulis cum pontificio lituo erectis prioribus digitis ritè fausta omnia pollicētis; eam verò speciem clarissimi videlicet Pręsulis nō alio penicillo depictã, quam Solis radijs fuisse visam. certè hoc ipsum significauit aureum illud os, cum dixit de ijs, qui pro religione ceciderunt *riuos sanguinis ex eorum corporibus diffluentes croceis radijs Solis exorientis esse simillimos*. Addunt, cum purpuratus noster Antistes extra vrbis mœnia progressus craterem sāguinis manu acceptum aduersus Vesuuij craterem intētasset, statim teterrimam nubē, quæ imminere videbatur huic vrbi, tanquam sensisset vim sanguinis, ab altissimo vertice inclinasse se se primũ, deinde iter mare versus, cursũq; deflexisse. mox ne venti vi potius, aut casu, quam diuinitus res acta videretur, abeunte sacra pompa ad statum redijsse pristinum, quasi defunctam iàm honoris, ac venerationis officio, cum satis apertè significatum fuisset, cuius maximè ope nitendum esset, vt in dies languidior flamma moreretur. hoc quia confertam multitudinem habet testem, facilè adducor, vt credam. certè ab illo congressu sanguinis cum Vesuuio mitiora cęperunt esse omnia; huic uerò tantũ illud permissum, ut quando huic urbi officere non potuisset, se se ipse

S. Chrisost.

ipse cõficeret, liuore absumeret, atq; corroderet. Præscripti sunt illi termini, intra quos fureret, crater; propinaret modò pestem sibi ipsi, præterea nemini; æstuaret quantum vellet; sibi rogum, sibi sepulcrũ extrueret; in sese corrueret; deniq; suo se tegeret cinere. ceterum Ianuarij lege illud est cautum. Lapidatio deinceps nulla esto, extra montem flãma ne excurrito. Neapolim turbare metu desinito. viuidũ sanguinem ignis, breui moriturus, veretor.

Neq; vero aptior qsq̃ inueniri poterat, q in hoc quasi certamine cũ igne pugnaret, q̃ Ianuarius; nõ modò q a dũ uiẽret, ardẽtem pyram, in quam est iniectus, extinxit, sed quia cum Vesuuius amphitheatri speciem referat, desidentibus in caueæ formam medijs ex incendio veteri, & cum arenã etiam, quam è mari hauserat, sparserit plurimam, Ianuarius ꝓfectò in huiusmodi amphitheatrũ produci debuit, solitus in amphitheatro pugnare, & vincere. legisse te puto, Petre Aloysi, illum olim in Puteolano amphitheatro fuisse impij præsidis iussu ad leonem petitum, atque ad ceteras bestias. quid tum egit Ianuarius? qua magnitudine animi? qua fronte? quo vultu in arenam descẽdit? quibus bonorũ plausibus est exceptus? cum immissæ feræ ieiunæ ad eius pedes acciderunt, nec ausæ sunt illum exorbere sanguinem, qui reseruabatur huic vrbi ad vitam ciuium. celebratum erat antea Puteolanum illud amphitheatrum magnificentissimo spectaculo, quo acceperat Nero Tiridatem Armeniæ Regem, qui è superiore loco tauros immanissimos duos telo traiecerat; sed quãto dignius hoc spectaculum fuit? cum ibi Ianuarius θηριομάχος, ita cum belluis pugnarit, vt vicerit, ita vicerit, vt feritate etiam exarmauerit, cum blandissimè illi lenocinarẽtur leones. an verò mitiorem putamus ignem hũc Vesuuianum, cum tãtam ab illo stragem factam esse doleamus? cum sciamus ab Aegyptijs hoc elementum belluam immanissimam, ac voracissimam appellatam? igitur in theatro Puteolano Ianuarius petitus ad leonẽ, in amphitheatro

Dio.

In actis Ianuarij.

Vesuuiano expetitus ad flammam; in vtroq; victor, eòque, vel illustrior victoria, quia de igne, vel admirabilior, q̄a parta sanguine. sectetur igitur indagando prodigia qui volet, satis magnum, immò longè maximum prudentibus viris est visum, in tanto non modo Italiæ, sed Europæ metu, in conflagratione Campaniæ, nos incendio proximos interfuisse periculo, abfuisse calamitati. Iaculabatur longè Vesuuius ingentia saxa cum flamma, infinita vis cineris omnia operuerat, ædes oppresserat, inuolutum erat Cœlum fuligine, transmarinæ quoq; regiones cohorruerant, Dalmatia fragore quasi bellici pulueris ad arma pęnè concurrerat; interea nos finitimi tanti tonitrui vix susurrum audiuimus, vix delibauimus crateris cinerem; quid tam incredibile, quam hìc elidi fulmen, aliò ferri fragorem? quid tam inauditum, quàm pęnè domi esse ignem, foris cinerem? apud nos caminum, apud exteros fuliginem? quid tam admirabile, quā è remotissimis locis huc remitti fauillam tanquam ad focū suum? plus enim de vi, de natura, de generibus eius cineris cognouimus ex eo, qui apud alios diuersus pluit, quam qui in hac vrbe simplex mittebāt videlicet exteri ad nos cinerem, qui apud caminum ipsum versabamur in flamma. illo ipso die, quo Vesuuius exardescere cœpit, cum incredibili celeritate fuligo, tenebræ, cinis iam occupassent Europam, adhuc apud nos nihil horum. exterriti quidem sumus crebro motu telluris, at ne vnà quidem collapsa domus est, cū plurimæ sint vetustissimæ, parietinis vix stantibus, quarum ne labē quidē fecit vlla; atq; vt maior esset prodigio fides, nonnullæ huiusmodi domus in quiete ipsa corruerunt, quæ tantis terræmotibus restiterunt. iam cinere bis tātum leuiter aspersi sumus vltimi omnium, quem etiam consequutus imber statim diluit, nè fortè vel paullulum huius vrbis tecta laborarent, non modò nè ruerent, vti multis in locis est factum. Conatus est etiam multò post Vesuuius inferre iterum exitium, & quasi ex insidijs nec opinātes est aggressus,

Extenditur magnitudo beneficij.

cum

cum omnia iam tuta putaremus. appetebat dies Agathæ Virgini sacer, cùm non multò ante lucem repente procella inuolui Cœlum, permisceri imbri, grandine, tonitru; tum subito motu vehementius quassari terra, nutare tecta: excussus sopor, incussus iterum metus. flamma quippe oppressa imbri, cum aspirare nõ posset, intus fremebat spiritu eluctante. nimirum videbat quodãmodo ignis, eo die, quoniã tegebatur patrocinio Agathæ, in Aetna (quò hinc iter esse creditur per ingentes sub mari specus) furere haudquaquã se posse, in Vesuuio igitur sæuire conatus est; nec sensit vtrobiq; sibi paratum hostem; hic se cruẽtari Ianuarij sanguine, illic reprimi Agathæ velo. Magna certè vis, ac prouida diuinæ pietatis consulentis mortalium bono. imitatur sanè Aetnam Vesuuius flamma, sed vtriq; frænum est iniectum; atque illi quidem velum Virginis tanquam murus obtẽditur; nã profectò vereri debuit ignis tegumentum illud pudoris, quì rubescebat olim in genis accẽsis. cum candentes forcipes accendit ignis, non vidit se vim potius præstare, ac multò expeditiorem aduersus se facere, quoniam ambusta mamma fecit Amazonem. veretur Aetna nuptiales illas faces pudici thalami, quibus summittit suas. quid mirum? quando, & leonis impetum non alia ratione cohiberi aiunt, quam igneis eius oculis obiecto velo. mirata non semel Catina est, non alia re flammam extingui posse, quam flãmeo. quoties ea vrbs hoc velo explicato enatauit ex illo ignis gurgite? quoties eius vulnus, quod insanabile videbatur, huius veli fascia est non obligatum modò, sed sanatum. iaculatur in eam vrbem, ac reliquam Siciliam Aetna ignita plerumq; saxa, sed hoc velum oppansum est, vt aberret à scopo. ac licet quidem Agathę multò æquius, quam Palladi, in eo peplo pugnam gigantis inscribere, qui Aetnæ subesse dicitur, à se deuicti: hic verò alter, qui Vesuuio subesse fingitur gigas Alcyoneus, Ianuario det pœnas, qui vnus docuit hostẽ posse vinci non tã hostis ipsi-

Georg. Agric.

Velum S. Agathæ restinguit Aetnæ Incẽdium

L. Florus

Valer.

us victi sanguine, q̃ uictoris. hic ille est, cui obtẽperare didicerũt cõiurata in nostrũ exitiũ elemẽta. quoties metuimus, ne uentis ad nos ageretur è Vesuuio nubes? at cuiusmodi nubes? nempe in altitudinem immẽsam euecta, intumescẽs, grauida cinere, armata fulminibus, corusca fulgetris, tetra fuligine, linguis horrenda uibrantibus, imminens huic urbi, ac nostris propè ceruicibus incumbens. obsedit non semel urbem, circumtonabat, fulgurabat. aggredi potuit, ingredi nunquã licuit, ita uel excantata uotis, ac precibus uidebatur, vel potius tanquam diuina uirgula definitos haberet limites, ac Ianuarius Pontificio illo lituo tanquam augurali hanc nostri Cœli regionem, ac Templum descripsisset, in quod nec auspicatũ aliquid caderet, nec obnũciari posset.

Nescio quis me (Petre Aloysi) æstus abripit, vt de huius æstu sanguinis, quo æstuare Vesuuius desijt, fusius loquar, atq; illud addam, quod etiam mirum videri possit. quæret enim quispiam, cur sanguis ille restincturus incendium ferat secum paleas, quod nutrimentum potius ignis est? scis innatare in sanguine stipulas, cum quibus primùm est collectus è terra. sanè de Chimæra monte mirum quiddam narrãt. eiectat hic mons flammas Vesuuij more. incolæ, nè agros incendat, craterẽ ignis circumsistunt, fœni manipulos confertim stipãt, circundant ignem paleis. diceres, eos vel accendere caminum velle, vel, si restinguere conarentur, insanire. quid tum? horrere ignis protinus, abhorrere ab apposito fœno, statim cedere, immò opprimi, ac prorsus extingui. est hoc in Naturæ prodigijs. habet verò ille mõs in cacumine quidem leones, è iugo medio eructat flãmas, ad radices dracones serpũt. hinc datus fabulæ locus, vt mõstrũ diceretur. nihil ne Vesuuio est cũ Chimæra cõmune? est certè nõnihil. est illa qdẽ *Prima leo*, nosti Poëtæ carmen. nempe immanem aperuit hic quoque hiatum, quò, & Campaniã deuoraret, & se ipsum. *postrema Draco*. prorsus ita. fluuium. n. è Vesuuij radicibus tanquam è latibulis profer

Cur in Ianuarii sanguine stipulæ innatent.

Plin.

Lucretius.

serpentē appellauere veteres Draconē. *media ipsa Chimæra.* hinc certè primò ignis erupit. quid igitur? quādo Chimæræ in multis simillimus est Vesuuius, à Ianuario nè paleis extingui debuit eius flamma? ain'tu? at nonnihil videretur detrahi de prodigio. Natura illud fit, hoc diuinitus. non extingui videtur fœno Vesuuius, sed accendi, notum illud est de Pandulpho Capuæ vrbis Principe. populabatur hic Cāpaniā; relinquebat vbiq; vestigia scelerum, cū vir quidam religione præstās videre sibi visus est deformes Aethiopes vibrato capillo, qui festinanter, ac sedulò manipulos fœni plurimos alligarent; interrogati, quid agerent, quouè pergerent, responderunt. Genios se esse malos, q̄ certè vultu ipso, atque oculis præferebant igneis, colligere verò se non pabula iumentis, sed exarsuro Vesuuio fomitem ignis; in horribilem eum rogum, Deo vltore, Pandulphum conijci oportere. exhorruit ille dictis, mox nunciatum est de huius morte. statim Vesuuius ingenti ore patuit; exarsit, & tāquā iniecto multo fœno, inuoluit omnia fuligine, atq; fumo. alitur igitur stipula (si spectri ratio habeatur) Vesuuij flamma, non extinguitur, vt Chimæræ. quid igitur sibi volunt illæ, quæ in Ianuarij sanguine innatant? .s. paribus pugnatur armis. Ingerant ergo quantumlibet fœni Cyclopes impij intra Vesuuij caminum; vna, vel altera Ianuarij stipula respersa sanguine restinguet, ac nouo quodam prodigio, incendium fomes ipse ignis eludet. eiaculatur Vesuuius ingentes moles, vt quidam scripsit, *leuium palearum more consputas.* has iacere in nos desijt, cum primū uidit in Ianuarij sanguine paleas; ac mirè factum est, ut cū hic ignis omnia corriperet, atque absumeret, paleas tn̄, in quas fortè incideret, exhorresceret quodammodo, ac transiliret, ita eas relinquebat intactas, veritus fortasse, quas didicerat in Ianuario formidare.

Procopius *Petrus Dam.* *Cassiod.*

Neq; verò passus est Sanctissimus custos Vesuuium ignitos eiaculari lapides in hanc vrbem, cum in cetera loca, ēt cen- Cur Neap. à lapidatione immunis fuerit.

centum ferè passuum millibus discreta, immanis lapidatio desæuierit. nimirum hoc tempore illa in eius magnificentissimam ædem exædificandã, atq; ornandam munificè, ac splendidè incũbẽs, magni ꝑtij lapides,& fulgore cõspicuos comparat. ceteri montes nunc effodiuntur ad pietatẽ huius vrbis declarandam, execari se sinunt, latomias ostentãt, .f. Vesuuius contrà ad eius perniciem saxa cum flãma deuoluere? Excitatur ad latus Principis Templi ędes, exẽplar veteris magnificentiæ, quã fortasse quispiã, Rhetorũ more, inter orbis terrę miracula numerandã diceret, nisi prodigiũ illud viuidi sanguinis, cui dedicatur, magnitudine sua faceret, vt opus tàm egregium nõ habeatur mirum. sumptus est ex ærario Ciuitatis ducẽtorum, & amplius millium aureorum. augusti potius Templi est, quam ædis opus. parietes omnes quæsitorum lapidum crustæ operiunt. quot marmora, tot specula, in quibus, & magnificentia simul, & pietas huius vrbis repræsentatur. non est cur Alexãdrina marmora, cur Numidica, ac cetera, q̃ antiquitas est admirata, magnopere desideres. omnia cãdido, varioq; lapide distincta. in his mira ludentis Naturæ spectacula. videas quasi fluminum lapsus, ac męandros; dum currit vnda, moratur; dum fluit, stat. spumãt quasi collisi fluctus, & scopulus ipsũ marmor est. maculosa sunt multa, sed nihil purius huiusmodi maculis, ipsa labes decus est. intercurrunt quasi per artus venæ, & quædam puniceas habent veluti guttas, quæ omnes Ianuarij deseruiũt sanguini è venis effuso. nonnulla cãdidis, & quasi lacteis Zonis præcincta sunt, & ob venustatẽ, si fas est dicere, quasi Veneris cesto. colore sunt vario, sed in vnum redeunte concentum, suauitate inenarrabili. color his subniger est, sed tamen lætus; pallidus alijs, sed pallor eximiam habet gratiam. in nonnullis viriditas est, nec euanida, nec senescens. dos omnium est in imitatione gemmarum, iaspidis, pyropi, hæmatitæ, smaragdi, & aliarũ. quocũq; incidunt oculi, gratissima est eorũ refectio. in prato te, hor-

Ædis S. Ianuarij descriptio

toque versari credas, quo nomine sanctissimum illud, pulcherrimumq; delubrum in Palęstina olim appellatum legimus, lapidum quasi florum varietate distinctum, in quo aliũ admireris puniceum, hunc viridem, illi Natura, perinde ac pictor egregius, contrarijs etiam coloribus conciliauit gratiam. Idem in columnis decus, & species. quadraginta intra ædem sunt, complectuntur quaternæ Patronorum statuas, quæ intra marmoreas veluti cõchas inclusæ sunt. nihil est ꝙ in colũnis non admirere. non modo Naturę laudabis, sed artis decus; epistilia, scapos, spiras, stylobatas, in astragalis hypotrachelia, in Zoporis metopas, volutas item, siue helices, strias, siue canaliculos. omnia mira arte perfecta. non modo nitor ijs, sed splẽdor quidam vibrans. deniq; diẽ sibi ædes ipsa facit suum. quid cũ & Sole illustrabitur suo? cum, inquam, Ianuarij simulacrum in ara principe statuetur cum aureo amiculo, & illuminata gẽmis tiara, Soli, qui Mitras est dictus, quam simillimus? qui tum fulgor erit tanquã reciprocantium radiorũ? ut tota ædes tanquã τοῦ Ἡλίου ἀνάθημα, futura sit. habent & reliquæ aræ plurimum ornamenti, atq; splendoris. supernè veluti Genij è cãdido marmore corollas, aut aliquid simile gestant. quatuor odea sibi respondent cum septis itẽ marmoreis? Porrò ceterarũ partium dignitati pauimentum quoq; respondet distinctum, ac tessellatũ emblemate vermiculato. Eminet verò supernè, atq; incumbit operi ingens hemisphæriũ aureum. extremus hic labor est, imago quædam illius cęlestis, nisi quod figuris differunt, in stellifero namq; Perseus, Hercules, Cepheus fabulis inclyti, immò verò Cẽtauri, atq; eiusmodi mõstra visuntur; in hoc uerò hemisphaerio Patroni huius Ciuitatis cũ rebus præclare gestis expressi. Iam ante fores præcipua magnitudine, & specie admirãdæ colũnæ sũt duę, tribus millibus aureorum cõemptæ, ut fores ipsę magnificẽtia sua ædẽ ineuntibus significare uideantur, quale spectaculum sint adituri. cõputet in hac æstimatione, qui uolet, substructionẽ ædis,

Vitruvius

ædis,pretia marmorum,opera Pictorum,impendia Ciuitatis, nihil vel mole magnificentius, uel ornatu ambitiosius dicet.hoc unum fortasse quispiam è trāsmarinis regionibus aduena mirari possit ignarus rerum, æternum propemodū hoc opus,& immortaliter uicturum deseruire sanguini; sed mirari desinet,cum hūc immortalem sciet,& uiuidum.Noluit igitur amantissimus tutor, hanc urbem ignitis Vesuuij lapidibus obrui, quæ in æde magnificentissima substruenda & ornanda lapidibus hoc ipso tempore, tāto cum sumptu, ac pietatis significatione,uersatur.Rameßen Aegypti Regē ferunt,pulcherrimam molem marmoream Soli excitasse, Cambysen uerò,cum eam regionē igni uastari iussisset, ubi proximè ad eam molem incendio uentum est,siuè reuerētia Numinis, siuè pulchritudine operis commotum, flāmā longius serpere uetuisse;quid igitur mirum,cum incendium excurreret in hanc vrbem, vbi magnificētissima hæc moles Ianuario excitata est,statim substitisse flammam, vel locum reueritam, vel Numen loci? multi à me, quæ rem tantam testaretur,epigraphen efflagitabant;mihi nulla magis videbatur idonea,quam quæ non humano ingenio elaborata,
Pazzelli sed diuinitus inuenta in Agathæ sepulcro marmoreo, quo tempore veli obiectu Catina prçcipitantē ignem ex Aetna compescuit. ea fuit. *Mentem sanctam, & sinceram, honorem Deo, & Patriæ liberationem.*

Dion. Atq;habuit quidem hæc ipsa Ciuitas cum nondum omnino superstitio esset abolita multa Numina, quę in eo incēdio,quod sub Tito fuit,inuocata esse dicūtur, quorum tñ ad extinguendum incendium nullum esse posset idoneum:

Dij Olim culti à Neapolit. Apollini,hęc est Soli,diuinos honores tribuebat,quem vz. Astronomi,quia paullò ante, quanquā non sub nostro finitore,defecerat, in hoc incendio culpant.colebatur hic idē Neapoli Mitræ nomine Persico habitu, ambabus manibus bouis cornua retentans, ac premens,neq;tamen Vesuuium ille bicornem,mugientemque reprimeret.Quid Lucina, siue

ue Diana in hac eadẽ vrbe culta. obstetricaretur .s. parturienti Vesuuio.quid educeret Lucina nisi flammam?Diana verò,quæ incenso Ephesino delubro,arisque suis consulere nequiuit,præsto esset huius vrbis incendio? in illius fundamentis,nè fortè motu concussæ terræ posset euerti,legimus substratos fuisse carbones.præclarum omen. nempe postea iniecta flamma combustum est,atq;deletum. Ceres item hìc culta,sed hæc suspecta,facem præfert,dum filiam quæritat.cultus & Bacchus,nempe is qui à matre genitus exusta. Herculem ἀλεξίκακον Neapolitani venerati sunt, qui ne Herculanum quidem suum vindicare vnquam à flamma potuit,qui & se ipsum in pyram furens iniecisse dicitur . an Tyndaridæ,marina Numina,præsto essent ? at hoc tempore arsit & mare,nec vertex eorum est sine flãma . an Fortuna, quæ huius vrbis olim tutelaris fuit? ea scilicet terræmotum sisteret, q̃ volubili rotæ incũbit instabilis?an Orion?nã hũc quoq; est venerata Parthenope , at huic alterũ genus calamitatis debetur,eluuies.Gratijs certè referẽdę grates erũt; nã & illis Ciuitas hęc afflués omni venustate,&gratia honores olim exhibuit , q̃ cũ tres fuerint,infinitas potius Ianuario debet.an verò Vestam implorarent,cuius adhuc rotundum templum hic visitur in Nili,quæ dicitur,regione.illa videlicet,cui sacer ignis est perpetuus,extinguet incendiũ, cui obruendo vix sufficiat ipse Nilus. omitto ceteros Deos tribules, ac patrios ; sunt .n. omnes hac in re maximè inter se pares . & sanè cum postea hæc urbs eorum omnium simulacra,atq;delubra succẽdit, satis ostendit,non ipsos admittendos esse extinguendis incendijs, sed Ianuarium,qui dum uiueret, integerè medijs flammis euasit . Ostentabat olim Neapolis, ut narrat Philostratus in Heroicis,Alcyonei cuiusdam ossa immania,unius è gigantibus,ad miraculum; multos enim hìc gigãtes ab Hercule interemptos dicebãt, & Vesuuium super ipsos flagrare.quantò nunc maiore prodigio ostentat uiuidum Ianuarij sanguinem,quo eius mon-

Plinius.

tis efferuescens ignis extinguitur?

Quanquã nõ modo Ianuarij, qui ex Apotropęis praecipuus est, sed aliorum quoq; patronorũ, atq; Cœlitum auxilium est hoc tempore imploratum. eductus in pompa etiã eius, qui Assertoris nostri prodromus fuit, sãguis. quippè & hic, & si multis ab hinc sæculis effusus, tamen mirũ in modũ solui solet, & colliquescere. habet hoc Neapolitana ciuitas propriũ, ac singulare, ut concretus multorũ, qui sanctissimè ceciderũt, sanguis hìc efferuescat, perindè ac recẽs missus è uenis. quamobrem efferant se licet Roma, ceterẹq; urbes, ac iactent, quòd eorum occisorum sanguine maduerũt, Neapolis glorietur, alibi occisos suo sub Cœlo quodãmodo reuiuiscere. ita nescio qua dulcedine lætus micat, atque exilit cruor. exiljit olim, hic, de quo loquor, adhuc in matris utero positus. utrum illud admirabilius, an quòd uel interfecti uiuidus exiliat sãguis? est sanè hoc immortalitatis cuiusdam exemplar, ac propterea immortaliter hæc urbs laudanda in qua quodammodo mori nesciunt Cœlites, apud quam uiuunt in ipso cruore post uulnera. Supplicatum itẽ magno Thomæ ciui, patronoq; Ciuitatis inter horrẽdos Vesuuij mugitus. ueniebat in mentem, eum olim in hostes religionis, magno cum huius bono, utilius, uti de eo loquebantur, mugijsse; ereptum uerò nobis à fuligine Solem requirebamus ex eius pectore, vbi inter clarissima uirtutũ sidera pulcrius, quam in Signifero, splendet. Habet etiam inter ceteros hæc Ciuitas Iacobum à Piceno Patronum, quem paucis ante annis sibi adoptauit; huius corpus, quod temporis, æuiq; legibus minimè paret, integrum in pompa nũc primũ est eductum; atq; extra mœnia ad Vesuuij cõspectũ propositũ, Magistratu, ac Prorege, uniuersaq; pœnè Ciuitate prosequente. sentire uisus est Vesuuius infensum sibi hostem, ac minas remisit; quem enim sibi magis aduersum habere poterat, dum cinerũ uim egereret, quam eũ, qui nouo prodigio post mortem nõ est dilapsus in cineres? interea urbis

Aliorum Cœlitum auxilium imploratum

arces

arces æneis tonare machinis, fulgurare, & cũ ipso Vesuuio certare quà fragore, quà flamma. fuit hæc significatio q̃dã lętitiæ,tãquam hoste deuicto. Exoratus etiam Agnellus signifer, & Agrippinus, ac nè Patronos huius vrbis omnes numerando percẽseam, laurea Beatitatis ornatus Andreas è Theatinorum familia.fuit & hic viuido mirus in sanguine, qui licet gelidus morte, aliquando tñ efferbuit. Nos quoq; composito agmine argenræa simulacra sanctissimi parentis Ignatij, ac Francisci cum corporum analectis in pompa duximus, in quam Sodalitates à nobis institutæ cõuenerũt cũ acri fustuario,ac laceratione humerorum.atq;Ignatij quidẽ non modò nomine,sed factis valuit olim virtus in incẽdijs. expertus est is,qui cum deuouisset illum flammis,mox vnà cum domo conflagrauit. Xauerius verò apud Barbaras gẽtes,vbi montes eiusmodi sunt infames incendijs,hæc fręna solitus inijcere sceleri, ac dicendo vnà cum flagrantibus tonare montibus, ac vibrantibus fulgurare cum flammis. Pari etiam ordines ceteri pro se quisque pietate certarunt. Atque his præsidijs tecta Neapolis sedet inter ipsum Cumanum, & Vesuuianum cinerem mirè perennans; sibique vendicat ex vtraque flamma splendorem, non æstum. Ciuitates porrò reliquæ eodem communis exitij metu perculsæ ad Tutelares item confugere suos. quarum singularum quàm eximia pietas extiterit, dicendo prosequi longum esset. hoc tantùm non omittam, Barium, quæ vrbs admirabili prodigio liquoris è Nicolai ossibus scaturientis maximè insignis est,hoc se præsidio munijsse. in eam vrbẽ se nimbus ille cineris largius effuderat, ac plus tenebrarũ, plus etiam arenæ sparserat,quo videlicet, & Nicolai victoria, quã nomine præfert, esset illustrior, & theatrum apparatius. inter cetera, pietatis ergo, rei educti è carcere, atque in libertatem asserti; quanquam horribiliores extra carcerem nacti sunt tenebras.hoc certè halitus ille Vesuuij è profundæ voraginis carcere liber attulit commodi,quòd

alios quoq; liberos fecit. deinde aduersus fauillã sacrum liquorem expressere aëri. mox & caligo discussa, & cinis repressus. eadem opę quidam hic in Vesuuiana regione ab agro, domoque procurrentes flammas auertit. ita extinctus ignis quà fonte viuo, quà sãguine viuido. & miramur, quòd Vesuuius ipse, cum igneo halitu aërem digessisset, suauissimum illum rorem eiusdem nominis paullò post in arborum frondes expresserit? Multa alia de Cœlitum præsidio mira narranrur, mihi certè nihil tam diuinitus factum, tam prodigiosum, atq; mirandum est visum, quam vt in tanta strage Campaniæ tunc Patria desierit metuere vulnera, cum protulit sanguinem.



I O.

IO. BAPTISTAE MASCVLI
DE INCENDIO VESVVII
Liber Tertius.
Qui eſt
DE CAVSSA EFFECTRICE.
AD PETRVM ALOYSIVM CARAFAM.



Actenus, Præſul ornatiſſime, cum voluptate nos tenuit viuidi ſanguinis, & emortuę flammę ſpectaculũ, nunc quoniam & calamitatis magnitudinem ex incendio acceptæ deſcripſi,& pręſidia oſtendi,quibus ſe Patria texit; Veſuuium quippe flagrantis animę ſpiritu vaporantẽ, & nobis exitium minitãtem in primis Ianuarius ſanguine, ac Parthenope lacrymis exarmarunt;nè quid prætermittere videar eorũ, quæ ad rem faciunt, huius incendij cauſſas philoſophia duce indagare aggrediar.ſanè de his ad te ſcribere non oporteret, quẽ hìc non ſemel audiuimus in Academijs de Naturæ arcanis, ac ceteris Sapientiæ partibus ſumma cum laude ingenij philoſophantem; ſed quoniã,vti dixi, hoc tempore Sapientia eos, qui ab incendio ſemiuſti profugerunt,ſuarũ ædiũ hoſpitio, hoc eſt Lyceo ipſo, humaniter excepit,ac fouit, fas erit hac de re paucis diſputare,te Iudice. Solinus

Cum verò huius incendij nõ modo comes,ſed prodromus terræmotus fuerit (quẽ certè non ſine quadam benignitate Naturæ factum dixerim, tanquam excuteret oppidanos,

danos,aliòq; migrare cogeret, antequã ille turbo ipsos opprimeret) operæ pretium videtur eius preferre caussam; præsertim cum Sapientũ sententia sit, eandẽ ferè esse,quæ sit incendij;nã idẽ spiritus,qui terrã concitatus excutit, eãdem inflãmatus etiã exurit. Quanquã ægrè adducor, vt de hoc maximè genere calamitatis verba faciam. quid ita? quia exulceratur animus memoria præteriti tẽporis; nã,vt omittam quæ nõ multis ante annis in Magna Græcia horrenda, atque misera terræmotu contigerunt, versantur mihi ante oculos exitia prsus immania. perhorresco .n. in Apulia,non longè à Gargano Mõte,insignis, ac frequentis
Anno 1627. vrbis à S.Seuero dictæ fata nõ modò seuera, sed sæua.cerno tot oppidorum sepulcra; exanimant me insepultorum acerui cadauerum, eorũ quos immanis domorũ casus oppressit. audio gemitus,& vlulatus;cum vero infantium,parentum,coniugũ interitum cõtemplor, tum ab ijs commemorandis ipsa cogitatione abhorreo. quis fuit illius diei turbo, atq; tẽpestas? cum repente mugitu edito terra intremisceret,inhorresceret,subsidèret; cũ domus aliæ super alias inclinatæ corruerent, reclangentibus cunctis sonitu ruinarũ immenso,cum strage tanta,quantam multis prælijs non fecisset hostis. fleuimus duo pœne millia hominum extincta non in Germaniæ campis,non apud Thraciæ Bosporũ, sed intra mœnia,non alio hoste,quã Patria:traxit, inquã,secũ Patria, dum rueret,in idẽ exitium suos. tantò duriùs,quãtò minus formidatum malum;quis .n. ẽt è sapientibus terræmotũ presertim tã horribilem timeret, æstate iam prope adulta,in Apulia maximè,cum expirationes è terra tenuari, difflari,atq; absumi solent?quo tñ tẽpore tanquã instructis copijs ad perniciem coijere. Iam quid Oceani vitamus æstus,quando ẽt procul à mari terra fluctuat?quasi satis nõ sit ad eã nos appulisse, tanquã è naufragio in littus eiectos; at verò quid bellicas in castris perhorrescimus machinas, quando fit ẽt sine externo hoste domestica in tectis arieta-
tio

tio? an non rectè terram appellari dicamus brutam, quæ hostes suos domi receptat? admittit illa intra specus aërẽ, quo quatiatur, ignem, quo conflagret, aquarum fontes, quibus effusis obruatur. fontes dixi? sed quid hoc prodigij est, quod nuper vidimus? Mõs euomuit ipsũ mare, & cũ culmina montium in eluuionibus ascendere tutum sit ad præsidium, hinc nobis fuit inundatiõ ad exitium. parum ne est terrã quasi fluctuare motu, nisi etiam veris fluctibus, quasi naufragium faciat? antiquatæ igitur sunt Naturæ leges, nec iam arena præscripti limites mare arcent, quando & arena, & mare à montibus resorbentur. ceterum quis deinceps dicat terram suis librari ponderibus, quando stipulæ instar tam facilè vibratur? quis admiretur tanta soliditate cõcretam, quando compage laborat sua? Cuius animum hæc ꝓdigia tam immania non percellerent? ecquis erit, qui nostrum reprehendat metum, atq; huius Ciuitatis propriam animi magnitudinẽ desideret? consulat verò sapientiæ magistrum; nẽpè immanitatis arguit, ac rationis, sensusq; dicit expertes eos, qui vel in terræmotu, vel in procella, atq; naufragio, quæ ambæ res in primis horrendæ natura sunt, minimè commouentur, ac Celtas redarguit, qui tremente terra, tanquam in chorea quadam, & orbe saltatorio versarentur, ita gestiebant; intumescentis item maris fluctus audacter, nec sine tumore animi aspernabantur. negat vir ille sapiens hanc dignam esse laude constantiam, cum stupor potius, & immanitas dici debeat; inhumanum quippe videtur, cum humus, hoc est parens omnium tellus cõtremiscat, hominem Naturæ vulnera nõ perhorrescere. aut in medijs fluctibus durissimam præstare se cautem. atqui nos quantò maiora terrebant exitia, cũ eodem tẽpore, & terremotibus iactaremur, & marinis fluctibus è monte profusis obrueremur, nouo prodigio in continenti ipso naufragi, vt omittam funestam flammam, quę circumsidebat vrbem. profectò nõ commoueri nemo potuit.

Horatius. — *Arist. 3. Moral.* — In terræmotu non commoueri stupor est. — *Homerus*

Οὐδ' εἰ κραδίην γε σιδηρέη ἔνδοθεν ἦεν

quid

qd? an nõ apud Romanos ipsos, quorũ incredibilis fuit in periculis adeundis animi vis, atq; robur, cautũ fuit, nè quis semel vno terręmotu enunciato, pro quo feriæ indictæ, cõceptæuè erant, alterum eodẽ die factum enunciaret? quod fœdum prorsus habebatur, & ominosum; quis igitur esset nostrùm omnium sensus, quorum non aures huiusmodi nũcijs pulsabantur, sed oculi nutantis vrbis aspectu perstringebantur: certè vnica nocte quinquagies trepidatum est. nec antea nobis paullulum respirare à metu licuit, quam Vesuuij spiramentum fieret laxius. Insisterem hìc in dicendo, nisi firmum, ac stabilem de se haberi sermonẽ ipse terrę motus vetaret. Venio igitur ad caussam. neq; verò hæc tam in aperto est, quàm vulgus putat. quid .n. de naturalibus in hoc genere caussis cõstituas certi, vbi alterno motu Natura ipsa dubia est? sanè quænam caussa sit, quamobrẽ terræmotus fiant nõ modò his cõmibus sensibus. opinionibusq; compertum non est, sed ne inter physicas quidem disciplinas satis constitit. Ventorum ne vi accidant, subeuntium specus, hiatusque terræ? an aquarum intra terrarum cauitates vndãtium fluctibus, pulsibusq; ita, vti videntur existimasse antiquissimi Gręcorum, qui Neptunum ἐννοσίγαιον, καὶ σεισίχθονα appellarũt, an cuius alius rei causa, alteriusuè Dei vi, ac Numine, nondum, inquã, erat pro certo creditũ. ꝓpterea veteres Romani, cũ in omnibus alijs vitę officijs, tùm in constituendis religionibus, seu potius superstitionibus cautissimi; vbi terrã mouisse senserant, nunciatũuè fuerat; ferias eius rei caussã edicto statim imperabant, sed Dei Nomen, vti solebãt in ceteris calamitatibus, cui seruari ferias oporteret, statuere, atq; edicere non audebant, nè aliũ pro alio nominando, falsa religione populum alligarẽt. idque ita in decretis Põtificum obseruatum esse, M. Varro dicit: quoniam, & qua vi, & per quem Deorum, quorũ apud ipsos frequens populus fuit, terra tremeret, incertum esset. Sed eorũ sentẽtia maiores in Lyceo plausus videtur excitasse,

Alex. ab Alex.

Ammianus Marcellinus.

tasse, qui terræmotum fieri dixerunt, dum alterna vis cursat, & vltrò, citroque spiritus commeat. cuius motus æstu tenuatus, atque laxatus, cum ampliora quærat spatia, nec facultatem euadendi habeat, intercluso meatu, fremit, ac tumultum ciet; proxima quæque remolitur, ac iactat; siuè tellus crispante crepitu ædium vibret, siue intumescat assurgens, alternatimq; resideat; siue concurrentia tecta contrario motu arietet; siue vndantis sit inclinatio quædam, & fluctuum more volutatio; siue in vnam partem totus impulsus: atq; hæc sententia ex Aristotelis, ac Theophrasti fontibus defluxit non modo in Lyceum, sed etiam in hortos Epicuri. quę quidem à doctis in quatuor distincta sunt genera, siuè formas. aut enim Brasmatiæ dicuntur, cũ humum intus halitus illi suscitantes, sursum propellunt immanissimas moles, vt in Asia Delos emersit, & Hiera, & Anaphe, & Rhodus, Ophiusa, & Pelagia prioribus seculis dictitata aureo quondam imbri perfusa, & Eleusin in Bœotia, & apud Tyrrhenos Vulcani, insulęq; plures; aut Climatiæ, qui motus limes ruẽtes, & obliqui vrbes, ædificia, mõtesq; complanant; aut Chasmàtiæ, cum grandiori motu patefactis subitò voraginibus terrarum partes absorbentur, vt in Atlantico mari Europeo orbe potior insula, & in Criseo sinu Helice, & Bura, & in Ciminia Italiæ parte oppidum Succiniense profundo hiatu absorpta æternis tenebris occultantur. inter hæc genera terræ commotionum Mycematię sonitu audiuntur minaci, cum dissolutis elementa cõpagibus vltrò adsiliunt, vel relabuntur cõsidentibus terris; tunc enim quasi tauri mugitus audiũtur immanes Huc pertinent illa tot monstra quot nomina, quibus alij terræmotũ distinguunt in agitantem, subuertentem, scindentem, perforantem, tremulum, ruinosum, impellẽtem, vehẽtem, euehẽtem, deprimentem; Sed nemo breuius, ac sapientius, quam Aristoteles in duo genera collegit; docet.n. alterum esse motum terræ nõ absimilem tremori, cum videlicet spiritus

Varia terrę motus genera.

Georg. Agric.

Βρασμός Concussio

Ammianus.

κλίνω. Inclino Euerto

χάσμα Hiatus

Μυκασμαι Mugio

Albertus.

Arist. 2. Meteor.

plurimus terram,longè latèq;peruadit,eamque non in profundum,sed in latera ciet,ac modo ad hanc,modo ad illam partem vibrando agitat,alterũ esse instar pulsus, cũ ex imo terra concutitur, ac sursum, deorsumque iactatur spiritu rectà ascendere conante,quo pacto se habet in animãtibus pulsus,eo si quidem areteriæ nũc se se efferunt, nunc concidunt; atq;hoc longè periculosius esse dicit, cum vno in loco infernè spiritus vnà conspirant, vnde exisitit tanta illa commotio, atque eruptio, quæ omnia ruinis operiat; hinc quippe accidere ait,vt aliquando magna vis cinerum, lapidum,atq; saxorũ tãquã è lebetibus, subiectis prunis, ebullietiũ efferuescat; atq; hoc modo terræmotu facto euersa esse quæ circa Sipylon,& qui vocatur Phlegtæus Campus,& & quæ circa Ligusticam regionẽ sunt. Animaduertere igitur facilè quisque potest, cuiusmodi motus hic Vesuuij fuerit,ex quo eruperit materies cineris,atque lapidum tanta vi, tantaq;copia,vt agros,maria,ac transmarinas etiam regiones oppleuerit.Sunt.n.halitus illi,vt vniuersè loquar, natura non modo citi,ac loco maximè mobiles,sed,vt ita dicam,impotẽtes sui,quos si vis inimica obsideat,compellat, atq; in arctum agat,postea quam peruagati excurrerũt, nisi potestas abeundi detur, tum verò,

Virg 1:Aen. *Illi indignantes magno cum murmure Montis*
Circum claustra fremunt.

quæ claustra cum diù pepulerunt, si fortè perlustratis omnibus euadere nequeãt,inde quò maximè impacti sunt, resiliunt,& aut per occulta diuidũtur loca, ipso motu fatiscẽte terra,aut per nouum vulnus emicant;quod sua ætate accidisse idem Aristoteles narrat in Heraclea ponti Herculi sacra, quo nomine, & Herculanum hoc Campaniæ Strabo vocat.est quippe hoc fatum Herculis, vt non minus mortuus,quam viuus varios in labores,ac varia incurrat in monstra. cohiberi igitur spirituum vis tanta non potest,nec vlla cõpage constringi; laxamentum sibi parant indomita quadam

Arist. ibidem Ἡράκλειον

dam

dam Naturæ potentia liberi, carcerem indignantur, ac sibi ius suum quodammodo vendicant; quòd si agitatione illa inflammati nacti sint materiam idoneam, qua pascantur, tunc ipsi viribus sumptis omnia depascuntur, montes ipsos.

Illud nunc quærendũ videtur vtrum hic Vesuuij terræmotus solito more, an alia quapiam ratione contigerit. fortasse enim non deerit quispiam, qui hũc non tam spiritibus delitescentibus, quam flammis prodeuntibus tribuendum putet; sed cum ea nocte, q̃ præcessit eruptionẽ incendij, terra, in vicinia maximè, non semel mouerit, profectò à lucta spirituum, qui inclusi latebant, terræmotum factum, neminẽ latet. deinde primo, qui occurrit, obice diffracto (ictus quidem verticem petebat, sed aberrauit in latus) statim illi

. . . . *velut agmine facto,*
Qua data porta, ruunt. *Virg. 1, Aen.

armati flamma, ignitaq; instructi materia. sed dum vnà omnes sine mora euadere conãtur, angustiore ostio prę tantis copijs, vehementius quati mons cœpit, atq; conuelli. igitur, & qui adhuc tanquam ira quadam perciti claudebantur ignei halitus, & qui iam cum impetu prodibant, terram quatiebant. hi verò cum erumperẽt, circumfusum aërem impellebant, voluminibusq; flammarum protrudebant, ex qua rarescẽtis aëris collisione horribilis ille tremor in fenestris, præsertim vitreis, fuit; porrò terræ commotio, perpetuaq; vibratio in hac vrbe, ac finitimis locis, non nisi ex consensione continentis cum Vesuuio, vti reor, accidebat; partibus videlicet inter se nexis, & communi coagmentatione compactis; quapropter toto fere biennio vicinia cõtremuit, etiam cum Neapoli quies erat. Non absimili ratione fulmen, cum è nube emicat, intra quã cogi non põt, nube ipsa fracta, collisoque aëre, aures fragore percellit, ædificia commouet, & quatit. quod item in bellicis machinis, æneisq; tormentis, quæ fulmen ipsum aut æmulantur, aut vincunt, experimento discimus; intrusus .n. sulphu-

reus, ac nitrosus puluis in machinam, & glande obducta, admoto ab ima parte extrinsecus igni, illico intus accéditur, ac maius quam centuplum spatium occupat, qui cum in arcto sit, magna vi primò concutit machinam, tum non aliunde faciliorem exitum nactus, quam vbi conclusa glans est, eam toto impetu elidit per canalis spatium, inde eadẽ vì foras exturbat; tum omnia tumultu miscentur; consequitur tectorum commotio, atque concussio; quod ita fieri necesse est, cum ignis ille affatim tanta cum lucta, atq; conflictu ex angustijs erumpat, aëremq; repẽte diuerberet, atq; feriat, ipsa quoq; glande, dum hunc findit obiectum, obstrepente, ac stridente: & sanè ita hæc inter se similia fuerunt, vt, qui procul aberãt à Vesuuio, alterius imagine delusi sint.

Cardanus

Cur mitiores terremotus fuerint post eruptionem ignis.

Ceterum, quòd antequam Vulcanium illud amplũ antiquę voraginis ostium pateret, vehementiores fuerint motus, postea mitiores, nemini mirum videri debet, eductis videlicet magna iam ex parte copijs, & in liberiorem aëris campum effusis; quem nisi vis tãta spirituum inuenisset, futurum erat facilè, vt magna Campaniæ pars horribili labefactata motu concideret, aut cum reliquis vrbibus hanc maximè hiatus aliquis resorberet; neque enim his casibus orbis terræ obnoxius aut nũquam, aut rarò fuit. At verò mirari quispiã hìc iure possit, quid sit, quod post laxatas Vesuuij fauces, atque immensæ voraginis os illud immane patefactum, adhuc per interualla terra mouerit, æstate præsertim, quo maximè tempore philosophia nos ab hoc metu liberabat, ac securos esse iubebat; quippe tum tenuantur calore spiritus, atq; diflantur, quod caussæ est vt AEgyptus calida regio, rarò contremiscat; sed nimirum reliquiæ, vt ita dicam, coniuratorum sub cuniculis delitescebant. in primis animaduerti mouisse tellurem vehementius semel in maximo imbri, ac procella noctu cõcitata, iterũ paullo post imbrẽ subitũ, qui rursus agros eluuione vastauit; atq; hæc fieri dicerent Peripatetici, tum quia intercipitur halitus, neque potest eua-

Cur postea non omnino destiterit moueri terra.

dere

dere terræ montibus frigore constipatis, quamobrẽ & noctu frequentius tumultuatur, tum quia occupata sede ab aquis, contineri nequit breuioribus septis. certè illum ipsum immanem in Apulia terræmotum paucis ante annis factum imber præierat post ingentem æstum. his addo aliquid Vesuuij proprium;cum enim expiratio hęc bituminosa sit, scimus bitumen aquis ali; vnde illa non ficta, sed vera spectacula Chimæræ mõtis, Nymphęi crateris,aliorũq; locorum,quorum ignis imbribus adolescit.accedunt ingẽtes ruinæ montis, quem dum ignis exedit, necesse est immanes collabi moles;atq;corruere,quod Anaximenes Milesius sensit;quanquam in hoc errauit, cum non aliter concuti terram diceret,quam cum labefactata inpræceps ageretur; quò spectat illud Poëtæ nè an Philosophi?

Terra supernè tremit magnis concussa ruinis; Lucretius
Subter vbi ingentes speluncas subruit ætas;
Quippe cadunt toti montes, magnoq; repentè
Concussu latè disserpunt inde tremores.

Cererum mirum videri non debet,intra Vesuuium tantam contineri vim posse spirituum,cum cauis locis,ac specubus abundet maximis, in quibus illi hospitari, vel potius ponere castra possint. præterea cum subinde materia sulphuris,ac bituminis propagetur, nouos gigni halitus necesse est,atq; instaurari copias. Nã quod nonnulli ex Astrologis sentiunt, idcirco iterari terræ motus, quod eadem congruentium siderum veluti coniuratio redeat, id non facilè sapientes admiserint; neq; enim Mars in Leone, in quo signo primùm stationem habuit, vltimos huius anni motus concitauit,cum iam aliò diuertisset. *Aluernüata lapsus. Lege Augustinum Niphum*

Videris hìc à me quærere cuiusmodi signa ex ijs,quibus terræmotus præsentiri solet, hunc præcesserint; tantum .n. in hoc ipso mali est,vt eo imminente inhorrescat ante Natura;in primis verò lineam ex nubecula tenuem in longum spatium per cœlum protendit, quæ conditis ventis diffla- *Signa terræ motus.*

ri

ri nequeat, qua linea ducta quodammodo futurum adumbret incommodum more Pictorum, aut significet malum tanquam *à linea incipere*, vt fit in stadio, exurfurum sæpe ad vrbium vastitatem. Præterea intumescit mare, atq; exũdat. illi ipsi qui nauigant non dubia coniectura nituntur intumescente fluctu subitò, aut quatiente icti, intremiscũt verò etiam in nauibus posita æquè, atq; in ædificijs. Quid quòd puræ in puteis aquæ turbidiores fiunt? quæ scilicet perturbatæ Naturæ indicia sint, ac dissidentium elemẽtorum tumultum, pugnamq; testentur: quod certè signum hoc tempore nõnulli animaduerterunt. Solent & bruta nescio quo Naturæ stimulo concitata, huc, illucq; diffugere, ac significare mortalibus, aliò esse migrandum; quin etiam Anaximenes ex volatu auium terræmotũ prædixit, nam & volucres ipsæ non impauidę sedent. quo igitur præsidio nitãtur homines, cum nec volucres fidant pennis suis? Ardet etiam aliquando ante motum aër, ac faces prætendit tanquam indices belli, quod animaduertisse dicitur Callisthenes. Nonnunquam verò Cometa præit nuncius calamitatis, quod accidit in Achaia. Antecedit, & Lunæ defectus, vel potius, vt Aristoteles cẽsuit, ea deficere incipiẽte solet tellus quasi cõmota prodigio intremiscere. addũt aliqui & Solis deliquiũ, quasi exhorrescat ante Cęlũ, & clarissimos quos habet oculos claudat, ne intersint exitio; atque hoc certè tempore vtriusque planetæ defectus præcessit, Lunæ vero etiam subsecutus, quanquam sub altero finitore. Nam quid ego dicam, neq; Cœlum ipsum cum maximè placatum est, atq; tranquillũ, sine aliquo metu cerni posse? nempe cum Cœlum silet à uentis, tunc immurmurare, atq; mugire solet tellus, illis videlicet cõditis in cauernas; & quod magis mirere, hæc accidere aiunt Mathematici vi siderum congruentium, maximè vero circa quadrata mundi. at quid magis aduersum quadratæ figuræ, quã motus? adeò in hoc genere calamitatis perturbata sunt omnia. Denique, vt cetera

Plinius.

Augustinus Niphus

tera, si quæ sunt alia, terræmotus omittam indicia, illud nõ modò oculos, sed aures horrore implet, immane murmur è terra, fremitus, mugitus, interdum etiam quasi pulsantiũ fragor armorum. quid ego nunc de mugitu, quem Vesuuius hoc tempore edidit dicam? quid de fragore, ac tonitru, quo exterrita, & consternata Italia est? quis auctor illius, nisi is, qui luctabatur sub specubus, igneus halitus, dum exitum eluctatur, qui fragor subinde varius in terræmotibus esse solet pro materia excipiente formas specuum, per quos meat; rauco in recuruis resultante; in vuidis, atq; stagnantibus more fluctuum murmurante; aduersus dura, atque solida mugiente, fremente, tonãte. hunc porrò, grassante iam igni, augebat collisio saxorum immanium, quę uis illa spirituum iaculabatur; quæ moles egestæ, deinde collapsæ, atq; collisę cum alijs horrendo tumultu cœlum omne complebant. hinc olim sub Tito auditus dicitur è flagrantis Vesuuij vertice quidam horribilis tubarnm veluti clangor, bellum veluti indicens, atq; ad vastitatem Campaniæ ignitorum spirituum copias euocans; hoc vero tempore initio quidẽ tanquam trusatilis molæ, atque versatilis strepitus, deinde tanquam missilium è tormentis æneis globorum, immo tonitruum fragor. atq; hoc nõ in incendijs tantũ accidit, nã & mugitũ aliquando editum à Vesuuio legimus sine flãma; & in paludibus ipsis secus flumina subterraneos fieri solitos accepimus sonos, qui Bucentauri dicũtur siue Bomugi. fabulantur eos esse sacros Deo tauros; quia videlicet ita sonus ad aures accidere solet, ac si sit tauri boantis, seu mugientis. quinẽt aliquando, cum contagio maxime sęuiret, non semel voces auditæ dicuntur è terra humanæ similes, quas emittere Oxoarcham putabãt. vulgò Græco nomine Oxoarchã vocant spectrum quoddam, atq; laruam anilem, gracilem admodum, atq; oblongam, quasi gracilẽ dominã dixeris. ab hac prædici eo sonitu pestem arbitrãtur; reapse magna vis illa est halituum, qui afflantur è terra, sub qua-

Vnde in terræmotu mugitus, & sonus varius

Dio.

Procop.

August. Niphus

per-

perstrepunt;qui deinde,vt eruperunt virulenti, aërem inficiunt.immo verò aliàs auditum narrant ex ima humo quasi verberatæ mulieris gemitum,qui adeo perterruit audiétẽ, vt semi animis prodigium referre voce vix posset, cui metus excussus ꝓductis è philosophia naturalibus caussis;fracto .n. aëre, vti dicebam,in cauis terræ specubus,pro illorum forma, naturaq; varij eduntur soni, quaobrẽ & hinnitus velut equorum,& catenarũ strepitus,& armorũ fragor, & alia multa sonorum genera non semel audita dicuntur; sed hæc silentia potius Naturæ sunt,si cum ingenti Vesuuij mugitu,ac fremitu cõparaueris, qui non modo nostras,sed exterarum quoq; gentium aures compleuit,ac perculit.

Quò spectẽt signa terræ motus

Deniq; ut hæc,quæ de terræmotu à Philosophis fusè disputantur,breui complectar;hoc agunt halitus illi,ut nobis spiritum ducere sine interitus metu non liceat. cum lineas obseruarũt in cœlo,tum se longius è terrę cẽtro proripiũt, ac superficiem pellunt.perturbant in puteis aquas, Camelorum more , dum bibunt , ne uidelicet fœditas appareat tanti monstri , ꝙ Natura tunc parturit ; quanq̃ eam tegere interdum quoquo modo conãtur, cũ associant se Cometę, ita qui orbem terræ fœdant exitijs , pulchri .s. & comati uideri uolunt. calamistrum ipsa calamitas est , nec aliunde accipiunt cinerẽ, quàm ex incendijs. montes ipsi sæpe cinerarij sunt . Intempesta maximè nocte tẽpestatẽ cient, ac mortaliũ quies eos inquietos facit.nocturna quasi saltatione debacchãtur ebrij , sub Vesuuio maximè uiribus referto . quãquam & meridies eorũ aliquando insidias detegit, quoties meridiana ipsa lux sempiternam urbibus offudit noctẽ? occurrũt & orienti quãdoq;Soli,tãquã eum salutaturi,nec tñ salutẽ mortalibus,sed perniciẽ. allaturi.plaudũt illo motu malis nostris , atq; in tanto Naturæ uulnere soli tripudiant. nouos fontes aperiunt, etiã oculorũ.Solis, Lunæq; defectus opperiuntur, ut immanissimum facinus oculatissimis careat testibus . sũma hiems eos arctissimis uinculis

culis ita colligatos tenet, ut nos metu soluat. sũma æstas eosdem ita conficit, & absumit, ut nos reficiat, recreet, & cura æstuare non sinat. cum tanto cõcitentur ęstu, tãq; sint natura feruidi, vt incendia ipsa excitent; calidissimas tñ regiones vitant, & cum nos obrigescere metu cogant, rigidissimas minimè quatiunt. Cœli clemẽtia eos facit immites, vbi maxima tẽperies est, ibi maximè agunt eos intẽperiæ. in Campania immanius sæuiunt, nacti vz amplũ, & satis idoneum ad instruendã aciem campum. cùm purũ est Cęlũ, tũ terra labem facit. cùm tranquillũ mare, tùm fluctuat terra, ne felicitas sit omni ex parte constans; cùm sedata sunt omnia, tùm seditio viget. in montium se latebras abdunt ad damna, vt Spartacus ad latrocinia. nati sub montibus, ipsos demoliuntur, ac tumulant: nisi per rimas, ac meatus pateat ostium, præfracto ingenio claustra perrumpunt, montes lacerant; aut exitus sit, aut exitium. quã tenuium dominorum imperio, ac tyrannidi tam ingens terræ moles paret? eorũ nutus est, nutare terram; iactet nescio quis Mathematicorũ posse se extra terram positum tãtã molem vertere, hi intra terram, ipsam possunt euertere. saxa, mõtesq; diffringũt, atq; cõminuunt; interea nos obstupefacti lapidescimus metu, prodeunt ipsi è carcere iam soluti, vt nos formidinis vinculis colligent, atq; constringant. anhelitus illi terrænè dicẽdi, an nostri, quibus quatimur ægri mœrore? nihil certius, quã dubium illum motum tendere ad perniciem. mugitum è terra edunt sæpè cũ flãma, ne cõni supplicio desint Phalaridis tauri. opprimimur casu ędium, vt exprimatur sãguis, quo halitus alantur. hiatus illi, quos aperiunt immanes, satis ostẽdunt, quid tam auidè sitiant, quiduè inhient; spectacula illa, q̃ hostiliter in vrbium excidia conspirarint. per vulnera parentis telluris aditum sibi faciunt ad natorum mortalium stragem. sed nullumnè præsidium? dabo. dum arietant ædificia, horum testudo tutissima. mira res. robur, & vis eorum summa vbique, p̃ter q̃ in campo. fugimus in campũ, vt

Spirit' quorsum terram moueant.

Plinius.

L eorum

eorum pugnam vitemus;nullibi salus certior,sed caue,nam ijdem præliantur ardentius in Campania.

Postremo loco cõmemorãda sunt,q̃ terræmotus importare solet incõmoda. certè illud non est exiguum, ꝙ tantũ incusserit metum ipso murmure, atq; mugitu; quẽ subinde metũ augebant tectorum crepitus, packietũ nutatio, ac penè,ꝙ verebamur, dehiscens solũ, cũ omnia præsentẽ ostẽtarent interitum.adde, quæ præcinebãt Mathematici fata, fore, vt repentè terra latè diffisa recederet, vt profundis vrbem hãc faucibus resorberet, quod .s. factum legeramus aliquando non modo in Phœnicia,atq; Thracia,sed in Eubœa,atq; in hac ipsa proxima nobis Insula AEnaria.quanquam Neapoli diuino beneficio nulla prorsus hoc tẽpore corruit domus, quãuis ruinosæ non paucę essent,cum tñ in illo,ꝙ sub Tito fuit incendio, terræq; motu,nonnulla ædificia,in primis verò gymnasia corruisse dicãtur. Interrogas num nouæ sint factæ, vt nonnunquã accidit, aquarum scaturigines? etenim scis ipsa agitatione, & conuulsione telluris nouos aperiri solere meatus,& cuniculos,per quos latices foras erumpant;veteres cõtra fontes,fluuiosq; cõdi, vel aliò certè decurrere;id planè nunc factũ, nec sine magno incommodo Ciuitatis,cũ farinaceæ molæ diu vacauerint,ꝙ aliò fluuij diuertissent,oppressis terra canalibus; nouis contra fluentis patefactis eluuio agros, oppidaq; vastauit. confluxerunt .n. partim marini fluctus, quos mons resorptos euomuit, partim fortasse aquæ (neq; .n. salsæ oẽs erant)quæ intra Vesuuium cõtinebantur, ex quibus Draco fluuius esse putatur, è Vesuuij radicibus effluere solitus, quasi flãma solũ,atq; incendiũ ipsum.satis non esset ad deuorandã Campaniam,nisi ẽt in hanc immaniter Draco sæuiret. æquatis igitur vallibus immẽso cinere,obstructis sulcis aquariis,quos Elices vocant, durato ẽt solo,ꝙ bitumen adstrinxerat,cũ maximi quoq;& creberrimi accessissẽt imbres,qui per eos dies.perpetui fuerunt,cum terra tantam

Terræmotus incommoda.

aqua-

aquarum colluuiem resorbere non posset, in mirã altitudinem excreuere effusi latè torrentes, qui cautes immanes, ac rupes potius, qui tuguria cum armentis, & gregibus, qui villas, pagos, atq; oppida ipsa demergerent. pter hæc frigidæ, q̃ antea erant aquæ, nonnullę concaluerunt, quæ .f. per feruidum cinere iter excurrerent, quod aliàs terræmotus efficere solet cõmutatis aquarũ venis. Ac ne omnia persequar, extremum illud est, ac maximum terræmotus incommodum, vel exitium potius, ignis eruptio. nam cũ expiratio illa, vti diximus, ad concipiẽdum incendiũ suopte ingenio idoneam vim magnam sulphuris, ac bituminis, aut vtriusq; nacta semel incanduit, ilicet diffracta ingenti motu tellure erumpit; cęlum, maria, regiones ẽt transmarinas cinere, saxis, caligine, fumo, fragore horribili cõplens. plenæ sunt historiæ, quæ cum terræmotibus incendia sæpe coniungunt; nam & Marco AEmilio Lepido, & C. Oreste Coss. ad insulam Liparam terra cum mouisset, ignes euomuit, & L. Martio, & Sex. Iul. Coss. in AEnaria cũ terra desedisset, exarsit; & L. Fabio, & L. Q. Guidone Coss in agro Caleno ex concussa terra flamma prorumpens, ac per triduum exæstuans agros exussit. Cõmodo verò Principe post terręmotũ ignis emicans ex imo tẽplum Pacis hostili more incẽdit. in agro quoq; Mutinensi cum Montes duo vehementi motu inter se concurrissent, ex ea quasi pugna inter Martios conflictus subita flãma Vulcanus exarsit. nã quid ego dicã, superiore seculo ab Auernum lacum post crebram terræ cõmotionẽ tantum exortum incendium, vt ex cinere, vti dixi, montem extulerit? Ferrariæ verò, paucis post annis, cũ terræmotus multas demolitus esset ædes, tandẽ subito hiatu facto, erũperunt è terra sulphurei fontes ardẽtes, cum magna pisciũ Padi fluminis strage.

Terræmotum cõsequi aliquando solet Incendium.

Iulius Obseq. Lycosthenes.

Anno 1538.

Anno 1570.

Iam me terræmotus ipse à se quodãmodo excussit, atq; ad incendiũ propulit. ingeniosè, vt solet, philosophatus est in hoc Aristoteles, eo, quod attigi, exemplo, vt quẽadmodũ

Caussa effectrix Incendij.

Arist. 2. Meteor.

Aguſt. Niphus

in hominis ægri corpore & tremor eſt,& pulſus, qui cum inæqualibus ſpatijs ſolito magis ſalit, ac micat, febris æſtũ indicat,ita in hoc amplo telluris veluti corpore & terræmotus ſint,& incendia . quis non antea Veſuuium admirabatur montium omnium pulcherrimum? at quanto nunc in ſqualore conſpicitur? q̃ horribili tremore concuſſus, quam feruido quaſi pulſu ardens ? nec mirum, cum venas habeat plenas ſulphuris,ac bituminis;quæ poſtea q̃ tanquam è venis ſanguinem miſit, leuari viſus eſt. bilem pęne oẽm iam euomuit; nam bilẽ huius artis antiſtes ſulphuri ſimilẽ facit, ambo .n. facilè exardeſcunt; quanq̃ in hominis corpore & tremoris , & feruidi pulſus facilè eſt inuenire cauſſam, in Veſuuio non item. enimuero in hoc incendio,quod neminem latuit, ſolùm latere videtur auctor incendij. Atq; Sol quidem,ne quis ipſi tanq̃ auctori, ac reo diẽ diceret, diem ipſum abſtulit,ſeque ſtatim in noctem abdidit.halitus verò igneus ſibi tẽperare non potuit,quin ſeſe proderet , palãq; confiteretur ingenti fragore , ac murmure , à ſe eſſe incendium excitatum. nã alij quidẽ alias afferunt cauſſas, vti videbimus . flagrat igitur Philoſophiæ forum ſuſpicionibus varijs, necdum à iudicijs refrixit .

Bilis cum ſulphure comparata.
Hippocrates.

Non ignoras hoc in genere illud inter Sapientes maximè controuerſum eſſe , vtri tanta vis tribuenda ſit , Solinè vnà cum certis alijs aſtris , an potius efferueſcenti ſpiritui. ſanè Chaldæi in primis , qui diuinos honores igni tribuebant,auctorem Solem putarunt; alij contra dant quidem nobiliſſimo Planetarũ,vt ſua munia præclarè,vt facit,exerceat,temporum viciſſitudines immutabili , ac rata lege diſpenſet acceſſu,receſſuq; ac tota illa peregrinatione Signiferi: foueat,inquiunt,calore, non exurat ẽt terræ viſcera ; nihil de Solis viribus derogamus,ſed nihil illis arrogamus. expone corã Sole quantũuis ardente bitumen,aut ſulphur, rapaciſſimã ignis materiã,nũm hæc concipiet flãmam?non ita.quì poterit igitur ille eandẽ abditam, ac penitus abſtru-

Baccius
Fallopius.
Raynerus

ſã

sã in ſpecubus inflãmare? latices in terræ venis clauſos calefacere Sol nequit, venas verò ipſas accendet? interponitur, ac reſiſtit tantæ molis cõpages. duriſſimę cautes, ac rupes obiciuntur, quæ vim Solis obtundunt. quidquòd Septentrionum tractus, quos longiſſimè diſtans Sol obliquè tantũ aſpicit, calidis abundant fontibus? cũ cõtrà q̃ feruentiſſimo Solis æſtu torrentur loca, cuiuſmodi ſunt q̃ vtrunq; Tropicum interiacẽt, aut vix, aut paucis caleant thermis. iã ſi Soli ea vis, & facultas tribuenda non eſt, certè multò minus ceteris aſtris. Neq; verò eos audierim, qui putant vim quandã igneam marinis aquis ab aſtris tribui, q̃ illæ terræ viſcera ſubeuntes deferant, atq; inde fieri, vt alicubi tellus ardeat, & fontes efferueſcant. quæ ſi vera eſſent, mare ipsũ aſtrorum radijs repercuſſum exardeſcere oporteret. habet mare potius pingue quiddam, & craſſum, ꝙ materiã ſufficit ad incendium, q̃ illud tenue igneum ab aſtris acceptum. videtur hi quodammodo idẽ velle, ꝙ Zoroaſtẽr, quẽ aiunt, ſcintillas ab aſtris excudere conatum, eodẽ fuiſſe igni crematum. Nam illud, ꝙ veterum quidam de Atlante cõmẽti ſunt, cœleſtium rõnum periti non admittunt. cum ij dicerent, quoties cœli axis ab illo ſuſtollitur, atq; à terris abſtrahitur, inuſitatã vim frigoris conſequi; contra uerò cum demittitur, ac deprimitur, magnos excitari ęſtus, & quandoq; ipſa incẽdia, ꝙ aberrare à uero nemo in Mathematicis eruditus ignorat, cum cõpertum ſit, Solẽ numq̃ aberrare à uia, q̃ eſt inter utrumq; Tropicũ, ut uocant; diuerſitas aũt aſcẽſus, atq; deſcẽſus, quę in alijs planetis epicyclo fit, nulla ſit in Sole, ut obſeruarunt Aſtronomi. eos igitur potius audiamus, qui hac de re ſeriò, & grauiter philoſophati sũt. enimuero Aetnæ ignium in primis, & Aeoliarum Inſularum hęc fere ratio à Sapientibus traditur: cum illæ ab ea parte, qua Eurus, & Africus ſpirant, plenas ſulphuris, ac bituminis ſpecus ad mare uſq; habeant, pelluntur pelagi fluctibus, pulſę halitum gignunt, qui motu ipſo agitatus tenuatur, ſulphuriq;

Sebaſtiani Baſſonis opinio

Cardanus

Iuſtinus Baccius

riq; miſcetur,tum accenditur,& inflãmatur, neq; uero hac in re fabulæ ipſæ poëtarum philoſophia uacant, cum Typhœum gigantem huiuſmodi locis ardentibus ſubeſſe dixerunt; Typhœum .n. Papias ſignificare dicit eiaculantem flãmas.quo indicare uoluerunt ignem, ſiue ſpiritum ignitũ in terræ uiſceribus clauſum; cum aũt eundem gigantem ſe cõmouentem,atq;erigere conantẽ deſcribunt,terręmotus, atq; incendij cauſſam oſtendunt. halitus .n. ſiccus, & calidus ſub terra conditus,uti diximus, calore ſolutus, atq; laxatus,ac gigãtea magnitudine,quaſi ſeipſo maior effectus, non fert anguſtias, exitũ ſolicitè quærit, agitatione atteritur;fremit, terram quatit, ac ſi materiam incendio aptam, quaſi pabulum fuerit nactus,ſumptis uiribus exardeſcit; tũ diffractis, ac diſſipatis obicibus fumũ attollit, torrẽtes ignis euomit, cinerẽ eiectat, ſaxa iaculatur. Atq; hoc illud eſt, ꝙ ſummus philoſophus docuit,cum dixit: *ignium, qui ſub terra latent, cauſſam eſſe colliſi ſpiritus accenſionem, aëre prius in exigua fruſta diſcerpto*, quod enim tenuatum eſt, facilè incaleſcit. Ex hac igitur Ariſtotelis voce,tanquam ex auguſto quodam fonte noſtra diſputatio manet.

Ariſt 2. Meteor.

Pleni ſunt libri,plenę Sapientium voces, ex hac mole telluris excitari expirationem quãdã diſparilem, cuius humidior portio vapor,ſiccior vero, & calidior propriè expiratio, ſiue halitus appelletur,quí ſiue frigore laceſſitus,ſiue motu,& agitatione colliſus accendatur, atq; exardeſcat in flãmas; eſt .n. Peripateticis flãma ſicci ſpiritus feruor, qui ſpiritus, vbi luctando diffregit obices, flãmam ipſam foras euoluit. Sed hæc tantùm qui ita diſputant in Lyceo, haud ſcio an q̃ſtioni faciant ſatis, cũ adhuc q̃ri poſſit, cuiuſmodi expiratio illa ſit,ſiue halitus,& vnde gignatur,neq; .n. omnis,quouis ẽt magno motu, eſt ita prõptus ad flãmam, ſed quidã certus halitus ex certa materia eductus;nã alius ẽt ſi calidus ſit,& ſiccus,attenuari quidẽ poterit,& ſubtilior redditus diſſlari citius,q̃ inflãmari.alioquin cur nõ omnis hali-

Georg. Agric. Simon Portius

Rayneros.

litus,cũ vbiq; locorum excernatur, efferaturq;, haudquaq̃ tñ in quibusuis locis accenditur? neq; .n. existimãdum est, eum aut nunq̃ frigoris pugnam pati,aut nõ sæpe, multũq; exagitari,& grauiter cõmoueri, cuius rei argumenta certè terræmotus sunt, quibus tñ motibus ille halitus nec sẽper, nec vbiq; in flãmas euadit, & si eum admodum tenuari nõ dubitauerim;ꝙ iccirco fit,quia .s. peruenire nequit ad eum caloris,ac siccitatis terminum, vt prorsus ignescat, nimirũ ex non satis idonea, atq; ad incendium prõpta materia extractus est. quãobrẽ propriã eius generis expirationis materiẽ ipsam contẽplari oportet, q̃ cõflagrationis caussa esse possit; expiratio .n. seruat naturã corporum,vnde excernitur,atq; effluit,q̃ quò magis aërea sunt, atq; pinguia,eò id, quod afflatur, & abundantius est, & verò flammæ rapacius. itaque eos rectius philosophari censeo, qui de expiratione distinctè loquuntur.Nã multa sunt ẽt calida corpora operta humo,quæ tñ non leue discrimen admittunt; nã ex quibusdã, ꝙ expirat, non est omnino ad ignẽ excitandũ idoneum ; aliorũ expiratio aliquanto acrior,ac paratior est ad flãmam, vt Auripigmenti, atq; Sandaracæ, q̃dam vero corpora magnam, ac mirã habent cum igne cognationem, ꝙ aërea magis sint,& obtineant cum calore pinguedinem, quæ alimento esse possit igni, cuiusmodi est bitumẽ,ac sulphur. quicquid igitur ex his potissimum expirat, enimuero facilè exardescit; id aũt duplici illa rõne contingit, aut pugna frigoris conatu obnitentis aduerso, quẽadmodũ frigida nubes exprimit fulgur, atq; elidit, aut iactatione, atque motu,cũ spiritus in antris impulsus, præsertim vicino mari constrictus,circumstantium corporum attritu quodã se torquens exardescit;habet .n. motus facultatem nõ modo segregandi,attenuandiq; spiritum, sed ẽt accendendi;ac tum ille ingenti mole telluris oppressus,si omnino iter offenderit obstructum,vbi semel incãduit, multo præsertim fomite auctus infremere,vim facere,excutere quicquid obstat,donec

Quis halitus promptus ad incendium.

Incendium quot modis excitetur

nec effracto carcere cũ impetu prosiliat, euadat, erumpat, obuia quæq; deuastet, ac perdat. queadmodũ .n. feræ caueis inclusæ, si forte septa perfregerint, magnã stragem occursantium faciunt, ita ignitus halitus, vbi telluris claustra perrupit, tẽperare sibi nõ põt, quin impetu & furore quodã indomito omnia demoliatur; ꝙ eleganter expressit ille, cũ de spiritibus intra nubẽ inclusis, carmine philosopharetur.

Lucretius. *. . . . . magno indignantur murmure clausi*
Nubibus, in caueisq; ferarum more minantur;
Nunc hic, nunc illinc fremitus per nubila mittunt,
Quærentesq; viam circumuersantur, & ignis
Semina conuoluunt è nubibus, atque ita cogunt
Multa, rotantq; cauis flammam fornacibus intus,
Donec diuolsa fulserunt nube corusci.

Aristoteles certè eadem fere ratione in terræmotu (quod multò magis ad hunc cum incendio coniunctum pertinet) philosophatur, ac tonitru, quippe cũ sicca, & calida expiratio in densa, crassaq; nube cõcluditur, fit vt intra eius quasi specus huc, illucq; diffugiat, ac tã agitatione, motuq; q̃ frigoris lucta magis incalescat, tenuetur, ac ꝓinde locum postulet ampliorem. tum verò dum nubes magis, magisq; in vnum colligitur frigore, atq; cogitur, spiritus concitato impetu libertatẽ quæritãs fuga, impulsu magno, & quasi verbere in nubis densæ corpus impingat, discindat illud, atq; concerpat, q̃ vehementis illius fragoris est caussa; quo etiã modo conditus sub terra spiritus, præsertim ignitus, foras exilire nitens, sed inuento obice retroactus, inseq; reuolutus quatit terrã, donec immaniter claustra ipsa diffregerit. atq; hoc quidẽ tẽpore, paullo ante incendium, cum magni æstus præcessissent, repente inusitata in hac certè regione vis frigoris ineunte Nouembri nos occupauit, quo irritatus ille halitus, cum pœne infinita subesset ad alendum ignem materies, facilè potuit exardescere. Ad hæc non parum facere viri docti autumant, ꝙ non multò ante acciderat. Cõ-

Proxima caussa huius incendij.

ceptacula quædam latentis ignis habet intra se Vesuuius; vnde illa vaporaria sunt, ad quę Medici per ęstatem ægros, nostra ēt ætate, mittere soliti. iam paucis ante hoc incendiū mensibus aliquot terræ iugera, atq; rupes fortè dirutæ, vnà cum parte armenti, in subiectam voraginem conciderunt. qui rem ignorabant, intumuisse Vesuuij quodamodo vterū mirabātur, quasi grauidū eo fœtu, quē postea maturū edidit sibi, acerbum Cāpaniæ, immo verò vtriq;. igitur cū oppressus terra expirare feruidus ille halitus haudquaquam posset, primò excanduit quodamodo ira, concussitq; tellurem, deinde incanduit ēt incendio. atq; hoc caussæ esse potuit, cur nō statim eruperit ea tēpestas ex vetere hiatu, qui videlicet superiniectis molibus erat obductus; sed antea irrupit in latus. Equidem eos, qui putant antea Vesuuium intumuisse vi spiritus, vt de historiæ veritate non omnino constaret, libenter interrogarē, quì potuerit tanta montis moles, sine vlla prorsus commotione telluris, sine mugitu Vesuuij, spiritibus intra specus exitum eluctātibus intumescere? narrat quidē Aristoteles, in vna ex Vulcanijs Insulis, intumuisse primùm partem telluris in gibbum, at non sine sonitu quodam, tum facto hiatu plurimum halitus erupisse, qui & fauillam, & cinerem eiectarit in Liparam, atq; alias itē Italiæ regiones fœdarit. ita igitur Aristoteles hæc accidisse narrat, vt cū intumesceret terra, sit fragor auditus, ac mugitus inde editus; mox verò cinis effusus; tumor aūt ille Vesuuij aliquot ante mensibus, quam ignesceret, & sine terræmotu, & sine vllo sonitu frementis, & erūpere conantis spiritus fuit; de rupe vero abrupta, ac præcipitante intra voraginē tam certa fides est, q̄ certa narratio eorum, qui affuerunt. quippe in more positum est apud Oppidanos, vt si forte pecus in pceps ruat, bos in primis, non aliter bubulco fides habeatur ab hero, nisi auulsum attulerit cornu, quod tunc factum ab Oppidanis audiui. iā tùm igitur, cū bos ille intra voraginem vnà cum rupe cadens immugijt, omē dedit eius

Geo rg. Agric. Am. br. Nol.

Tumor in Vesuuio ante incēdium vnde acciderit.

Arist. 2. Meteor.

mugitus, quē Vesuuius itē bicornis posteà immanē edidit; atq; auulsum illud cornu præbere potuit buccinę vsum, qua signum daretur paullo post deuastandæ Cāpaniæ. inde igitur ille tumor, ex rupe v3 collapsa, vt fit, non ex vi spiritus propellētis, ꝙ in tanta mole vix credibile est fieri potuisse repente sine vllo motu telluris, aut sonitu; p̄sertim cum in Puteolana quoq; conflagratione (ne longius abeam) cum superiore seculo tellus intumuit, ac montem extulit nouū, ingentē terræmotum per dies multos p̄cessisse narrent. at nihil horum in Vesuuio contigerat, vt vicini testantur. Itaq; vt instituta contexā, illa ratio, quę à Sapientibus de Aetna, & Vulcanijs Insulis est tradita, non contēnenda videtur, vt certis quibusdā vētis proximos fluctus intra specus cōpellentibus halitus excitetur, qui vbi motu tenuatus incaluit, atq; in venas sulphuris, ac bituminis incurrit, ignita materia pastus, sumptis viribus omnia depascatur, deuolutis in præceps flāmarum è cratere torrentibus. Tria igitur potissimū conspirant ad incendium, vt Sapientes docent. primò quidem materia idonea, vnde excerni expiratio illa possit eius naturæ, q̄ facillime ignē concipiat, cuiusmodi est bitumen, & sulphur, de qua materia suo loco dicā; deinde subterranei cuniculi, atque specus, in quibus inclusi spiritus castra ponere, aciem instruere queant, quas v3 specus efficere solet, vel terra magno motu dehiscens, vel aqua per montiū viscera decurrens, ac sibi viam aperiens, ac mare in primis terram arrodens, vel expiratio ipsa ignea, quæ lapides vrit, exedit, absumit; quāquam Poetæ fabulātur, Vesuuij specus gigantum opera montem olim effodientium excisas fuisse. Ventos quoq; ad excitandum incendium quasi folles quis neget vim habere maximā? hac .n. de caussa Vulcaniæ Insulæ AEolię dictę sunt ab eo, qui ventorū teneret imperiū. Et sane constat, certis flantibus ventis eas insulas magis ardere; immo sine illorū flatu vix suscitari posse videntur incendia; iccirco .n. & subterranei mugitus antecedūt, & iactatio-

Simon Port.

Quæ requiri soleant ad incendium.

Vnde specus subterranei

Aug. Niphus

Dio in Aug.

Ambr. Nol.

Baccius.

ctationes concussæ telluris; ac tùm denique factis hiatibus fumus euoluitur; consequitur tetra caligo, postremò flāma, atq; vna cinerū globi, & cautes ingentes in sublime iactantur. Accedit & mare, vel incitamētum incendij, vel nutrimentum, hoc .n. perpetuo allisu in subterraneas cauernas aperit vias, crassum ēt, pinguēq; fomitem subministrat ad materiæ propagationem; certè pleriq; montium, qui eructant incendia, vel circumfluum habent mare, cuius fluctibus diuerberantur, vt AEtna, Vulcaniæ Insulæ, AEnaria, & vna Cycladum in AEgæo mari, & in Islandia apud Hyperboreos altera, vel certè littoribus finitima sunt, vt hic Vesuuius, & Chimæra in Lycia, & Mons quidam in Achaia. Quod aūt insit in mari pingue quiddā, fomentum ignis, satis declaratum est in Actiaco bello. cum .n. Cæsariani vndiq; ad hostilē nauē accedentes iacula ignifera emitterent, faces manu conijcerent, ollulasq; carbonum, picisq; plenas cominus tormentis eiacularētur, Antoniani marinam aquā hauserunt, vt flammam extinguerent, sed auxilium in perniciē cessit, ac vires malo addidit. aqua .n. marina flammæ infusa non multa, eam potius exuscitat. proinde etiam maris præsidio destituti, centones, & cadauera in flammam iniecere, quod aliquandiu ignem inhibuit, sed mox ventis irritatus magis exarsit. itaq; alij fumo necabantur, alij etiamsi circumfuso pelago cincti, torrebantur; alij armis ignem concipientibus colliquabantur, marinis aquis accēdentibus rogum. Præterea mare ipsum compingit penitus in cauernas flatus, qui in sulphuris, aut bituminis venas incurrentes irritare possint incendium. viderunt hoc ēt ex Poëtis quidam de Natura philosophati, ex quibus Lucretius imitatus Empedoclem de Aetna monte, quem æmulari dictus est Vesuuius, caussas complexus incendij sic loquitur.

Mare incēdio fomitem sufficit.

Dion.

. . . . . *Primùm totius subcaua Montis*
Est natura ferè silicum suffulta cauernis.

Lucretius lib. 6.

Omnibus est porro in speluncis ventus, & aër;
Ventus enim fit, vbi est agitando percitus aër;
Hic vbi percaluit, calefecitq; omnia circum
Saxa furens, quà contingit, terramque, & ab ollis
Excussit calidum flammis velocibus ignem,
Tollit se, ac rectis ita faucibus eijcit altè,
Funditq; ardorem longè, longèq; fauillam
Differt, & crassa voluit caligine fumum,
Extruditq; simul mirando pondere saxa.
Nec dubites, quin hac animai turbida sit vis.
Præterea magna ex parti mare montis ad eius
Radices frangit fluctus, æstumq; resorbet.
Ex hoc vsque mari speluncæ montis ad altas
Perueniunt subter fauces. hàc ire fatendum est,
Et penetrare mare, & penitus se cogier alto,
Atque efflare foras, ideoq; extollere flammas,
Saxaq; subiectare, & arenæ tollere nimbos.

Cur Italia tã obnoxia incendiis subterr.

In Helicone nè, an in Lycęo carmẽ hoc cudit? igitur mirũ videri non debet, cur in Italia non modò Vesuuius, sed alia multa conflagrent loca, nẽpè à Natura maximè parata, atq; instructa est ad incendiũ, nã & situs angustiæ, quibus intra duo maria assiduè diuerberatur, & subterraneæ cauernæ igni peruiæ, atq; ventis, & infinita vis sulphuris in venis latens hoc p̃stant accedit tẽperies Cœli, & mira clemẽtia, q̃ facit, vt, extractis halitibus plurimis, inclemẽte sæpe cœlo vtamur ob fulmina; terra vero desæuiat, quà motu, qua flãma. Iã tota pœne Cãpania antiquę conflagrationis vestigia retinet, solo passim cinereo, pumicibus, & carbonibus viuo saxo cóclusis. Hinc Ariciæ cãpi tã própti ad incendiũ fuisse dicuntur, vt si carbo decideret, cóciperet statim tellus ignẽ. Testatur hoc Ciminus mons sulphureis fodinis, & feruidis aquarum scatebris abundans; spiraculũ itẽ ignis ad Petrã q̃ meritò Malã appellãt; vbi aër noctu scintillat, interdiu velut ardenti subtus fornace caligat, & fumat; ac circa balneas

Plinius.

Baccius

Apo-

Aponi loca cinereis salebris horrida, Thermis ipsis carbones interdum emittentibus, & fauillã; feruentes quoq; passim lapides occurrunt, qui exarsisse olim regionẽ ostẽdunt, ac minentur iterum exarsurã. Atq; vt cætera omittã, quid paratius ad incendium, q̃ Vesuuius? cõspirant certè omnia, infinita vis sulphuris, ac bituminis in venis abstrusa; specus ingentes, qui spiritus excipient plurimos, venti ipsi, qui sopitum ignẽ exsuscitent; nã ijdem ad radices loco indidere nomen, vbi intra specus audiuntur murmurantes, ac fremẽtes. deniq; ꝓximum mare, quo tã auidè pascitur, atq; ita se hoc tempore ingurgitauit, vt illud etiam euomuerit.

Vesuuius maximè prõptus ad incendium

Sed quoniam in hoc incendio cum multa inusitata, ac similia prodigio contigerunt, tum maximè illa quatuor; fragor horribilis ꝓcul auditus; cinis infinitus altissimè euectus, longè, lateq; diffusus; mare resorptũ, atq; è montis cratere profusũ; torrẽtes bituminis, qui agros, q; domos, qui pagos, atq; oppida integra à fundamẽtis eruerunt, obruerũtq;, tantorũ exitiorum caussas indagare aggrediar. Ac de vario quidẽ mugitus subterranei genere satis disputatum est, cum de terræmotu diximus, ingentẽ verò hũc Vesuuij fragorẽ, vt in tormentis æneis, & machinis bellicis fit, sulphurei spiritus, ac nitrosi efficiebant, quibus cũ pœnè infiniti essent, tã amplum voraginis ostiũ erat angustum. Lucta igitur illa, & conflictatione spirituum ex angustijs erumpentium, displosi deinde aëris, quem in exitu propellebant, saxorum ẽt immanium, q̃ ab imo sursum protrudebantur, collisione, dum sibi inuicẽ intercursarent, seq; diffringerent, tantus ille ruinæ sonitus audiebatur. Ceterũ horrẽdus hic fragor, qui vti dicebam, iactus fulminum, aut pulueris è tormentis excussi sonitum imitabatur, sine nitro vix fieri potuit; nã hoc intumescens in sulphure, in ventum soluitur; Vesuuij porro viscera, cum tãquã in calcaria fornace magna ex parte soluta sint, sal, ac nitrum abundè sufficiunt; nã Geber, qui τῆς χημείας peritissimus est habitus, salis, atq; aluminis materiam

Vnde tãtus incendij fragor.

Cardanus Ballippinus.

riam calcem constituit. Sed cur in Samnium, ac Picenum, aliaq; loca nonnulla delatus fragor tantùm, cinis non item? sunt qui putent per latentes specus, atq; cuniculos altè sub terra defossos sonitum ad eas oras excurrisse, Apēnini mõtibus Vesuuio proximis continenti tractu sibi inuicē respõsantibus; verùm pter q̃ꝙ, Vesuuius ab Apennino seiungitur quãobrem cœlebs est dictus, fragor ille apud exteros non tã quasi mugitus è terra, quã fragor è cęlo, quē ęnea tormēta pilis exturbatis edunt, est auditus. alioquin oportuisset Siciliam eo fragore percelli, cum, vt à Sapientibus accepimus, hęc sibi inuicē loca, Vesuuij, Cumarũ, Aenariæ, Aeoliarum Insularum, Aetnæq; respondeant; atqui Siculorum aures eo perstrictæ non sunt. nubes igitur ipsa in immanem altitudinem excitata, grauida spiritibus igneis; cũ hi motu, atq; agitatione magis, magisq; accenderentur, sulphure inflãmarentur, eluctante quoq; nitro, acrius irritarentur, fragorē illum horrisonum in ipso cursu, tonitruorum in morē, & machinarũ bellicarum edebant. quãobrē aiebat Asclepiodorus, q̃uis sudo, ac sereno cœlo, cõcursu ipso corporũ, atq; conflictu edi posse quasi tonitrua, cuiusmodi aliquãdo edita, atq; audita esse dicuntur puro sub Sole, cum Aetna ingentem exustæ arenæ vim eructasset. dicendum .n. videtur, propter impetum spirituũ è cauernis erũpentiũ, sulphure exardescēte, nitro rixante aërem crepuisse, q̃obrem Paracelsus sulphur veluti corpus, nitrum spiritũ esse dicebat, quo tantus in Natura tumultus excitatur. igitur ex nube cinerea ignitis, nitrosisq; spiritibus armata, ille fragor erũpebat immanis, qui apud exteros ēt lõgè audiebatur; apud nos verò & nubis accēsæ fragor, & proximi montis fremitus, subterraneusq; mugitus fuere. ꝙ satis apertè declarauit scriptor eius incendij, ꝙ sub Tito accidit, cum dixit, intus, forisq; Vesuuiũ obstrepuisse, quà mugitu, quà tonitru. Neq; verò illud est magnopere mirandũ, ꝙ latius sit auditus fragor, q̃ diffusus cinis. quia hic ea tantùm loca peruadit, eòq; rectà,

Cur in aliquot loca delatus fragor tantum cinis non itē

Vide lib. 4.

Dion.

rectà defertur, quò vẽtus rapit, nec per alias quasuis disper-
gi regiones põt; aẽr aũt cum tenuissimus natura sit, percul-
sus, atq; collisus ita fragorẽ excipit, vt eũ ceteris partibus
sibi colligatis, ẽt longo interuallo discretis impertiri possit;
quanquã in hoc ipso venti multum agunt. idẽ fere accidit
in ꝓcella; fragor .n. ac tonitrus, qui editur ex nube collisa,
multò latius, ac longius fertur, q̃ ipsum nubis corpus graui-
dum aquis, & accensis spiritibus concitatum. Quæret aũt
hoc loco fortasse non nemo, cur cinis hic Oriẽtem versus,
ac Meridiẽ excurrerit maximè? quidam putant iccirco fa-
ctum, ꝙ ignis ille conceptus esset intra eas montis specus,
quæ ad has potius, q̃ ad ceteras mundi plagas spectent, ita
vt cinis ad latera montis impulsus, & ad partem voraginis
Occidẽnti expositã, ab hac Orientẽ versus retroactus, in-
star impactæ pilæ reuolarit. sed hæc fortassẽ acutius exco-
gitata, q̃ verius, ꝑsertim, cum cinerea nubes initio nõ obli-
què, sed in modũ pini se rectà sustulerit. certè veteres Sa-
pientes ita de Vesuuiano cinere philosophati sunt, vt eius
cursum ventis tribuerint. ex ijs vnus apertissimè scripsit:
*Vesuuij cinerem eò deferri, quò procliuior ventus abstulerit, in
longinquã plerumq; delatum regionẽ illabi*: Orientem igitur
versus, atq; Meridiẽ Natura ventorum vi nuper hunc cine-
rem detulit, in has potissimum plagas se atẽr ille turbo cõ-
citauit, ac cinis effudit; vt videlicet disceret ẽt Oriens, se
cinere posse fœdari, nè pertinere tantũ ad Occasum vide-
retur cinis, atq; vt Meridianus ipse splẽdor disceret, se ob-
noxium esse caligini. quid igitur est in hominum vita, nisi
caducũ, ac mortale, nisi squalidum, & obscurũ? quando vel
Oriẽs pallescit iñ bustum, vel Meridies horrescit in noctẽ.

Cur cinis Orientem versus, ac Meridiem excurrerit.

Procopius.

Verùm me hac de re disputantẽ, ac plura dicere paran-
tem ad sese trahit, ac rapit illud Nubis cinereæ immane
spectaculum, quæ non fulguratione modò perstringit ocu-
los, sed altitudine prodigiosa pœnè ẽt effugit. Obseruarũt
è Mathematicis quidã hac arte præstantes, nubẽ hanc quã
altis-

Nubis altitudo mira

altissimè elatam, ac diligenter instrumentis adhibitis contẽplati sunt. animaduerterunt in primis illud, exacta iã noctis hora ferè cum quadrãte, adhuc nubis verticẽ illustrari à Sole, ac radijs ornari ab eo vʒ, q̃ vix ortum extinxerat ipsa fumo,atq; fuligine;repẽdit tñ lucẽ vel indebitã tẽpori. est pfecto ẽt apud nos illustre quiddã, eos à qbus malè sis acceptus, afficere beneficijs. Quæris quãtũ se ex eorũ sententia nubes extulerit? in altitudinẽ sanè mirandã,& prodigiosam, hoc est trigintaduùm ferè millium passuum. quod incredibile dictu, tñ eius artis periti apertè demonstrant; ac si montis ipsius, quasi machinæ cuiusdã immanis magnitudinem, longitudinẽq; perpenderis, facilè persuadebit tubus, aut tormentum æneum tam longè ignita, nitrosaq; materia fartum eiaculans globum. porrò mirabatur ea nubes inde orbi terrarum, fulgetris ardens, fulminibus armata, fuligine horrida, cinere grauida, impendens vrbibus ẽt transmarinis. despectabat Europæ regiones, nec propter caliginem tantum sempiternæ cuiusdã noctis horrore, sed propter cineris etiam vim infinitam, interitus, & quadã cõmunis sepulchri terrebat imagine, confundens omnia tenebris, atq; permiscens. quid mirũ igitur, nubem tã altè subuectam quolibet ventorum impulsu, cum se explicasset in latera, regiones ẽt longissimè disiunctas occupare potuisse, ac fauilla cuncta cõplere? Apuliã vniuersam, Dalmatiam, AEgæum mare, Euxinum quoq; pontum; celeritate verò tanta, vt cũ in incendio, quod sub Tito contigit, tertio demum die cinis peruaserit Romã, in hoc regiones, quę longius distant, cuiusmodi sunt Salentinæ, atq; Illyricæ, eodẽ ipso die paucis post horis exceperint cinerẽ. Sed vndenã Vesuuius tm̃ hausit materię, vt & Cãpaniã altis aggeribus sepelierit, & mare contraxerit,& pœnè totã Europæ faciẽ contexerit puluere? certè hic in tumulos congestus,&, si vis, iterũ cõstrictus in lapides, Vesuuios excitaret multos, quapropter dubitari non potest, quin è penitissimi Vesuuij cauernis,

Vide Clauiũ.

Vnde tantũ egestæ materiæ acceptum,

immo

immò verò ex immensis illis specubus, quæ sub terra, mariq; longissimè protenduntur, tantū materiæ sit acceptum: quò magis assentior viris doctis, qui Vesuuium putant, per occultos meatus in Trinacriam vsq; porrectos, habere cum ipsa Aetna commercium.

Venio ad prodigium tertio loco positum, quanq̃ hoc ipsum triplicē habet euentum, & quod mare retroactum, siue resorptum sit, & q mox cū impetu regressum præter littus excurrerit, & q ex ipso altissimi mōtis cratere feruido (nouum perturbatę Naturæ portentū) cum flāmis vnà defusū, atq; deiectum subiectos agros, & oppida latè demerserit. acceptū erat à Maioribus; in cōflagratione agri Puteolani, quæ superiore seculo contigit, mare passibus ferè ducentis recessisse; quidam iccirco id factū putarunt, q ignei halitus terrā reddidissent laxā, ac fatiscentē, q̃ veluti sitiens aquā p suas rimulas hausisset; atq; ita pars illa telluris, q̃ mari abluebatur, exaruisset. existimarūt nōnulli nuper recessisse mare, q intumuissent vicina Vesuuio loca, q̃ vndas in mediū regererent, atq; hæ deinde cū impetu in littora recurrerent, vt factum legimus aliquandò amnibus in contrarias partes terræmotus caussa fluentibus, q v3 extollerent se vi spiritus, intumescerent verò dorsa telluris aquā sustinentis eam partē versus, ad q̃ prius aqua defluebat, vt in Liguria bello Punico secūdo accidit; ac proximo seculo Tagus, diffugiētibus in vtrāq; ripā vndis, sicca in medio ostendisse dicitur vada, verū qua nunc ratione philosophandum sit ostendit euentus, cum Vesuuium vidimus

. . . *salsos reuomentem pectore fluctus,*

siue id ingenti spirituum vi factum, qui vt enormes cautes, ac rupes ipsas extulerunt in sublime, ita & marinos fluctus, qui per cuniculos influunt in radices; siue potius vt expleretur inanitas; quasi minus pdigiosum esset mare cum terra confundi, atq; ex altissimo monte defundi, eoq; viscera montis impleri, quam Inane illud hostem Vniuersitatis admitti

Mare vt resorptum, & profusū fuerit è monte.

Simon Port.

Plinius.

Virg.

mitti.excluso igitur aëre,accurrerunt fluctus,quos siphonis instar mons mari proximus excepit; mox relapsi resumpto aëre.Neq; .n. ignoras varios esse attrahendę aquæ modos, nã si rõ quædam cõnis, & ordo Naturæ spectetur, prosilit aqua vel ut genus ꝓpaget suũ;quapropter,cũ intromittitur sicci corporis dimidiũ, effert se illa ad reliquũ supernè humectandum; vel ad inanitatem explendam; hinc excogitata ingeniosè multa, vt aqua humilior ad editiora loca trahatur;sin propria eius natura spectetur,vel ideo ascẽdit, quia comprimitur, vt cum lapidem inieceris; vel vt æqualitatem seruet, vt cum aquæ aquam infuderis. Ceterum istiusmodi prodigia, quæ iure magna putantur,non prorsus ignota sunt eruditis viris. nam in Apamea Phrygiæ vrbe simile quiddã contigisse legimus, quæ vrbs multò longius à mari distat, quam Vesuuius.ibi terræmotu facto,non sine admiratione,atq;horrore viderunt repentè incolę marinos è terra fluctus erumpere,qui conchylia, & natantium gregem, ouium oppresso grege, reliquerunt in pascuis; quod ipsum Natura spectaculum hoc tempore nobis exhibuit, sed horribilius multò, & quia è celsi montis vertice defusi fluctus, & quia vnà cum flamma.

Ang. Niph.

Aquæ quot modis attrahantur.

Nicolaus Damascenus

Sed haud scio, an quidquam in hoc incendio aut admirabilius, aut immanius acciderit, quàm vis illa torrentium ignium,& ille flagrantis cineris fluuius immensus,sulphure, ac bitumine mistus, q̃ impetu facto potuerit domos à fundamentis euellere, domos dixi? immò villas,pagos, oppida integra è sedibus eruere,atq;in mare deuoluere, nè vestigio quidem relicto. Nimirum nihil est in Natura concitatius spiritu,nihil acrius, ac uehementius; hic potest dissipare magna spatia terrarum, hic montes subruere, aut nouos subrigere, atq; extollere; Insulas etiam inuisas antea in mari medio proponere.hic non domicilia solum,aut familias, aut urbes singulas,sed gentes totas, populosq;subuertere,& modò ruinis operire,modò in altam uoraginem conde-

Quanta sit vis concitati spiritus.

condere. teſtentur id duodecim Aſiæ urbes, Achaia item, & Macedonia; ac ne nimis antiqua repetam, longèq; poſita, teſtentur paucis ante annis in Apulia euerſa repentè oppida, urbeſque deletæ. quo in genere haud ſcio an quidquam magis mirãdum potuerit accidere, quam illud, quod à viris doctis accepimus. Ferũt olim ingenti motu cõcuſſa tellure integram regionem in mare delatam, & cum impetu deuolutam vnà cum hominibus, ac brutis; &, quod ſuperare fidem videtur, in mari aliquandiu ſupernataſſe; mirabantur incolæ tanquã nauigium à littore, ſic Patriam à cõtinenti ſolutam, atque abſtractam, inſulamque factam iam Oceano circumfundi; demum ferè poſt menſem tota deſedit imis demerſa gurgitibus. cauſſam eius prodigij eã Phyſici afferunt, quod infinita illa vis ſpirituum, quorum acerrima vis eſt, cum fuiſſet inter duas terræ veluti tunicas incluſa; cumq; vnde erumperet, non haberet, impetu maximo ſecreuerit, atque extulerit primam illam tunicam, ſeu ſuperficiem regionis, eamq, ad mare tranſmiſerit: quæ cum plurimum aëris concepiſſet, principio leuior ſupernatare potuerit, donec humore attracto, ſuo pondere, ac mole deſederit. cui prodigio ſimile illud eſt, quod ſua ætate contigiſſe narrat Timæus, apud nos in AEnaria inſula, collem, cui nomen Epomeo, terræmotu cõcuſſum ignemeuomuiſſe, & quod inter ipſum, ac mare in medio erat, rurſus ad mare pepuliſſe, terramq; in cineres verſam iterum vehementi turbine, (Typhonem appellant Græci) ad inſulam appuliſſe, paullòq; poſt more fulminis cũ impetu rediјſſe, mariſq; flexu inundaſſe inſulã, nec aliter ignem extinctum. Adeo vis illa ſpiritus mira moliri poteſt, quæ .ſ. potuit aliquando motu ipſo in orbem verſare tellurem; quod contigit ſupremò Neronis anno, pratis, oleiſq; intercedente via publica in contrarias ſedes trangreſſis; [qua etiam vi factum quidam putant, quod prodigio aliquando verterunt, vt capita Deorum in templis conuerſa reperta ſint. quãta igitur

Mirũ de regione in mare vi ſpiritus proturbata.

Auguſt. Niphus

Strabo.

Plinius

Iulius Obſeq.

vis illa sit, quæ Deorum etiam capitibus afferre vertiginem potuit, antiquitas ipsa iudicet; quæ eos coluit mente non sana. Quidquòd idē spiritus edito ex ima tellure murmure, atq; mugitu tanq̄ classico montes ipsos aliquando euocauit, atq; inter sese commisit ad pugnam? q̄ olim in agro Mutinensi contigisse diximus, in quo montes duo concurrere visi, crepitu maximo, sese alterno pulsu quatientes, incursantes, & quodammodo arietantes; ex quo conflictu tāquā belli flāma inter ipsos erupit, ac vicina sunt loca vastata. quid? an non mare ipsum vis illa spiritus prodigijs impleuit? nā, vt cetera omittā, in eo tractu, qui est inter Euonymum, & Hieram Insulas, marini fluctus adeo intumuere, vt prealti montis speciē exhibuerint, qui postea ad continētē profusi Tryphonis nec opinantis exercitū oppresserunt; sed quātò maiore nuper sumus horrore perfusi, cum maris fluctus resorptos vidimus, atq; è cratere montis in subiectam planitiē effusos, in eūdē quoq; maris craterē, vnde erāt accepti? montē verò ipsum pœnè conuulsum, atq; diffractū; prędiorum itē partes in alia loca vi spiritus deuolutas; templa, domos, pagos, oppida à fundamentis eruta per aërem caliginosum in mare protrusa. Hæc si secum reputasset Phauorinus ille, siue Philosophus, siue Grammaticus, fauisset non minus Maroni, quam Pindaro. Ausus est is Mantuanum Poëtam reprehendere, quasi tumidius, atque insolentius de Aetna, quem mōtem Vesuuius incendijs imitatur, locutus sit.

Plin.

Strabo.

Georg. Agr.

A. Gell.

L. Florus.

Virg.

. . . . . . Horrificis totat Aetna ruinis,
Interdumq; atram prorumpit ad athera nubem
Turbine fumantem piceo, & candente fauilla,
Attollitq; globos flammarum, & sidera lambit.
Interdum scopulos, auulsaq; viscera montis
Erigit eructans, liquefactaq; saxa sub auras
Cum gemitu glomerat, fundoq; exæstuat imo.

putauit Phauorinus Maronem in strepitu, cōcursuq; verborum

rùm conquirendo inaniter laborasse; atram nubem turbine piceo, & fauilla fumantem crasse, & immodicè congessisse; ꝙ autē saxa, & scopulos eructari, & erigi dixerit, immo verò liquefieri, & glomerari sub auras; nec vsquam fando auditū, & omniū, quę monstra dicūtur, mōstrosissimū esse; itaq; Pindarū potius laudabat, ꝙ veritati magis esset obsecutus, eaq; tantū scripsisset, quę sensibus hauriuntur; constat enim interdiu Aetnam fumare, noctu flagrare, ignes itē eructare, & fluere amnes fumi, flāmarumq; fulua, & flexuosa volumina in plagas maris ferre. luculentè igitur, & moderatè dictum putat. *Pindarus in Pythijs.*

Τᾶς ἐρεύγονται μὲν ἀπλά-
του πυρὸς ἁγνόταται
ἐκ μυχῶν παγαί. ποταμοὶ
δ' ἁμέρεσι μὲν προχέοντι ῥόον καπνοῦ
αἴθων' ἀλλ' ἐν ὄρφναισι πέτρας
φοίνισσα κυλινδομένα φλὸξ ἐς βαθεῖ-
αν φέρει πόντου πλάκα σὺν πατάγῳ.
κεῖνο δ' Ἀφαίστοιο κρουνοὺς ἑρπετὸν
δεινοτάτους ἀναπέμ-
πει. τέρας μὲν θαυμάσιον προσιδέ-
σθαι, θαῦμα δὲ καὶ παριόν-
των ἀκοῦσαι,

Quid igitur? hancine prudentiæ laudem Maroni præripiet Pindarus? cautiornè hic loquendo? effusior ille, ferocior, & impatiens frœni? ardentior certè, quā par erat, in incendio describendo? non ita. ecqua .n. oratio ignis Aetnæi torrēti par? sed nimirū Phauorinus, vt Philosophus, aut sub porticu latere solitus incendia nunquam viderat, aut Pythagoricę lyræ assuetus, Pindaricā quoq; lyrā ꝓposuit tubæ, q̄ Maroni erat implenda, heroica v3, qua magno illi personādū erat ore; quocirca tubam sic implet, vt Pindaricū monstrum per tonitru, ruinas, turbinē piceum, candentē fauillā, eiectos scopulos, auulsa viscera, liquefacta saxa ad sydera, *Virg. defensus.* *Iouia. Pont.*

vsq;

vsq; sustollat;intonet verbis;& aures,oculos,animos admiratione simul,atq; horrore cõpleat.vbi verò insolentia?vbi tumor? vtrũ in re, ac sẽtẽtia, an in oratione? tonat Aetna, tonat & Vesuuius, quẽadmodum & nubiũ conflictus tonitrũ facit, & puluis pyrius fragorẽ.quid? nonnè & atram ipsam nubẽ,prũpere in altitudinẽ immẽsã nuper vidimus,horridã fumo,voluminibus cõplicatã, tanquam spiris ingẽtibus intortam?viscera verò montis auulsa,atq; in cinerem soluta, vel arenã? immania itẽ saxa, ac rupes ipsas in aërẽ libratas quis nostrũ non exhorruit? vt parũ dixisse videatur Pindarus, cum tanquã riuos è fornace profluere dixit materiam, quã tanto cũ impetu in sublime iactatã vidimus,tumultuãte Natura, ac pœnè nutante Mundo. itaq; nec Philosophũ egit Phauorinus, cũ rerum Naturã ignorasse videatur, nec Grammaticũ,aut Poëtã, cum figuras,ac lineamenta, & q͞d carmini conueniat heroico non satis aptè discreuerit.reuiuiscat hoc tẽpore,existat ab Inferis, accedat,atq; inspectet sepultã cinerẽ Campaniã,euisceratum Vesuuium,exustorũ lapidum passim erectos cumulos,vastatos agros,deleta oppida;ac tum se potius impudentiæ,atq; inscitiæ damnet;fidem vero summi Poëtæ accusare non audeat.sanè & in incendio, q͞ sub Tito contigit, *Mundum in Chaos redigi* putabant, & in eo q͞ olim restinctum est Ianuarij sanguine, supplices procubuisse dicuntur in humum ardentem; *cum rerum Natura periret*. quid dici horribilius potest? nec tamẽ quisq; nostrùm aliter nuper est suspicatus. Quo in genere desinant quidã temerè falsitatis arguere nobiles historiarũ scriptores, qui narrãt Vesuuij cinerem aliquando Byzantiũ usq; delatum. existant & ipsi hoc tẽpore,audiant testes nationes exteras,ac transmarinas gentes cinere perfusas. cognoscant quid Natura possit,cum se concusserit, ac uim inflãmati spiritus perhorrescant; Scriptoribus minimè credunt.parumnè luculentus,ac fidus testis erit orbis terrarũ? meritò dictum, *quemadmodum non credamus incolis, quod te-*

Phauorinus reprehensus

Dio.

Bodinus

Cassiod.

teſtimonio poteſt vniuerſitatis agnoſci? Imitaturnè Veſuuius Aetnam? an uerò hic tantò notior eſt,quantò mugitus immanior? ecquã igitur huic parẽ orationem inuenias? quando æquari Aetnæ ulla uix poteſt. Elegans, ac plenum carmen eſt illud Callimachi, quo pulchrè deſcribit in pugna Martem,memor u3 ſui nominis. qui Mars dum quaſi ſigno dato lancea ſcutũ ferit,tantũ pœnè fragorem excitet, quãtum Aetna dum deflagrat ; tunc .n. uertente ſeſe in latus gigante,qui ſubeſt,euerti unà uideãtur omnia Vulcani opera,reſonare lebetes, ac tripodes ſeſe inuicem collidentes. Callimachus

Ὡς δ᾽ ὑπότ᾽ Αἰθναίη ὄρεος περὶ Τυφομένοιο
Σείονται μυχὰ πάντα, κατουδαίοιο γίγαντος
Εἰς ἑτέρην βριαροῖο ἐπωμίδα κινυμένοιο
Θερμαύστραί τε βρέμουσιν ὑφ᾽ Ἡφαίστοιο πυράγρης
Ἔργάθ᾽ ὁμοῦ, δεινὸν δὲ πυρίκμητοί τε λέβητες,
Καὶ τρίποδες πίπτοντες ἐπ᾽ ἀλλήλοις ἰαχεῦσι
Τῆνος ἔσεντ᾽ ἄραβος.

Fragor incendij cum fragore belli collatus.

Hæc ille de Aetna;nec alienũ eſt à re noſtra,ꝙ eius incendij fragorem conferat cũ illo,quẽ æneũ ſcutum Martis lancea percuſſum edebat; ne quis noſtrã calamitatem iccirco eleuet,ac paruifaciat,ꝙ hic à Marte feriati ſimus.atqui fragor incẽdij ſimillimus bellico eſt. teſtati ſunt id nuper Dalmatæ,qui huius Veſuuij, militarium tormentorũ fragorem rati,concurrerunt ad arma, tanquã inituri cũ proximo hoſte certamen. quàm pleno igitur ore dicendum eſt illud os immane profundæ uoraginis? quæ tã ſonora uerba,fragorẽ Veſuuij referant?quæ tã profuſa,copiã cineris longè,lateq; diffuſi?quæ tã rapida, torrentes, ac uortices igniũ? quæ tã ſignificantia,incenſionem agrorum, excidia oppidorũ,brutorum,atq; hominũ ſtragem? quis in cõmemoratione tot, tantorumq; exitiorum, ne quid nimis elatè dicat, metuet? quid veremur,ne in tãto tumultu Naturæ nobis obſtrepat, aut Phauorinus,aut Bodinus? libenter hunc in primis excitarem, ſi poſſem,ab exiguo ipſius cinere, vt infinitum hũc, Bodinus reprehenſus.

quem nuper Vesuuius eiectauit, quo tot regiones, ac maria operuit, cinerem intueretur. tandem oculis credat nostris, qui in tã tetra licet caligine, nonnullã tñ hausere lucem ex immani flãma, horrendisq; fulgetris. Ac si exteris, ac profanis Scriptoribus fidẽ isti nõ habent, audiant, & admirentur è nostra disciplina homines nõ modò præstantes ingenio, sed veritatis amãtissimos. q̃ amplis, ac sonantibus verbis à Gregorio Nazianzeno Aetnæi vis incendij perinde, quasi Vesuuiani describitur? cũ impiũ Iulianum euertẽtem aras, incẽdentemq; delubra Aetnæ flagranti similem facit: Ἀλλ᾽ ὥσπερ τὸ Αἰτναῖον πῦρ λόγος τοῖς πυθμέσι τῆς Αἴτνης ἐγκρύπτεσθαι κάτωθεν πλημμυροῦν, καὶ βίᾳ κρατούμενον, εἴτε τι ἄλλο τοιοῦτον ἐστιν εἴτε ἆσθμα κολαζομένου γίγαντος. τέως μὲν φοβερὸν ὑπηχεῖν, καὶ καπνὸν τοῦ κακοῦ μήνυμα τῆς κορυφῆς ἀποστέλλεσθαι. εἰ δέ που πλεονάσαν τύχοι καὶ δυσκάθεκτον γένοιτο, τῶν οἰκείων κόλπων ἀπορβαθὲν, ἄνω φερόμενον, καὶ ὑπὲρ τοὺς κρατῆρας χεόμενον, ἔστιν ἃ καὶ τῆς ὑποκειμένης γῆς φθείρειν ἀπίστῳ, καὶ φοβερῷ ῥεύματι. Aetnæum, inquit, ignem narrant sub Aetnę radicibus delitescere infernè exundantem, violenterq; retentũ, atq; cõpressum (siue hoc aliud quippiã est, siue anhelitus excruciati gigantis) de more quidẽ horrendũ ex imo sonitum edere, fumumq; propinqui mali indicem è vertice fundere; ꝙ si fortè exuberantior fuerit ignis, vt intra viscera cõtineri nequeat, tũ verò è claustris æstu vehemẽti extrusũ, sursũq; tẽdẽtẽ, ac sese è cratere latius diffũdentẽ multa sub iacentis regionis loca incredibili illo, atq; horribili ignium profluuio deuastare. Hæc ille. Vides quam plenè de Aetna loquatur? quã grauibus verbis, atq; sonãtibus? immo verò ad ipsos philosophiæ fontes digitũ intendit Theologus. q͞d hic de Vesuuio dixisset? qui ita Aetnã sibi proponit imitãdã, vt eam vel ignitæ materiæ scaturigine, vel copia, cursuq; cineris, vel fragore horribili vincat. sed Aetnæ potius meminit, ꝙ crebrioribus efferuescat incendijs. Iam illud ꝙ de fluxu flãmarum dicit, est diligentius animaduertẽdũ; quippe

Greg. Naz.

Iulianus cũ Aetna collatus.

pe non nulli putant profluentem illum igneum, ac cinereũ nuper è Vesuuij cratere profusum cursum habere non potuisse sine aquis immistis;cum cõtra quidam ex ijs, qui adfuerunt incendio viri non vulgari doctrina, negent primò torrẽtem illum igniti cineris prouectum aquis; licet negãdum non sit, montem sub idem ferè tempus aquas,immò marinos ipsos fluctus defudisse; ꝙ arena,& recentes ostreæ testabantur, sed nimirum scaturigines illæ ignium, atque cinerum liquatum deferebant secum bitumen in fluminis morem; ꝙ de Aetna inter ceteros narrat interpres eiusdẽ Gregorij Nonnus vir grauis in primis,cũ ait,*huiusmodi ignes adeo nonunquã exundare,vt fluminis more ferãtur,& cũ materia illa ignea,quæ sursum emicat,instar aquæ fluãt*,ꝙ ẽt à nobili scriptore dictũ est de hoc ipso Vesuuio,*videas illic quosdam quasi fluuios ire puluereos.* nã quid ego de Pindaro dicam? à quo huiusmodi scaturigines appellãtur πυρὸς πυγαὶ,ποταμοὶ. quanq̃,vti dictũ est, bituminosũ ignem aqua præsertim maris accẽdit potius,q̃ extinguit.Atq; hæc de ignito halitu terræ dicta sint satis,quem effectorem incendij putamus.

Nonnus. Cassiodorus. Pindarus

Sed qm̃ quædã non ex vna tãtũ caussa profluere solent, quęramus,nũ humana quoq; arte,vel casu in sulphureis,ac bituminosis locis excitari possit incẽdiũ?sanè potest. paucis enim ante annis apertis fodinis quibusdam,quæ sub Monfestino oppido sunt, cum lumina à lapidicidis imprudenter fuissent admota, succensa repentè materia alios flamma prorsus absumpsit, alios miseris modis affecit. egesta vis infinita cineris, auditi mugitus,& quasi tonitrua, cuiusmodi ænea tormenta glandibus emissis edere solent; exterritæ finitimæ Vrbes ingenti fragore; nec statim sopitum est incendium. Alibi quoq; fossiles carbones eruuntur è venis, qui cum ferro feriuntur, interdum exardescunt, ac nisi opprimerẽtur,obruerenturq;,bituminis fomite pastus ignis adolesceret in incendium. In eo etiam colle qui Villa magna dicitur, locus est Gagate abundans,lapide bituminoso,

An Incendium subterraneum casu excitari possit. Baccius.

O qui

qui cum à pastoribus non multis ante annis succenderetur, ignis extingui postea nulla vi, nulla arte potuit; inficitur aër fumo, ac fuligine; eruuntur ardentes prunæ; imbres ipsi augent incendium; imò verò si quis fluuium, qui non longè abest, deriuarit, magis exardescit, flagrante intus lapide, ac fumum altius extollente. simili arte factum putant aliqui, quod in prodigijs superstitiosa numerauit antiquitas, vt in Mutinensi agro, qui abundat bitumine, statis Vulcano diebus è terra repentè ignis existeret, quanquam id ipsum & fraude mali Genij fieri potuit. Nam quod de Petro Abelardo homine audacissimo quidam vir alioquin non ineruditus nuper literis prodidit, quia luculentum eius historiæ testem non producit, non planè affirmo. narrat.n. illum aliquando in hoc ipso Vesuuio incendium excitare conatum: nēpè idoneā materiam detestabili quadam arte confectam, atque in arcula conclusam in hanc voraginem iniecisse, vt, cum aliquando ille ignis exardesceret, sulphuris, ac bituminis venis correptis, similem excitaret tragœdiam ei, quam nunc tāto cum horrore, luctuq; spectauimus, sed immanissimi hominis, atque audacissimi voto, & conatui, obstitisse Deum. quæ si vera essent, ecquod tantum facinus excogitari potest, quod cum hoc conferri posse videatur communis omniū paricidæ? neq; vero minus perniciosa fuisset hæc arcula, quam illa, quæ olim Babylone cum in Apollinis templo auri spe reclusa fuisset, tantam vim corrupti aëris afflauit, vt non modò finitimas regiones cōtagione infecerit, sed cum is aër à ventis delatus esset in Græciam, atq; Romam, humani generis magnam partem absumpserit. atqui hæc, quæ vel casu, vel arte aliquādo excitantur incendia, in ijs locis contingere possunt, quæ superficiem tantum habent bituminosam, aut sulphureā. Ceterum quæ possit hominis, vel imprudentia, vel audacia profundissimas illas Vesuuij specus, ac penitissimos sinus peruadere, ac penetrare, ibiq; ignem accendere? Quapropter

Plinius
Baccius.

An arte excitari possit incendiū subterran.

Bardanus.

pter satis mirari non possum, quod aliqui sibi persuaserunt, incendia huiusmodi in subterraneis locis ui fulminis excitari posse; atq; hanc ipsam sententiam principi Peripateticorum ascribunt, tametsi huius verba de sulphuris facultate quidam interpetrantur, quippe quę propria fulminis est, vt propterea sulphuris nomine quãdoq; fulmẽ ipsum apud poëtas intelligatur. Apollodorus certè id apertissimè sensit. existimauit enim Aetnam montem iccirco tot ardere spiraculis, quòd frequenter fulminibus feriatur, vnde orta sit fabula de Gigãte, qui fulmine intra Aetnam sit adactus. verùm quis credat, fulmen tam profundos mõtium specus subire posse, cum constet, illud intra pedes quinos terram nunquam subire, atqui nõ nemo Philosophorum existimauit, subterraneos ignes tam altè defossos latere, vt triginta millia passuum ab imo ad superficiem recenseantur, quam sententiam suo loco examinabimus. quæ vis igitur tãta fulminis esse potest, quæ tot, tamque duros saxorum obices perfringat, ac superet? excitata aliquando vi fulminis incẽdia sunt, nec tamen in profundis locis natura sulphureis, nisi forte in ijs, quorum superficies plurimum haberet sulphuris, aut bituminis; vt de Aricię aruis diximus, in quæ si fortè carbo decidisset, statim tellus solebat ignescere; quo etiam modo potest casu fulmen in subterraneas cellas incidens incendij materiam inflammare. Nam in eius montis, siue collis, qui Neapoli imminet, arce, quam uocãt Hermitem, non ignoras quid superioribus annis acciderit. xviij. enim kal. Ian. hoc est pridie eius diei, quo nuper Vesuuius deflagrauit, arce de Cælo tacta, cum fulmen in tormentarium puluerẽ incidisset, cõcussa statim immani fragore tota Vrbs est, & consternati metu ciues; quassata ædificia, non nulla etiam diruta; saxorum, ac cineris magna uis per aẽrẽ deuoluta; fœda strages facta, multis militum præsertim, qui in arce erant, exanimatis. ita montes huic Vrbi fatales sẽper fuerũt. Sed ut illud, quod de Aetna sensit Apollodorus,

An incend. subterraneũ excitari possit fulmine.

Arist. in Problem. vide Septalium.

Persius.

Apollodori opinio improbatur.

Plinius.

Io. de Dondis.

Anno 1587.

Apollodori sententia reijcitur.

urgeam, negari omninò debet, ea loca, quæ uenas sulphuris, ac bituminis abstrusas in ima tellure habent, à fulmine posse succendi, cum ipsa terræ moles ingens se se opponat, eiusq; uim frangat. quanquam, ut uerum sit id fieri posse, eo certè tempore, quo hæc in Vesuuio acciderunt, serenum fuit Cœlum, & quietum, ut nulla de fulmine possit esse suspicio. Video & alias caussas incēdij à Poëtis, dū de Aetna philosophātur, assignari. siue, inquiunt, cōcipiunt flammam bitumen, ac sulphur, quod & nos sentimus.

Ouid. 15. metam.

Siue leues imis venti cohibentur in antris,
Saxaq; cum saxis, & habentem semina flammæ
Materiam iactant, & concipit ictibus ignem.

excutitur quidē ignis attritione, & collisione lapidum, sed hæc incendia montium alteram illam potius agnoscunt caussam, & si narrant, Vesuuij saxa tam grauida fuisse igni, ut in altum missa, cum deciderent, & casu fatiscerent, flammam euomuerint, atq; arbores, & quicquid aliud occurreret, exusserint. his igitur constitutis, effectricem incendij caussā dicamus. oportet ignitum illum spiritum incidentē in sulphureas, ac bituminosas Vesuuij uenas, qui tantis prodigijs Cælum, maria, terrasque compleuerit.

An incendium subterraneū excitare possint Sol, & astra.

Quoniam uerò quæ infra Lunam sunt arcano quodam nexu cum Cœlestibus Natura commisit, atq; contexuit; q aurea illa apud Homerum catena indicāt, ac de Sole potissimum Plato interpretatur, propterea libet etiam audire, quid de huiusmodi incendiorum caussis Mathematici sentiant. Babylonij quidem motus terræ, atq; hiatus, cæteraq; huiusmodi vi siderum fieri existimabāt in primis trium, quibus etiam assignabant fulmina, meantium cum Sole, & cōgruentium, & maximè circa quadrata Mundi; præsertim cū terræ motus ipsi, qui & præierunt, & consecuti sunt incendium, accersitas è Cælo habeant caussas. eas enim Apotelesmatici rerū scriptores constituunt, tū eclipses, tū planetas Martem, Mercurium, Saturnum in primis. nec mirum.

deuo-

deuorauit enim, vt aiunt, Saturnus pro Ioue lapidem, deuorat nonunquam terræmotus Vrbes. Itaq; cum huiusmodi eclipticæ constitutiones, aut ceterorum planetarum cōgressiones acciderint, & aliquis illorū trium vel plures, vel simul omnes constitutionibus præfuerint, tum iactationem illam telluris aiunt posse prædici, vbi signa vel ecliptica vel nexa, vel dominantia præierunt, præsertim si dominatrices, vt vocant, stellæ in aëreis signis constitutæ sint, quæ omnia illi pluribus disputāt: ac certè Aristotelis est illa vox, sub Lunæ defectū aliquando contingere terræmotus, cum enim deficere lumen incipit, tum calor etiam, quo aër afficitur, restinctus tranquillitatem parit, spiritu videlicet subeunte terris, qui antea calore extrahebatur, atq; emergebat foras, quo interius recepto, atq; suppresso interdum terra concuti soleat. Lunæ meminit, quę, quia citima terris est, mira vi pollet. id verò alij Soli maximè deficienti putant tribui oportere eadem de caussa; quòd videlicet tellus lucis calore, cuius in Sole vis maior est, destituta velut obrigescat; obstructis igitur meatibus, atque rimis, cum halitus vnde se efferat non inueniat, fremit intus, atq; luctatur: defecerat sanè paullò ante hoc incendium, motumque terræ, quāquam altero sub finitore, Sol; defecerat, & Luna proximè, atqui illud tamen velim animaduertant, qui hanc caussam assignant, Aristotelem hæc referre ad Lunam, antequā omninò deficiat; quanquam non ignoro, Ptolemæum negare, astra vim exercere suam ante quam sint in ipso congressu: quam litem Mathematici dirimant.

Cur terræmotus sub Lunæ defectunt.

Albertus

Arist. Meteor. Augustinus Niphus.

Iam incendia ipsa non aliunde excitari Chaldæi putant, quam ex octaui orbis aberratione, dum extra orbitam ab Oriente in Occidentem, iteratòq; ab Occidente in Orientem accedit, receditq; supra verticem Arietis, atque Libræ, duobus paruis circulis descriptis; cum enim motu accessus, & recessus ad eius circuli parui cardines peruenitur, si cardo aspiciatur à sideribus imbriferis, cuiusmodi sūt Hyades, Orion,

Incendia vnde oriri Chaldæi putent.

Orion, Hædi, Scorpio, eluuiones effici aiunt; sin à sidereo afflatu igneo, conflagrationes, atq; incendia, modò abundè suppetat igni cognata materies, hoc est magna vis bituminis, atq; sulphuris; alijs verò in locis, quibus horum vis minor inest, exæstuationes tantum fieri. vidit hoc Plato, qui putat, ea quæ de Phaëtonte Solis filio dicuntur, non esse extra omnem prorsus historiæ fidem; cum dicitur ascendisse currum Solis ardentem, aberrasse cum equis aurigam, excitatum inde orbis incendium; fieri enim quandam cælestium orbium aberrationem, quam conflagratio consequatur, necessè sit; quo loco diuinus ille Plato æquationē, atq; motum, quo acceditur, ac receditur, videtur appellasse aberrationem illam; cùm quia hęc sola circunductio fit lōgissimo tēporis tractu, vt ex eius motu, & æquatione constat, tùm præcipuè, quia extra omnem circunductionem aliorum orbium, atq; siderum, quæ in longitudinem ab ortu ad occasum semper protenditur, hæc orbita etiam per latitudinem, & altitudinem vndiq; circumagitur. Excitari igitur huiusmodi incendia Chaldæi dicebant, cum locus aliquis bitumine abundarit, ac sulphure; diameterque circuli parui aberrationis cum ignei sideris afflatu solùm eam regionis longitudinem repercusserit. huiusmodi motum Mathematici Trepidationis appellant; vt mirum non sit quandoq; humana trepidare, cum continenter trepident & cœlestia. Huc, & illa pertinent ex eorundem disputationibus deprompta. quadripartitum esse consensum astrorum; vnū Igniferum, quod exustiones, atq; incendia; Imbriferum alterum, quod eluuiones gignat; tertium Motiferum vocāt, quod agitatione telluris ædificiorū substructiones, vrbesq; demoliatur; vltimum Portētificum, quod Cometas, & alias in aëre formas prodigiosas accendat; quod nouos ēt Vates (vaticinantur verò ipsi potius, & insaniunt, qui hæc dicunt) nouas disciplinas, ac leges excitet. horum porrò directio radiorum, profectionesque stellarum cum ad loca definita

Plato in Annius.

per-

peruenerint, tum miras in orbe terrarum cõuersiones rerũ fieri putant. hæ verò profectiones omnes astrorum olim sub Sparteto Rege fuisse dicũtur, nam eodem ferè tempore Thessaliam partim terræmotu, atq; incendio, partim diluuie obrutam, atq; vastatam accepimus. quæ omnia ita in nos hoc tempore coniurarunt, vt illa Sparteti ætas ad nos reuoluta esse videatur. quanquam vt maior esset calamitas, in vnum locum, hoc est in Campaniã confluxere ad perniciẽ, atq; exitiũ illa omnia; nã tellus intremuit, immò exarsit; aër ipse si minus arsit formis igneis, efferbuit certè cinere, horruitq; tetra caligine. Ad hoc quoq; incendium excitandum vim habuisse aiunt Trigonum illum igneum, ad quem superioribus annis factus est gradus vti diximus. In primis verò Solis defectum, qui paullò ante quam Vesuuius conflagraret, contigit, quanquam sub aspectum nostrum haudquaquam cecidit, in caussa fuisse putant; in eo defectu Martem aiunt in meditullio Cœli fuisse intra Leonis signum gradu septimo, ibique vim, potestatemq; omnem exercuisse. itane verò? ab extincto Sole Vesuuiũ accẽdi potuisse dicamus? cũ in alio ille Terrarũ orbe defecerit, nobis iustitiũ fuisse indictũ. hic arsisse funalia? alibi extinctum, apud nos sepultum eo cinere, quo Cælum est omne contectum? quin etiam Lunam ipsam, quę paucis ante diebus defecerat, facẽ illam, quam gestare fingitur, Vesuuio subiecisse dicũt; cuius in defectu idem Mars adfuerit, deinde eodem tẽpore, quo Vesuuius se commouere cœpit, eundem Martem in Horoscopo cum Leone fuisse, & cum Scorpione Saturnũ in angulis, vt vocant, certis quibusdam gradibus; quorum alter incendia, atq; excidia, alter portendat eluuiem. Equidem non ignoro, hæc non modò in terræ motu, sed in alijs etiam incendijs obseruata; nam in conflagratione vltima Puteolani agri fuit Martis cum Saturno congressus in Virgine proximo Solstitio, à quo huiusmodi halitus gigni, terraq; cieri consueuit; fuerunt & eodem, & superiore quoq; anno Lunæ

Mathematicorum sententia de hoc incendio.

Simon Portius

defe-

defectus. neque verò, inquiunt, iccirco Sol, & Astra incendium excitare non possunt intra telluris viscera, quòd in ipsa superficie positum bitumen, aut sulphur minus accendat. multa quippe Planetæ intus operantur, foris non item; cuiusmodi gemmæ sũt, aurum, ac cætera metalla, more pictorum, qui oppasso velo lineas ducunt, exprimunt vultus. immò verò nonnulli veterũ sapientũ in hac fuere sententia, vt dicerent, siderum radijs in ipso terræ centro incendium penitus excitari; immensam enim corporum cœlestium magnitudinem, virtutem, atq; motum hoc efficere, vt omnes omnium siderum radij Terræ molem, quæ veluti punctum est, momento temporis, facillimèque vsq; ad centrum recti penetrent, id quod Astronomi pleriq; astruunt; ibique, vt Platonicis placet, fortissimi sint, tùm quia recti vndiq; cẽtrũ pertingnnt, tùm quia in angustum collecti sunt cuncti, quorum vis maximè vehemens materiam ibi nacta in terræ sinu procul ab humore secretam, prorsus accendatur, accensa vero extendatur, ac dispergatur; inde per meatus vndique incendia efflet; quod cum de loco ignis subterranei agemus, diligentius cõsiderabimus. Sed quidquid hac de re disputent Philosophi è Pythagorę disciplina, atq; Platonis, mihi certè eorum potior semper est visa sententia, qui vti antea dixi, huiusmodi incendia excitari putant ab inflammato halitu terræ, cui abundè subsit bitumen, ac sulphur, qui halitus siue frigore lacessitus per pugnam, atque conflictum, siue dum impulsus cursat, ac recursat exitum quærens, ipso attritu, & conflictione tenuatus ignescat.

Franc. Fabric. Stephan. Castrensis.

Sententia de incendio in terrę centro vi siderum.

Probabilior sententia.

Reliquum nunc est, vt suspicioni cuidam occurram, quæ multis est iniecta, qui Vesuuio malos dęmones faces subiecisse sibi facilè persuadent; nimirum hi vetusto, atque insito quodam in nos odio perpetuò ardent, quibus nihil aliud est propositum, nisi communis interitus. vsitatum est illis in mortalium strage grassari; neq; id nunc primùm in Vesuuio factum: accenderunt enim aliàs hunc caminum, in quẽ Prin-

An malus Dæmon incendiarius nuper fuerit

Principes sceleſtiſſimos coniecerunt Pandulphum, & Ioãnem; quippe hic horribiles illi Cyclopes pyrã extruxerũt, rogum accenderunt, qui Theodorico impio Regi antea in Lipara ſuccenderant; nempe lictores ſunt, ac potius Furiæ armatæ tædis ardentibus, quibus non modò ſceleſtos exagitent, ſed ſulphureis in locis ignem quandoque ſuſcitent ad pœnam. quid quòd ijdem non modò Veſuuianum, & Liparensẽ, ſed Aetnæum etiam incendium viſi aliquando ſunt excitare? quanquam alia ſpecie, atq; habitu, neq; enim vnum illis eſt fraudis genus. centeſimus prope annus eſt, cum Siculus negotiator Meſſanam profectus apud Tauro-minium diuertit; occurrunt quidam quaſi cœmẽtarij Fabri cum ferramentis ſuis. interrogat hic quò tendant; reſpondent, Aetnam ſe petere, ibi iuſſos ædificiũ quoddam excitare, mox adfore architectum. his dictis ad conſtitutum locum pergunt. paullò poſt conſequitur is, qui architectũ ſe fingebat. hiſpida erat barba; horrida ſupercilia, ſtatura ſupra vulgarem, color prorſus Aethiopis. Vulcanus videri poterat, niſi curſu corriperet gradũ. ſciſcitatur Siculus, qui tandem in Aetna monte inter flammas, ac niues ædificiũ poſſit extruere? his ille ſubijcit, ſibi & vim, & artem eſſe perficiundi non modò iſta, ſed multò maiora; nec in Aetna calcariam deeſſe fornacem; breui ſe opus abſoluturum. poſt hæc ex oculis repẽtè euanuit. tam ingẽs horror inceſſit negotiatoris animum, vt, cum vix in oppidum conceſſiſſet, ac rem Sacerdoti vnà cum animi noxis aperuiſſet, eo ipſo die animam exhalauerit. ſtatim poſt huius obitum, & Solis occaſum, tellus concuti, Aetna mugire, tonare, tùm è vertice, qui Oriẽtem ſpectat, vis immanis ignis erumpere, & Catinam verſus cũ impetu ruere; obruiſſetq; totam, niſi procurrenti Agathæ velum tanquam murus fuiſſet oppoſitus, ita ille impius, & vafer ſceleris architectus tum ſe ædificij fundamenta iacere dicebat, cum Vrbem conabatur euertere. Hæc igitur, quæ uel à Sanctiſſimis uiris, uel à fide dignis Hiſtoricis narrantur, indicãt, incẽdiũ Veſuuij

Petr. Dam.

Gilibertus. Anno 1536.

ab huius generis Cyclopibus excitatū; pſertim cum conſtet paullò ante, cū ex ijs vnus ritè Diris vrgeretur, vt ex obſeſſo corpore abiret, minatū eſſe, mox ſe pœnas de accepta contumelia repetiturū; ipsū diē nominabat, quo hæc poſtea acciderunt; cumq; qui aderant riſu minas exciperent, addidiſſe, mox ijs flētibus ſe riſurū; ſcimus aūt à Veteribus flammæ crepitum dictum Vulcani riſum, quanquam alij rectius dixerunt minas. Et ſanè à malis huiuſmodi Genijs ſæpe domos incenſas legimus, quod Sagæ ipſæ fatentur. domos dixi? immò verò integra oppida. horrendum quippe dictu eſt, quod ſuperiore ſeculo non multò ante quam hìc Cumanus ager deflagraret, accidiſſe accepimus. oppidum eſt in Heluetia nomine Schiltach. hìc malus Genius palam ex edito quodam loco, primò quaſi belli ſignum daret, ſibilū edidit, deinde in faſtigio fumarij viſus vnà cū Saga; cumq; interrogaretur à Flamine, quid tandem moliretur, reſpondit in animo ſibi eſſe oppidum diruere; tum ollam feruenti pice, ac reſina inuertit; ſtatim concepta flamma tecta flagrare, inuolui omnia fumo. ne multa. infra horam arces, domus, cuncta ædificia exuſta; denique oppidum ipſum totū infinita cū ſtrage prorſus euerſum, atq; in cineres dilapſum; quod non ita mirum videbitur illis, qui ſciant, hac etiam tempeſtate inuentos eſſe homines peritiſſimos, non dico pulueris inflammādi, aliorumq; eius generis ἐμπυρευμάτων, quibus ædificia citiſſimè conflagrare, & conuelli videmus, ſed arcana alia ratione, ac via incendij excitandi. certè profitebatur quidam, vti narrant, habere apud ſe artificioſi cuiuſdam ignis ſemina, quę ſi per domos aliquot ſparſiſſet, eam, in qua eſſet, Vrbem, multis etiam poſtquam inde exceſſiſſet diebus, vniuerſam eſſet incenſurus, atq; inflammaturus. equidem ſcio Naphthę tantam eſſe cum igne cognationem, vt flamma tranſiliat in eam vndecunque viſam, verùm hìc, quem πυρπολητής ille dictitabat eſſe apud ſe, ignis fomes, tantarum erat virium, vt cum per aliquot dies ſine vlla nota iacuiſſet, mox immani flamma cuncta corri-

Ariſt.

Nicolaus Remigius narrat.

corriperet;oppida, Vrbesq;deleret; quid ni igitur communis hostis ista moliri possit, qui multò peritior est huius artis? quoties ille immane aliquod se monstrum finxit, vastitate, formaq;teterrimę belluæ non absimili, cuius os enorme fumo permistas euomeret flammas? Narrant etiam in aëre visa nonnunquam quædã veluti dolia arcanis ignibus referta traduersim per nubes ab eodem impelli, ac volutari tantisper dum ei loco immineret, qui ad excidium, & calamitatem notatus erat, ac designatus; tum verò illa dirupta euoluisse flammarum, saxorumq; globos, quæ repentino impetu præcipitarẽt, atq;obuia quæq; immaniter attererent. nimirum igni maximè hic hostis vtitur ad perniciem, qui igni vritur immortali ad pœnam. Iam quibus alijs armis instructi Pyromantæ illi militant? à quo quasi Furiæ tedas accipiunt Sagæ? est enim illud genus præstigiarum in primis horrendum, cum è cadauere resectos digitos adhibent aliquid nefarium moliturę, qui digiti flãma sulphurea, ac violacea tetro spectaculo interim ardẽt, nec absumũtur. insidere creditur ignita illa specie hostis. Quid quòd ille, qui à philosophis ignis dicitur Fatuus, è palustribus locis, sæpe etiam è sepulcris emicans, ac viatoribus occurrens, ab hac suspicione omninò non abest? præsertim cum viatores in stagnorum, ac fluminum voragines, aliaq; abrupta loca ducat, quò præcipites agat flammæ splendore pellectos, vt propterea sint qui putent, vix ista fieri sine fraude insidiantis vaferrimè hostis, qui mortalibus quasi fatalem ad exitium, atq;interitum hanc veluti præferat facem. Age porrò, refer nunc animum ad illud, quod in fulmine sapientes, ac religiosi viri animaduerterunt. habet.n. fulmen maximam cum hoc igne Vesuuij cognationem, vt plurimis effectis nuper est declaratum. iam nonnulli, qui fulminis motum, atq;impetum contemplati sunt, existimarunt illud ab eodem hoste nonnunquam quasi telum contorqueri, atq; immitti; vsu enim venire obseruatum est, vt

quæ fulmine sunt afflata, parietes, pauimenta, arbores, ac cetera multa sæpe mirum in modum vestigia quædam veluti vnguium ostentent; nimirum quos immanis hostis feræ instar impressit, quippe qui non semel hamatis, vncinatisq; manibus, aut pedibus offerre se soleant. non ignoro à Peripateticis hæc in Naturę caussis posita censeri. expeditum siquidem, ac promptum esse aiũt fulmini in eas partes sua se volubilitate diffindere, quæ speciem obliquorum præbeant radiorum, vti flammæ, cuius plurimum habet admistum, proprium est virgatis notis ea, quæ lambit, inscribere, quod & in Ephesini templi incendio animaduertisse se dixit Aristoteles, & passim in ædificiorum, quæ igni cõsumpta sunt, reliquijs obseruare licet; verùm si quis existimet, ideo à communi hoste id fieri non posse, ꝙ ab experte corporis nulla possit esse actio hujusmodi, quæ notam, ac vestigium relinquat impressum, næ ista ratio facilè conuellitur, cum possit ille, Dei nutu, ac voluntate, permiscere se fulminibus, multaq; efficere, quæ aliquo modò videntur aliena ab ijs, quæ anima carent, veluti cum sursum, deorsumque meant, ac remeant quasi aliquid scrutentur, atq; inuestigent, vnde, & nomen illis σκήπτα, aut cum obuia aliquando declinant, vel peruadunt innocenter, aliquando contra proterunt, ac pessundant. vt hic ẽt ἀντιπυρίσματα adijciam, quibus licet Aristoteles naturalẽ attribuat caussam, tamen admirationem habent magnam, atque aliquid fortasse nonnunquam præferunt arcanum. ceterum in his hostem suam aliquando præstare operam quis negabit? cũ præstigiatores ipsi, ac Sagæ testẽtur, solere malos Genios, cum furunt, atq; bacchantur, vnguibus maximè digladiari; fatetur certè vir apprime doctus, ac prudens, qui publicus Quęsitor fuit, ac Lotharingię Duci à cõsilijs interioribus, vidisse se huiusmodi fulmen, quod vniuersas ædes viciniæ peruagatum, ad extremum eam porticum, quà id se foras eiecerat, inscriptam profundis, frequentibusq; vnguiũ vestigijs

Vnguis vestigia à fulmine relinqui solita.

Nicolaus Remigius quæsitor.

ſtigijs reliquerit, quod multi etiam, qui accurrerant ad ſpectaculum, non ſine magna admiratione, atq; horrore perſpexerint, hamatas videlicet notas vncinati pedis, quaſi belluæ cuiuſdam cum ſulphuris odore teterrimo. iam quis ignorat, immaniſſimum illum hoſtem non modò ferina forma ſæpiſſimè viſum, ſed in Diuinis quoque litteris belluam dici? quæ licet vngue tantum aliquando ſe prodat in fulmine, poſſis tamen, vt eſt in parœmia, agnoſcere ex vngue leonem; hoc tantum diſcrimine, quod hoc animal ignem timet, contra verò huius timetur ignis. Itaque cum ignis hic Veſuuij fulminis naturam odore in multis expreſſerit, quis non iure in ſuſpitionem veniat de hoc Incendiario monſtro? cuius in tanta ſtrage etiã ſi vngues impreſſi minus appareant, quòd ſciam, Campaniam certè horrendum in modum quaſi conſciſſam, ac laceratam videmus. vtrum verò putamus interim illum fuiſſe ab inferendis damnis feriatum, an potius telis igneis occupatum feriendo? Quæris, Petre Aloyſi, quid nam hac de re ſentiam? equidem non ignoro, in hoc maximè elemento furere ſolitum malum Dæmonẽ, Deo ita ſinente. De inauſpicata quadam aui Veteres meminerunt, quam Incendiariã vocabant, propter quam ſæpe luſtratã Vrbem annales narrãt. ea prunas è foco acceptas roſtro aut ferre, ac diripere ſolita, tùm huc, illucq; diſcurrens tanquam incendium tectis minitari. quæ ſi quando ſe in conſpectum dediſſet, vt L. Caſſio, Mario Coſſ. accidit, eã tanquã immane piaculũ Romani execrabãtur. vides pfectò cõmunis hoſtis imaginẽ, quẽ verè Incẽdiarium dixeris; ſcimus quo aſpectu, quo habitu illum ſacræ litteræ nobis deſcribant. expreſſit ad viuum is, qui bonis omnibus ſpoliatus, cum eo nudus de more luctatus in puluere, atq; cinere, ſanie perfuſus ſui corporis, vice olei, multa cum laude ſe geſſit Olympionicen. an non tibi videtur graphicè Incendiarium delineaſſe? de cuius ore procedant lampades, igniteq; veluti tedę, de naribus

Plinius

Iob. 40.

ribus quoq; fumus erumpat ficut ollę fuccenfæ, atq; fetuentis, cuius halitus prunas accendat? quæ tamen ita adumbratè dicta effe cenfendum eft, queadmodum ea, quę olim in hunc Vefuuium ad Pandulphum principem comburendum fœni materies inijci eft vifa, cum ad hoc Natura bitumen potius, ac fulphur abundè fuffecerit. verùm huius tanti, quod in Vefuuio nuper exarfit, incendij, tum malos Genios auctores fuiffe dicam, cum conftiterit, vt aliàs, id non cuilibet, fed fpectata pietate viro fignificatum effe diuinitus, quanquam aiunt, illos ex obfeffis corporibus hoc fatum paullò ante incendium præcinuiffe, inuolutè tñ; ac certè vix illi videntur admouiffe tædas, cũ tot delubris, ac tẽplis mirè pepercerint, tametfi hæc omnia à Deo fummo imperatore facilè tẽperari potuerint. at verò magnopere verendum eft, ne perturbationes animi potius, atq; cupiditates, quibus nos incendimur, Furiæ illæ fint, quæ hunc ignem excitarint, ac Naturam ipfam tot mõftrorum generibus perturbarint.



IO. BAPTISTAE MASCVLI
DE INCENDIO VESVVII
Liber Quartus.
Qui est
De Materia, seu Fomite ignis subterranei
AD PETRVM ALOYSIVM CARAFAM.



Ggredior nunc dicere de Materia, pastuq;ignis sub terra latentis.libet igitur in immanem illum montis hiatū adhuc flagrantis cogitatione certè descendere; inspectare ingē-tes specus, antra, voragines immē-sas, tùm infinitam vim bituminis, atque sulphuris non sine horrore inter flāmas inspicere; venas etiam rimari ferri, atque auri, ceterorumq; metallorum, si quæ fortè sint, penitus abstrusas. hinc verò conceptacula aquarum, ac tacitos fluminum lapsus, haustos etiā è mari fluctus; illinc ignium largissimos fontes; ad hæc halituum ignitorum excursiones, atq;conflictus ad libertatem aspirantium, excutientium quandoq; ferreum montis iugum, effringentium carceris vectes, atq; repagula, frementium, furentiū, omnia deniq; permiscētiū.

Ac primùm statuendum illud est, quod à Sapiētibus accepimus, intra telluris sinum, immensum quoddam esse, ac numquam deficiens promptuarium ignis, ex quo tot spiramenta, quæ cernimus, perennitatem accersunt: nimirum heroica, inquiunt, magnifica, atq; stabilia par est opera esse Naturæ, ac propterea ingentes, atq; immensas habere quasi pe-

Plato. Aristoteles. Pindarus. Strabo Vitruuius. Apuleius de Mundo Georg. Agric. And. Baccius

ſi penus earum rerum, quę ad Vniuerſitatis, aut commodũ, aut ornatum pertinent. viderunt hoc Philoſophi, qui Naturæ arcana ſcrutati ex ijs, quæ apparent, ratiocinati ſunt; affirmaruntq; ſub toto maris tractu, qui à Cumis, atque vt rectè quidam ſentiunt, ab ipſo Veſuuio ad AEnariam, ad Vulcanias vſq; inſulas, AEtnamq; protendirur; imò ſub toto pelago maris Ionij in Achaiam vſq; continuas ſubeſſe ſpecus ingentes inter ſe peruias, & continenti conterminas. Quod ipſum viderat Pindarus, qui propterea toti iſti regioni immanem illum gigãtem Tiphoeum ſubiecit, quem Cumana littora, quem Sicilia pectore hiſpidũ arceat; columnaque Cæleſtis Aetna niuium nutrix inter flammas mirè compeſcat.

ὅς τ' ἐν αἰνᾷ ταρτάρῳ κεῖ-
ται θεῶν πολέμιος,
Τυφὼς ἑκατοντακάρανος, τόν ποτε
Κιλίκιον θρέψε πολυώ-
νυμον ἄντρον· νῦν γε μὰν
ταί θ' ὑπὲρ Κύμας ἁλιερκέες ὄχθαι,
Σικελία τ' αὐτοῦ πιέζει
στέρνα λαχνάεντα· κίων
δ' οὐρανία συνέχει,
νιφόεσσ' Αἴτνα πάνετες
χιόνος ὀξείας τιθήνα.

ò poëtam egregium, etiam philoſophantium aures attemperatis lyræ chordis tenentem, ac ſubterraneos ignes non tam cinere, quam immortali fabulæ inuolucro tegentem. Appellat Aetnam Cœli columnam, qua videlicet terræmotu concuſſa Cælum ipſum ruere uideatur. Videamus & alterum, qui philoſophiam carmine alligauit.

Principiò tellus habet in ſe corpora prima,
Vnde mare immenſum voluentes flumina fontes.
Aſſiduè renouent; habet ignes vnde oriantur;
Nam multis ſuccenſa locis ardent ſola terræ;
Eximis verò furit ignibus impetus Aetnæ.

cui consonat & illud Astronomi carmen, in quo sequutus est Empedoclem Lucretius. Manilius

Sunt autem cunctis permisti partibus ignes,
Qui grauidas habitant fabricantesq; fulmina nubes,
Et penetrant terras, Aetnamq; minantur Olympo,
Et calidas reddunt ipsis in fontibus vndas.

Nec sine consilio factũ esse dixerim, vt terram ipsam Veteres appellauerint Vestam, cui custodes immortalis ignis sacrarunt. nempe nõ ignorabant, sub terra perennare ignẽ. Ac si poëtæ minus faciunt fidem, faciat certè Plato, qui perennes huiusmodi fontes ignium sub terra constituit. faciat Aristoteles in primis, vt eum nos iudicem sequamur, quem philosophia prçscripsit. hic cum obseruasset, fontes nonnullos efferuescere præter aquarum naturam, quæ frigore, atq; humore cõstant, id non aliundè oriri posse existimauit, quam ab intestino, ac subiecto igni. & cum de ventis ageret, docuit ignis plurimum contineri sub terra. in quam sententiam Vitruuius postea, & alij viri sapiẽtes venere, in primis Apuleius in libello de Mundo, qui ab ipso, vt aiũt, est satis ornatè compositus. eius scriptoris illa vox est. Apuleius. *Terram in se non aquarum modò fontes habere, sed spiritu, & igni esse fçcundam; etenim occultos inde spiritus efflantes incendia euoluere, vt Lipara, vt Aetna, vt Vesuuius etiã noster solet; ab ijsdem verò ignibus prætereuntes aquas vaporari; prodere verò longinquitatẽ flammæ, cum tepidiores aquas reddunt, viciniam cum feruentiores.* Atq; hæc, quæ de communi sub terra ignium promptuario dicimus, facilè intelligi possunt, si magna cum paruis conferamus. Traijcitur ex perenni illo Igniario calor in Thermas, atq; alia loca terrarum ardẽtia, quẽadmodũ vapores familiaris igniculi ex cõmuni quodã hypocausto subiecto perduci solent per exiguos tubos fictiles ad omnes ædium partes sub vijs ipsis, Xystis, ac viridarijs. efformabant enim Veteres illi æneas quasdam fistulas in gyros obuolutas, orbesq; plures referẽtes Draco- Fallopius.

num ſpiras, quamobrem & Draconum nomen ſortitæ ſunt, tùm per foramen à ſummo immittebatur aqua; ſub ſpiris aũt fiſtularum ignis accẽdebatur, quo aqua primę ſpiræ vix incaleſcebat, deinceps aũt magis, ac magis efferueſcebat.

Et quoniam Natura ſolertis inſtar artificis quæcunque ad opus perficiẽdum idonea ſunt apparare non deſinit, iccirco non modò uias ſub tellure effecit fuliginoſis anfractibus accõmodatas; ſed fomitem etiam ſubminiſtrat vberrimum. deliteſcit hic ignis in ingenti camino, & communi illo orbis terrarum foco, ac tum erumpit, cum acceſſus ſpiritus abundanti paſtus alimento viam ſibi facit perruptis obicibus. eſt autem hoc Igniarium Naturæ multis vſibus accõmodatum, vti dicemus, ſiue ad calorem balneis inducẽdum, ſiue ad multarum rerum procreationem; vt omittam quæ ſpectant ad arcanum quendam finem, atq; conſilium. quibus conſtitutis videndum eſt, quis tanti ſit fomes ignis, quo paſtus genere inexplebilis hæc, vt ex Aegyptiorum ſententia loquar, bellua nutriatur. haud dubium quin ſit in primis bitumen, ac ſulphur; neceſſe eſt enim id eſſe ignis alimentum, quod pici, ac reſinæ haud multum ſit abſimile; quod tenue, rarum, aëreum, pingue, facultate calidum, deniq; maximè cognatum igni, cuiuſmodi ambo illa ſunt. hinc illud Poëtæ.

Herodotus.

Materia Incendij bitumen, ac ſulphur.

Ouidius

Siue bituminea rapiunt incendia vires,
Luteaq; exiguis ardeſcunt ſulphura fumis.

vtrumq; latentem habet igniculum, & occultæ flammæ ſemina, vtroq; Veſuuius abundat. eſt hic Mons, vt eleganter quidam, & comptè dixit, nempè è comata Gallia ſcriptor, velut Ara quædam; in qua, vt alter ingenioſè ait, nempè è Gręcia θυμιάματα, hoc eſt *ſuffimenta omnis generis adoleantur*. cuius Aræ ſcilicet victimę nuper non modò tot armenta, tot greges, ſed tot etiam hominum millia fuere. At quinam præcipuè ſuffitus eſt huius Aræ? thuriſnè, vt fit, ſimiliumue, qui iucundè afflantur, odorum? immò potius

L. Florus. Dio.

tius teterrimi sulphuris, ac bituminis, quam diuersum huiusmodi thymiama est ab eo, quod Orpheus Vulcano tribuit? cum eum ita commendat, vt inter ceteras laudes immortali flamma viuidum dicat, & ignis florentem auris, & Soli, Lunæ, Stellisque cognatum. hoc igitur apud Orpheum est

Ἡφαίστου θυμίαμα.

Ἥφαιστ' ὀβριμόθυμε, μεγασθενὲς, ἀκάματον πῦρ,
Λαμπόμενε φλογέαις αὐγαῖς φαεσίμβροτε δαῖμον,
Φωσφόρε καρτερόχειρ, αἰώνιε τεχνοδίαιτε,
Ἐργαστὴρ, κόσμοιο μέρος, στοιχεῖον ἀμεμφὲς,
Παμφάγε, πανδαμάτωρ, πανυπέρτατε, παντοδίαιτε,
Αἰθὴρ, ἥλιος, ἄστρα, σελήνη, φῶς ἀμίαντον.
Ταῦτα γὰρ Ἡφαίστοιο μέλη θνητοῖσι προφαίνει.
Πάντα δὲ οἶκον ἔχεις, πᾶσαν πόλιν, ἔθνεα πάντα.
Σώματα τ' ἰθνητῶν οἰκεῖς πολύολβε, κραταιὲ
Κλῦθι μάκαρ, κλήζω πρὸς εὐιέρους ἐπὶ λοιβάς.

tùm petit à Vulcano, vt ad aram ipsam accedat placidus, ignem vitæ necessarium largiatur, implacatam verò flammam, atq; Incendia vel auerruncet, vel exinguat.

Αἰὲν ὅπως χαίρουσιν ἐπ' ἔργοις ἥμερος ἔλθοις.
Παῦσον λυσσῶσαν μανίαν πυρὸς ἀκαμάτοιο,
Καῦσιν ἔχων φύσεως ἐν σώμασιν ἡμετέροισιν.

his Orpheus laudibus Vulcanum tanquam thymiamate, ac suffitu quodam vaporare se dicit, at quænam suffimenta Vesuuij? bitumen, ac sulphur. quamquam vt à sulphure incipiam, cuius in hoc incendio teter halitus totam hanc regionem afflauit, quemadmodum & in illo, quod sub Tito contigit, fuisse dicitur *prænuncius odor sulphuris*, mirari sanè licet, rem tam diram, tamque tetram, à Veteribus tamen accepisse tantum auctoramenti, vt, cum mundi conditorem θεὸν appellarint, sulphur ipsum θεῖον cognato diuinitati nomine honestarint. neq; aliam ob caussam thermas dixerint sacras, nisi quod fulminum flammā in deflu-

Orpheus in Hymnis

Plinius.

Sulphur cur diuinum dictum.

Aristot.

xu, ac sulphur clambant; quasi eadem caussa sit locorum ardentium, atq; fulminum, quæ à Ioue mitti dicebantur, vt eodem ambo quasi numine incalescãt. quid, quòd in religionibus eius vsus præcipuus fuit, & quibusdam in sacris pro thure sulphur adoleuerunt? scilicet vt sibi similes haberet falsa, ac fœda illa diuinitas odores, atque suffitus. Accedunt Chimici patroni sulphuris, qui vnà cum argento viuo illud principium metallorum esse contendũt, eo maximè argumento, quòd hæc eruta à terra, si arte soluantur, sulphuris halitum, dum comburuntur, emittant. est autem odoris eius tanta vis, vt minima quæq; portio etiã vnguentis delibuta se prodat, itàq; sibi persuadent, fore vt si parua sulphuris portio, quod sit purum, atq, album, ac sincero colore rubescat, cum multa argenti viui portione permisceant, existat aurum; sin album æqua portione, tum argẽti naturam induat, ac similiter de alijs metallis philosophantur multa, ipsis tantùm cognita inter arcana. & quãquam plurimi sunt eorum arte delusi, non desunt tamen, qui hac argenti viui sanie infecti sint, & sulphuris virus oleant quid? an putamus idcirco Vesuuium tantam vim sulphuris emisisse, vt immanem iacturam bonorum, quam nuper ex incendio fecimus, sulphurea horum arte reparemus, ac viui argenti spiritu semiuiui nos opib: consulamus? certè pallor ille luteus, qui est in sulphure, non æquat eum, quo nos inficit periculi metu. quanquam nõ vnus semper eius color, nam in Peruana regione aureo fulgore se comit, splendetq; pellucidum, aliàs nitedulæ more nitet. quoniã .n. vniuersa natura terrestrium, singulæq; eorum species confusæ ferè, atq; indigestæ reperiuntur in principijs suis, fit, vt non vnus, idemque sit color. plerunq; tamen pallet, splendet in luteo, fumumq; cęruleum euoluit, squallet in cinere. iàm dum incenditur, videas totum in vaporem solui naribus grauem. ex valida enim compositione partium, absolutàque mistione congruentis adeo naturæ

Chimici quid de sulphure sẽtiãt
Georg. Agric.
Fallopius.
Sauanarola.

Vi de Georg. Agric.

turæ eſt, vt vix altera diuidi poſſit, quin hanc exhalantem altera non conſequatur. nec mirũ quòd oleát tam iniucundè, cùm impura terræ ſit portio, quæ vnà cùm reliquo halitu excernatur. affine verò adeò igni eſt, vt prunis admotum ſtatim ad ſe pertrahat flammam. validiſſima quippe res eſt in natura; certè fulmen, ac fulgur maximè ſulphur olent; quamobrem apud poëtas idẽ eſt ſulphur, ac fulmẽ. iã terræmotus, euerſiones, incendia ſubterranea ex eo potiſſimum fiunt. hinc inſtrumenta illa bellica, quæ hominum excogitauit audacia, concipiunt flammam; pulueris enim compoſitio, quæ momento temporis vehementiſſimè ignẽ arripit, quo globi ferrei, aut plumbei, imitatione fulminis impelluntur, ex ſulphure in primis cõſtant. eſt autem genus duplex, vnum quod Græci vocant πεπυρωμένον, quod ſcilicet ignem eſt expertũ; alterum ἄπυρον, non item. quidam ſulphuris florem dicunt, tenuiſſimam ſcilicet eius partem, at cuiuſmodi florem? nempè eum, quo deflorata Campania eſt. purpureas ipſas roſas ſuffitu ſulphuris palleſcere aiunt; vt mirum non ſit, florentiſſimam hanc regionem, ac pulcherrimam ipſius Veſuuij faciẽ, qui olim ſacer, æquè ac roſa, Veneri fuit, expalluiſſe. naſcitur purum, ſolidum, gleboſum, effoſſum tranſlucet, ac nitet, niſi quod argento nitorem aufert, vt hic Neapoli experimur ex vicinia Vulcanij fori, tametſi hoc tempore, quo vndiq; obſidebamur à ſulphure, argentum maximè reſplenduit, cum tanta ciuium largitas ſe ſe in egenos effuderit. genus eſt quoddam uiui ſulphuris pallidius, Virgineum vocant, quòd eius vtantur ſuffitu Virgines, vt ruſo colore capillos afficiant, quo potius, vti ſentio, Virginitatis ille candor inficitur. ſalubre quoq; ex ſulphure exprimunt oleum oculis, è quibus tamen hoc tempore ſulphureus ignis expreſſit lacrymas. ſuſpirioſis quoque prodeſſe aiunt periti; contrà hoc tempore vnde tot gemitus, ac ſuſpiria? vnde luctus de incenſis agris, atque oppidis, de deleta Campania, niſi ex in-

Sulphuris natura, vires.

Dioſcorides Matthiolus. Sauanarola. Raynerus. & alij.

Perſius.

Dioſcorides.

ex incēdio, cuius maximè fomes est sulphur? excitare quoq; dicitur lethèo sopore grauatos, atq; auribus morbo affectis præsens esse remedium; scilicet, vt horribiles illos Vesuuij mugitus, atq; horrenda tonitrua attentius audire possemus. deniq; suffitum sulphuris obliuiosis plurimum conferre Physici aiunt; quasi verò calamitatis tantæ vlla nos aliquando capere posset obliuio, nisi memoriæ consuleretur sulphure. Atqui tanta cum sit in sulphure diritas, artem tamen in eo aliquādo lusisse legimus. ferunt enim Anaxilaū, cū in mēsa sulphur in cratere subiectis prunis circumtulisset, exardescentis repercussu colorē dirum veluti Laruarū, cadauerumq; pallorem offudisse cōuiuis. quid ergo? lusitnè Vesuuius nuper, cum ex ardenti cratere per Campaniam circumtulit sulphur? an potius in nostro funere crudeliter est bacchatus? Iàm illud superstitionem redolere puto, quòd Veteres putarunt, accensi odorem sulphuris aduersus præstigias magnarum esse virium; quò spectat illud Poëtæ.

Savanarola.

Plinius.

Ouidius.

Ipseq; ter circum lustraui sulphure puro,

Carmine cum Magico præcinuisset anus.

quāquam hoc tempore nullæ præstigiæ tantum intulissent mali, quantum exitij sulphureum hoc incendium Campaniæ intulit.

Sed quid tam amaris verbis sulphuri obtrectamus, quod nobis nuper è Cælo suauissimum illud nectar expressit? Iam initiò dixi, aërem circa Vesuuij regionem sulphuris calore, ac siccitate, vt Physici docent, ita fuisse digestum, ac tenuatū, vt miræ dulcedinis succum in superstites arbores eliquauerit; quod à viris spectatæ fidei, atq; doctrinæ, qui illum degustarunt, accepi; atq; idem in Puteolano agro apud Vulcanium forum eandem ob caussam factum esse constabat; vt illud vsurpare possis, quoniam de mellito liquore agimus, Poëtæ Lyrici, eius inquam, in cuius infantis ore apes consedere.

Caussa mellei liquoris aërei in Vesuuio.

Brassauol.

. . . . παυ-
σάμενος δ' ἀπρήκτων κακῶν
γλυκύτι δ' ἀμωσώμεθα
καὶ μετὰ πόνον. Pindarus.

ita aër ille. qui fragore horribili perstrinxit aures, tandem se soluit in mella; & qui caliginosus inhorruit oculis, liquidissimus blanditus est faucibus.

Iam alter pinguis etiam succus oleaceus cognatus sulphuri à Græcis ἄσφαλτος, à Latinis bitumen dicitur; aut cõcretum est, aut liquidum. mira huius quoque in ignem, & magna propensio. nec minus illud mirum, quòd tam prodiga fuerit in alendo igni Natura, vt propterea tot bituminis genera illi tanquam vberrima nutrimenta suffecerit. Naphtam, Maltham, Thracium lapidem, aliosque multos; etiam eos, qui numerantur in gemmis, cuiusmodi inter ceteros Gagates est; tam pretiosum Natura pastũ igni sufficere voluit, quod semel vnione ab AEgypti Regina factũ miramur. Quæret aliquis, quod maximè bituminis genus sit illud, quo Vesuuij nutriatur, atque adolescat incendium. liquidum est, quod vulgò Petroleum vocãt, quippe è lapidum fibris emanans, atque scaturiens, vt mirum non sit tã crudelem, ac durum in deuastanda Campania fuisse Vesuuium, cum è saxis ipsis incendio alimenta sufficiat. effluit verò è montis radicibus, atque in mare deuoluitur, in quo supernatat; ac nos illàc prætervecti iam antea odore tetro afflari solebamus. Neque hic prætermittendum est illud quod Aristoteles quoque scribit, tepida tempestate mare velut exudare oleo quodam ἀπὸ γὰρ τῶν ἀχῶν ἔλαιον ἀφαιρεῖται. oleum item subsidere salsis idem affirmat. τοῖς ἀπαστίφοις ἄθροισι τὸ ἔλαιον. Atque ad hoc bituminis genus è petris scaturiens facit illud Poëtæ cuiusdam.

Bitumen ignis nutrimentum.

Vesuuij bitumẽ quale.

Aristoteles.

Gratius apud Turnebum.

Vulcano condicta domus, quam subter cuncti
Stagna sedent venis, oleoq; madentia viuo.

alij oleum incendiarium vocant, quod etiam arte fiebat. Na-

Varia bituminis genera.

Naphtæus Plutarchus.
Naphtam Babylonij vocant, in quam etiam è longinquo positus ignis insilit; tantum verò virium habet semel accēsa, vt miraculo fuerit Alexandro in Ecbatanis, vbi terræ hiatus ignem perpetuo tāquā ex fonte subuehebat, & scaturigo eius bituminis non longè ab ipso hiatu stagnabat. Erat illi tanta cum igne cognatio, vt antequam contigeret flammam, interfusum aërem solo splendore circa flammā collucēte succēderet. Barbari vt vim eius, & indolem ostēderent Alexandro, iter, quod ad illius tentorium ducebat, eius Naphtæ guttis aspersere, tùm in extremo faculas admouere; intempesta nox erat, vbique tenebræ; cum accenso capite flamma puncto temporis reliquum corripuit, cōtinuòq; ad alterum percurrit terminum, ac demirante Rege totum iter subitò igne colluxit. aderat Athenophanes Atheniensis, cui Regij corporis inungendi cura erat; hic facultate à Rege accepta, vt in puero, cui Stephano nomē erat, eius bituminis periculum faceret, pollicitus à flamma non æstum emanaturum esse, sed lucem, cum puer ipse annueret, statim atq; inunctus est, admotaq; facula, tam ingens repentè se circumfudit corpori flamma, totumq; occupauit, vt Alexander ipse prorsus exhorruerit. accurrerunt statim cum aqua, imperiti certè naturæ bituminis, quod aqua magis exardescit; eaq; alitur; nam puer, & si tandem Naphta fuerit abstersa, tantum tamen accepit incommodi, vt malè deinceps semper habuerit; ita Stephanus, qui flamma illustrem facere coronam sui nominis se fosse putauit, penè sempiternæ nocti addictus interijt; Existimarunt verò, qui se sapientes profitebantur, hoc illud esse à Poëtis decantatum Medeæ medicamentum, siuè venenum, quo pellicis flammeum, & coronam inunxit, qua concipiente flammam, cum ad aram sacra perageret victimas immolatura, ipsa potius est victimæ more combusta. Instituta deinde inter Philosophos, qui cum Alexandro aderant, disputatio est de Naphtæ vi, naturaq;, cum dicerent, non his ipsis,

neq;

neq: vltrò emicuisse ignem, sed flammam appositam ab his tanta celeritate, vt omnē sensum falleret, collectam, & propagatam fuisse; ignis .n. radios, atq; fluxus, cū in reliqua corpora incidunt, lumen tantùm ijs, & calorē impertiri, at verò vbi siccus halitus, humorq; pinguis, & igni alendo sufficiens inest, illa tum collecta, ignisq; auida celerem materiæ mutationem afferre. In hanc quoq; venere sententiā, vt putarent, humorē eū quasi ignis alimentum effluere ex eiusmodi terra, cuius natura pinguis, ignisq; sit ferax; Babylonem esse admodum feruidam, vel eo argumento, ꝙ hordei grana in humum proiecta mouerentur, ac subsultarent, quasi terra prę feruore pulsum quemdā obtineat, ꝙ Harpalus in plantarū viribus dignoscendis eruditus hederæ experimento confirmabat, quæ cū frigida natura sit, in Babylonis solo innasci nō poterat. ita tùm Naphta Philosophorum exercuit, atq; accendit ingenia. Quid Persæ? quibus potissimum armis in capiendis vrbibus vti soliti? tela illi bitumine oblita, atq; ignita intra mœnia in hostiū tecta mittebant; cōcepta flāma repente omnia conflagrare, peruerti; antequā consererent manus, ac stringerēt gladiū, pascebāt oculos excidijs vrbium. sæuiebat, & multò acrius bitumen antequā ferrum; serpebat latè flāma, attonitis prorsus incolis, ac demirantibus ardere vrbem, absente hoste. Præterea bitumen liquidum traditur in Agragantino innatare, ꝙ oleum Siculum vocant. simile quoq; in Italia, in agro Mutinensi, ꝙ stillat è petris odore validissimo, colore rufo, aut candicante. In Germanico mari & rufum, & fuluum, & mellei coloris innatat; ita bituminis sæuitiem aliquando Natura tegere uoluit, ꝙ autem in Iudææ lacu supernatat, id uerò præstantissimum semper est habitum, ualidum odorē uibrans, ac purpuræ modo splendens, ut uidelicet esset igni elementorum principi quasi regius cibus. aliud in Apollinèo Epiri est, ꝙ πισσάσφαλτον uocant, quia picem redolet: deuoluitur hoc impetu fulminis ex Ceraunijs montibus,

Persarum animos in bello

Ammianus.

qui fulminibus feriuntur, & in littore cogitur in glebas; ita enim sibi quidam persuadent, ea loca, quæ fulminum crebros patiuntur ictus, maximè abundare bitumine, quapropter de fulmine ipso interpretantur illud Maronianum

Ecloga 8. . . . . . . *incende bitumine lauros,*

Seruius. hoc est igne diuino, fulmen autem, & sulphuris uirus olet, & non nihil cōtinere uidetur bituminis; ac Vesuuius quidē

Volaterranus nullis alterius Diris, & execrationibus, sed suopte furore inflāmatus, lauros verè bitumine incendit suo. Cęsium .n. Bassum Philosophum, eundēq; Poëtā laureatum, & Persei Satyrici Poëtæ Magistrum, olim dicitur incendisse. Iam &

Malthę uis illud bituminis genus, quod Babylonij Maltham vocant, quā rapax? quā tenax ignium? flagrantem præsefert limum, in Comagenes Vrbe Samosatis, stagnū eo bitumine abundat, quicquid attigerit, adurit; tactum mirum in modum sæuit, insequiturq; fugientes hostiliter, sic defendere olim muros oppugnante Lucullo, flagrabatq; miles armis suis,

Plinius. obstupefactus prodigio. ac Vesuuij quidem bitumen quāto cum impetu vidimus excurrere in oppidanos, qui à flāma fugiebant? insequebatur more hostium, atq; immaniter opprimebat. aquis ipsis accenditur Maltha, quemadmodum & bitumen hoc nostrum. hostem ipsum non timet, à quo ceteri ignes opprimi solent. iniecta terra sæuire desinit;

Succinum. quasi cōmunē vereatur parentem. Adde Succinū, nō dico arboris sudorem, sed ignis alimentum, quod è saxis in Germanicum mare influere, atq; ibi duritiem contrahere narrant; effunditur etiam in quædam maris littora, atq; à fluctibus quasi è naufragio eijcitur, accumulatur Oceani accessu, arenaq; obruitur: accessit antea neglecto pretium

Ambra. in terris ei, ꝙ expuitur à mari. At Arabes Ambram vocāt, ꝙ ex liquido bitumine coloris è cinereo candidi concretū

Camphora. est; huic verò cognata videtur Caphura, siue Camphora, quandoquidem & odor, & color candidi bituminis sobolē

esse

esse testatur. hæc amicissima ignis vel in aduersis, quippe sub aquis ardet, tùm maximè gignitur, cũ terræmotus fuit crebri, & cum inter pericula nascatur, & quo maximè tempore trepitant corda mortalium, tũ cardiacis prodesse dicitur, si merum hauserint, in quo hic lapis inflãmatus antea sit extinctus; statim .n. reuiuiscit intermortuus ægri vigor, arteriæq; motus iterum excitantur, ac micant; Est & illud bituminis genus acerrimum, ꝙ Ampelitis dicitur terra, inde sortita nomen, ꝙ olim vsui esset enecandis, & abigẽdis bestiolis, quę teneras vitium gẽmas infestant; Ad Ampelitin verò pertinent fossiles carbones, qui eruuntur ad ignem alendum. Porrò præcipuum bitumini decus affert Gagates, qui accensus ardet, odoremq; latè fundit, & quò citius accẽditur, eò pfectior, quẽ si aqua asperseris, acrius, ac luculentius, exardescet; sin aũt infuderis oleum (mira res, & in arcanis Naturæ posita) protinus extinguetur; in colle quodam, qui Villa dicitur Magna, incolæ hoc lapide pabulum sufficiunt igni. eo in loco, vti antea me dixisse memini, cũ ignem casu aliquando pastores accendissent, statim Gagates exarsit, deriuatoq; fluuio, qui haud procul excurrit, magis, magisq; flagrabat, ꝙ in imbre item accidit. vtuntur eo in Germania carbonum vice ad fundenda metalla. immo verò ex Gagate oleum quidam per ignẽ extrahere soliti, ægris vtilissimũ. ꝙ autem eum lapidẽ Nicander indomitum vocet, id periti sic interpretantur, vel ꝙ intra terram, vbi semel ignem conceperit, perpetuò ardeat, vel ꝙ Magi negarent eo peruri, cui res successura esset ex voto, adeo hoc genus hominũ ignem ipsum elementorũ purissimũ præstigijs maculat, cũ sint ipsi multò acriore digni. Iam ad Gagatem pertinere videtur, vti rerum periti docent, lapis, quẽ Obsidianum vocant, huiuspre quodam Obsidio, à quo ptimùm sit inuentus; non ab obsidendo, ꝙ plurimũ egit bitumen hoc nostrum obsessis agris, atq; oppidis, immo verò vastatis hostiliter, atq; deletis. Samothraciαi

Ampelitis. Carbones fossiles. Gagates. Obsidianus lapis.

quoq; gēma nigricans, leuis, ac lucida expolitus Gagates censetur, cui cognatus lapis est, quem Thracium vocant, hic inspersa aqua mirum in modū efferuescit; contra oleo iniecto, vt de Gagate diximus, hebetatur emoriente flāma; cū aūt exardescit odoris tam acris est, vt serpentes deterriti fugiant. At verò Aromatites dicitur gemma, quæ ab odoris præstantia nomē accepit; largita .n. Natura est igni pastum, non modò ad pretium, ac decus eximium, hoc est gemmas ipsas, sed ēt ad delicias iucundum, vt cū flagraret, vnà fragraret is lapis in Arabia gignitur, eratq; olim Ægypti Reginis in primis exoptatus. Bituminosus quoq; lapis est Anthrites, qui cū vritur, myrrhā redolet. huic Myrrhites ipse simillimus est bituminoso suffitu; quo myrrhæ nomine haud scio, an vllum accomodatius esse posset Vesuuiano bitumini, ꝙ nos luctu affecit amarissimo. sed illi honor est gēmæ. habent .n. amara ipsa decus suum & pretium, & cedunt quandoque in delicias igni, elemento auidissimo, ac nobilissimo.

Thracius lapis. Aromatites. Anthrites. Myrrhites

Ac ne longius singula bituminis genera persequar, certè admirari licet vniuersè vires ei à Natura tributas. nā cū serpentes nidore fuget accensū, tamen, cū torrentis instar nuper excurreret, obliquo tractu Anguis more serpebat, vt in Aetnęis quoq; incendijs circumuolui dicitur, imò verò, vt nonnulli putant, hoc tēpore vnà cū Dracone fluuio proserpsit ad Cāpaniam deuastandam. Ad suffusiones oculorum bitumen à Physicis adhibetur, quos tñ oculos nuper lacrymis ita suffudit, vt pœnè consūpserit. Babylonis quidem muri, vt inexpugnabiles essent, illiti sunt, ac ferruminati bitumine; contrà nunc impetū facto bituminosi torrētis euersa non modò mœnia, ædes, ac turres, sed oppida integra. supernatat aquis bitumē liquidū, nec demergitur, sed idem cum impetū excurrēs, quicquid occurrit deuoluit in mare, atq; demersit. Emendare item dicitur bitumen cū vino potum ægrorum anhelitus, quos tñ nunc maximè pauor,

Bituminis vires. Plinius. Dioscorides. Baccius. M. Sanaug.

uor, ac mœror in nobis excitauit, non sine magna vitium iactura; quid multa? eo glutinari aiunt neruos, atq; ipsa vulnera colligari; at verò nunquam antea hæc regio est quasi conscissa vulneribus, quæ curari non queant, vt hoc tẽpore saucia iacet. Atq; Aegyptij quidem suorum cadauera incorrupta seruabant, non alia re magis, quã bitumine, quod illis pro balsamo fuit; hoc igitur more nos Campaniæ cadauer, bitumine oblitum, adhuc flemus sepultum. Iam Arabes, ac Sabæi cum nimio telluris odore, qui à floribus, atque arboribus effluit, se grauari sentiunt, bituminis suffitu fragrantiæ vim temperare dicuntur. quid igitur de Cãpania dicam? quæ tanquã amœnissimus hortus, vndiq; fragabat; idcirconè quasi suffitum quendam bituminis, atq; sulphuris fuisse factum, vt odoratissimæ regioni moderatio quædam adhiberetur? Sed de bitumine illud sit extremum, quod Germani narrant; non absimile huic olei generi, quod è Vesuuij radicibus manat, quo tot agri, tot oppida sunt exusta, ex montibus quibusdam effluere, qui noctu sæpissimè videãtur quasi sagittas quasdam ignescẽtis coloris cœruleo misti ex imis visceribus emittere, atq; in subiecta loca intẽtas eiaculari, demum in proximum mare proijcere; cui spectaculo certè similia nuper vidimus in Vesuuio, quo tẽpore, exarsit, tanquã ignea spicula, ac potius fulmina, ita est eiaculatus in mare, vt hoc ipsum exusserit, & exhauserit.

Quamquã illa bituminis laus cetera omnia vel emolumenta superat, vel detrimenta diluit; quòd ita pinguedine terram alat, vt hæc alumna mortalium dici verè possit. desudare saxa dicuntur, vnde illud effluit, quasi laboriosa inprouidẽdo Natura, ne intestinus ignis, non minus ad multarum rerum molitionẽ, quã ad montium demolitionem accommodatus, alimento careat suo. nẽpè non ille macie squalet ager, qui bitumine affluit. hinc generositas vino, vnde nobis est metus. quid querimur de strage facta siue hominum, siue brutorũ? an non illud nauigiũ, quod olim vtrũq; *Bituminis laus.*

genus, ne omnino periret, excepit, oblitum fuisse, Deo iubente, legimus bitumine? demersi nuper sint agri, non sine dispendio torrente bituminis, at eius ope aliquando factũ, ne orbis terræ compendiũ demergeretur. Iã quantarũ virium illud est, quod à dãnis ipsis vires ducit? quod imbribus, quod marinis fluctibus, vt Chimera, cæteraque multa loca, atque hic ipse Vesuuius testatur, nõ modò non obruitur, ac perit, sed adolescit, incenditur? quantæ porrò æstimationis est, quod, vti diximus, interdum concrescit in gemmam, & cui tellus pro alimento sibi suffecto, hoc maximè rependit pretium, vt sit pretiosũ? quantæ deniq; nobilitatis putamus illud, quod principi elementorum adeo est amicum, vt in ipsum vndecũq; visum protinus insiliat? sed quantum bitumini debeamus, tùm certius constabit, cũ de fine agam, quẽ Natura prouida consultrix, & nutrix Vniuersitatis in incendijs, & in cinere diffundendo spectat.

Vtrũ validius in incendijs bitumen, an sulphur.

Nunc bituminis, ac sulphuris vires inter se conferendæ sunt, ut intelligi possit, utrũ ualidius sit in incendijs excitãdis. est hac de re inter uiros doctos non parua dissensio; multi .n. pro sulphure pugnant, pro bitumine non pauci; ego quæ ab harũ rerum peritis accepi, in medium proferã. Est quidẽ utriq; cõmune, ut oleosũ quiddã habeãt, & pingue, vt insit aër, & ignis, quapropter facilè accenduntur; sũt tñ, qui sulphuri primas tribuũt, quod vel minima scintilla exardescat in flãmas, secundas vero bitumini; & sanè ferè calidi fontes plures occurrunt sulphurati, quã bituminosi: adde manifestos ipsos ignes ità multis in locis prorũpere, vt maxima horum pars ingenti flãmarum vi sulphur potius euomat, atq; eius virus naribus offundat, pauciora verò loca bituminis materiam eructare videantur; certè apud nos in Vulcani foro, & Leucogæis collibus sulphur maximè ardet, ac Physici quidem vel ex eo sulphuris vim colligunt, quod lapides ipsi, si quis illos sulphure illeuerit, statim flãmã edãt, tã prõptũ est ad incendium, tam amicum, atq; cognatum

Fallopius. Baccius. Fazzella.

Balenus.

igni;

igni;contrà verò,qui primas bitumini tribuunt,constituunt antè oculos mira illa spectacula Nymphęi crateris,Hephęstiorum montium,& Chimærę,vim quoq; Samosateni limi flagrantis,quē Malthā vocant; & Thracij lapidis,ac cętera propè dicā prodigia;quibus ignibus infusa aqua tātū abest, vt obsit,vt eos ēt magis inflāmet;oleo potius nonnūquā extinguūtur,ac fęno:at uerò sulphur aquæ cedit,qua iniecta uigor ille flāmæ,qui accerrimè exardescebat,hebetatur,ac languet:Mihi certè in hac sententiarum uarietate dicendū uidetur,in Vesuuio mistam ex utroq; materiam ignescere. Nam & sulphuris odor sæpè nos perculit,& liquidi bituminis,cuius è saxis effluit magna uis,quæ uiciniam totam sæpissimè nauseabūdam odore ingrato cōpleuit:ex ipso porrò Vesuuij cratere uidimus & flāmas erumpere, & maximā uim aquarum,cū mare ipsum exorbuisset,euomi;quæ societas in incendio ignis, & aquæ propria bituminis est, vti diximus,ut ad Campaniæ uastitatem, atq; exitium elementa impetu ualidissima coniurarent; quamquā quia igneæ illæ scaturigines,atq; torrentes flagrantis cineris, qui cum infinita materia primò eruperunt, bitumine immisti erant, q̄ solū ipsum quasi ferruminatum,atq; adstrictum satis apertè ostendit, iccircò tanta uastitas agrorum, atq; oppidorū bitumini maximè tribuenda est, præsertim quia pinguedine sua præstat igni diuturniorem fomitem, & quia cum aquis ipsis fœderatum nihil ferè habet,q̄ sibi obsistat,Quamobrē qui artificiosos effingunt ignes, ut in aquis ardeant, bitumen admiscent.

Georg. Agric. Libanius. Io. Langius.

Sed unde nam,& ex qua matrice noua deinde progenies sulphuris, ac bituminis existit,quæ iterum, atq; iterum alat incendia?de hoc sanè ita quæritur,ut de cęterarum rerū ortu,atq; sobole;nimirum prouida satis Natura est,ac materiā mira quadā ratione propagat. Hinc ille perpetuus rerū orbis, & perennis in elementis quaternarum virium cōpensatio,certis quibusdā terminis vices suas dispensantium; quē admo-

Vnde perpetua propago materiæ ad incendium promptæ.

Baccius.

admodum .n. anni circulus quaternis distinguitur vicibus, alijs partibus post alias succedentibus, & per eosdem ambitus vsq; recurrente tẽpore; pari modo & elementa vicissim sibi succedentia mutantur, &, ꝙ incredibile videri possit, dũ mori videntur, perennãt; remetiuntur idem stadium, & sursum, atq; deorsum per eandẽ cursitant viam. hæc .n. velut

Plato. Philo. M. T. de nat. Deor.

accliuis incipit à terra, quæ liquescens in aquam mutatur, aquæ porrò vapor in aërem, hic in ignẽ extenuatur; at decliuis altera via deorsum tendit à capite, igne per interitũ subsidente in aërem, hoc verò se densante in aquam, huius liquore crassescente in terram; sic naturis his, ex quibus corpora constant omnia, sursum, deorsum, vltro, citroq; commeantibus, Mundi partium coniunctio continetur, & quadã reciproca vicissitudine cuiusq; dãna resarciũtur. Expirat aũt ex immensis illis, profundisq; uoraginibus caloris ui continenter fuligo quædã, quæ fomitẽ uegetat. propagatur igitur bitumen, ac sulphur per singularũ partium incrementum, vt cetera genera fossilium, nouum subinde alimentũ sufficiente Natura; præbet uerò & alteram huius propagationis

Iustinus. Cardanus. Fazzella.

caussam circumfluum, vel proximum mare. aperit hoc, vti diximus, dilatatque vias; nam ubi vis ignis potestatem expirandi, atq; expatiandi non habet, extinguitur. sufficit item mare pinguem sui partem radicibus primis; deniq; cõpingit penitus in cauernas flatus, qui excitent in præiacentem fomitem flãmas, ꝙ maximè in Vesuuio fieri putandum est. Atq; hinc intelligi põt, qua ratione verum esse possit illud, ꝙ Sapientes docent, respondere sibi hæc inuicẽ loca, quæ conflagrant, Aeoliarum Insularum, Aetnæ, Aenariæ, Cumarum, atq; Vesuuij. mirabitur .n. fortasse quispiã, cur, cũ tantum materiæ sit hinc egestum, nullũ ferè illìc decrementum ignis sit animaduersum. sed nimirum non est in prouidendo parca Natura; neq; ita vni fomitem subministrat, vt illum subtrahat alteri; habent Aetna, ceteraq; loca flagrantia satis alimenti, perenni quadã propagatione materiæ, præsertim,

Iulius Obs. Georg. Agric.

vt

vt dictum est; vicino mari; atq; in sociali quidem bello Vulcaniæ insulæ, tanquã societate inita, vnà omnes conflagrarunt; tantumq; abest, vt vna reliquis fomitem surripuerit, vt potius communione flammæ conspirasse ad incendium viderentur. Iam & Aenariam sub Tito conflagrasse legimus; *Iasolinus.* & Thespesius ille dicitur à Sibylla simul audiuisse *vaticinium* *Plutarchus.* *de monte Vesuuio, & Dicæarcheæ conflagratione*, Aetna vero *Fazzella.* anno antequã Puteolanus ager vltimò conflagraret, exarsit. quid verò nuper? nonne apud Strongylen aliquid incrementi ignem accepisse aiunt? ac non multis ante mensibus, cum hæc scriberẽ, oppidum, quod est apud Aetnam, cũ vicinia repente contremuisse dicitur, arx à fundamentis euersa, librati tanquã è funda, sic ex imo lapides, nõ sine ædium, & incolarum strage. Locorum igitur ardẽtiũ inter se affinitas, quã à Sapiẽtibus accepimus, teneatur; ita singulis largiter prouidente Natura, vt, cum vno in loco eruptionẽ illam igniũ *Pindarus.* efficit, locum alterum non exhauriat; sed cùm suum cuique *Georg. Agric.* fomitem, tùm è communi illo prõptuario materiã incendij *Baccius.* affatim subministret; atq; eam magna ex parte antea cumulatã intra specus, ac diuturno tẽpore collectã fuisse vero simillimum est, quẽadmodum de humano corpore medicinæ *Hippocrates.* dixit antistes; morbos paullatim cõparari, demũ aceruatim subitò apparere. quòd autẽ modò sopitæ quiescant flãmæ, modò conflagrent; nec eadẽ vbiq; vi sęuiant, vario earum caussarum concursui, & consensioni tribuendum; præcipuè verò materiæ non semper eodẽ tenore dispositæ. facit verò id ingenium loci, quia nimirum is à promordio eam tẽperationem sortitus est, alter non item, siue id oriatur ex densis obicibus, vt peruadere Solis vis nõ ita facilè possit, siue potius ex halituũ inopia, quia sulphuris, ac bituminis nõ vbiq; eadem soboles, sed alibi sincera est, calori concipiendo satis accommoda, alibi verò perexigui fomitis, aut vi frigoris torpens; nã, vt cetera omittam loca, prope maris castrũ, siue Stabias apud Aequam (Vicum vulgò vocãt) oram amœnissimam

simam sulphureæ aquæ scaturiunt, nulla tñ vestigia sunt incendij,neq; .n. tam exuberantem fomitem,prõptamq; materiã semper nanciscitur expiratio, vt tantus ille concitetur in Natura tumultus,cuius argumẽta vel maxima sunt terræ tremor,fragor ingens,flamma vibrans,scaturigines ignium, immanis lapidatio, cinis infinitus. quãobrem illud firmum, fixumq; sit, materiã propriã, qua sub terris conflagrationes fiant,qua ignis alatur,& adolescat, esse bitumen, & sulphur.

Cũ verò in hoc incendio etiam fragor ingens sit factus,& audita immania tonitrua, & quasi tormentum bellicorum ictus,qui longè, latequè horribili tumultu personuerunt, ac metu maximo,vel classis hostilis,vel potius Mundi ruentis, Italiã perculerunt, rectè Sapientes viri nonnulli docent, id sine nitro,aut sale Ammoniaco, quarum rerum cõpia facilè intra Vesuuium gigni potuit, resorpto præsertim mari, fieri vix potuisse; quamobrem cum fulmineo cognatus hic ignis fuerit,qui etiã sulphureus, ac nitrosus est,licet eadẽ ratione in vtroq; philosophari. est autẽ nitrum,vt periti docẽt, haud multum à salis natura distans,nàm & decoctione,& insolatione nitrosarum aquarũ perinde conficitur, ac sal è salsis; atq; in Macedonia certè calastrico nitro salis vtuntur vice.eius igitur vsus in bellicis tormentis frequens, quibus vana iàm est reddita maiestas ipsa, siue potius superstitio tonantis Iouis. ludi sunt Salmonei fulmina,& Claudij tonitrus.quippe horribili huius pulueris impetu, ac fragore dedidicit Titanicus huius seculi furor, non inuicta solum Vrbium propugnacula demoliri,sed omnia repagula quantũuis munitissima,ac durissima quæq;, siue artis, siue naturæ claustra perfringere.iã montes sibi ipsis timẽt,ne subruantur. Nouũ,ac prodigiosũ balistæ genus in oblongum tubum, & æqualiter teretem ex ære fusili turbinatur,atq; effingitur in cylindrum;nec indiget neruis,quibus intendatur,vt vires accipiat,sed incognita priscis Mathematicorum ingenijs ratione, ad applicitos à tergo per foramen igniculos, cum incremento multipli-

Cardanus. Vannuccius

Fragor incendij ex nitro,& sale Ammon.

Tormenti bellici descriptio.

triplici rapiendos, certa primū attemperatione nitri, sulphuris, ac saligni carbonis, quæ in puluerē tenuantur, insertos deinde in os illud īmane globos ferreos, catenasuè fulminis instar flāmis eluctantibus cū horrendo fragore, ac tonitruo spicula contorquentur. quò etiā illa noua monstra, atq; inuenta fatalis artis pertinent, mortaria, quæ improuisò mortē accersant, falcones, qui celerrimo lapsu prædentur vrbes, & quas colubrinas vocāt, siue quòd edant sibila, dū globos extrudunt, siue quòd perniciosū illud virus effundant. Deniq; ne persequar dicendo cetera igniaria; puerilia iam illa Romanorum tormenta vidētur, Phalarica, q̄ telū missile fuit hastili oblongo, ac cetera tereti; præter quā ad extremū, vnde ferrum extabat stupa circumligatum, atq; illitum pice, q̄ cum aliqua ex parte accensum mitteretur, conceptum ab ipso motu maiorē ignē ferebat, verū quantò hoc monstrum immanius, q̄ cum igne fragorem quoq; habet horrendum? obsoleuerunt quoq; iā Balistæ, Onagri, Ericij, Tellenones, Vineæ, Helepoles, Ambulatoriæ turres minus feriunt Scorpiones, Arietes debilitati cornibus incursare non audent, deniq; vt reliqua tormenta prætereā, tardiores sunt ad excidium Testudines. adeo bellicum hoc tormētū postea excogitatum, sulphure, carbone, nitroq; armatū peruincit omnia, vel fragore, vel vulnere. Efflorescit autē è terra nitrū, ac bullas attollit, est quippe in eo tenuis quædā pars, quæ dum ardet, cogit terrenas dissipari partes, ideoq; subsidet sal, & halinitrum in igne positum, ac magno impetu crepitat, quāobrem in salsuginosis plerumq; nascitur locis; ac vetera potissimum ædificia, & parietinę huiusmodi salsuginē expuunt. in tumulis ēt quandoq; gignitur, nec certè aptiores sortiri debuit cunas id, cuius opera tot cędes, stragesq; mortalium, tot excidia oppidorū, atq; Vrbium fiunt; nec verò tā ardet nitrum ipsum, q̄ diffunditur repentè in vehementem spiritū intumescens; conflagrat igitur propter fomitē, arripiēte ignē sulphure, igne in nitro excitante flatū, hoc vrgente, atq; la-

Vegetius. Ammianus.

Nitri natura, & vis.

Cardanus.

xante incendiũ, ex vi fit impetus, crepitus, fragor; cõstrictus .n. ignis, ac loci obsessus angustijs, dum spatia quæritat, negato exitu, vim omnẽ conuertit in ipsum tormenti globum, quẽ tanto cum impetu proturbat, vt fulminis more ruat, ac tonet. Ergo cũ in hoc incẽdio Vesuuij horribilis sit per Italiã auditus fragor, simillimus ei, quem tormenta huiusmodi bellica excitant, rectè dixerim philosophari eos, qui præter bitumen, ac sulphur, nitrũ addunt cũ Ammoniaco sale; harum quippe rerum fomitẽ plurimum sufficere Vesuuius potuit, concepta præsertim ex resorpto mari salsugine. Atq; ex hac salis, nitriq; societate cũ igni factum nonnulli viri docti putant, vt ille ignitæ materiæ torrens non rectà ferretur, sed obliquè serperet, distracto videlicet igni nitrosi spiritus violentia; q̃ ẽt fit in fulmine. Aetnęus quoq; ignis dicitur obliquo cursu deuolui, atq; vel Anguis more proserpere, vel instar Lunæ curuatis cornibus ferri; nos certè vno, eodẽq; tẽpore vidimus, & ignẽ obliquè serpentẽ, & vt quidã putant, Draconem ipsum fluuium. ita verò ignis excurrens, præter illum Anguis tractũ, curuabatur in Lunę speciem, ut Mathematicis fidẽ quodãmodo facere videretur, qui ad Lunę defectum hoc incendiũ referebant, quo in incendio & is, qui Herculano præerat, Antonius cognomẽto de Luna defecit.

Cur hic ignis obliquè ferretur.

Fazzella.

Neq; verò mirũ videri debet, q̃ intra se Vesuuius eiusmodi ferè materiã contineret, quæ fit arte in extrudendis pilis è machina. narrant .n. apud Barbaros in Peruana regione, materiã sulphureã, atq; nitrosã è terra tanquã ex officina depromi, cuius pulueris vsus sit, sine vlla ꝓrsus artis industria, in tormentis bellicis; ne videlicet ars videretur hanc laudẽ præripuisse Naturæ; si laude dignum est, q̃ militaris virtutis infregit gloriã. Atq. harũ quidem rerum periti existimant, nõ ex alia materia nisi huic simillima extitisse olim illa, quæ dicebam, Claudiana tonitrua, & Salmonei fulmina,

Bacci.

Dum flammas Iouis, & tonitrus imitatur Olympi.

Virg.

curruum .n. rotas æreis canthis obmunitas super pontem æneum

æneum agitabat, quo artificio tonitrus imitabatur, & ex sulphurea materia faces in homines iaculabatur, quo fulmina exprimebat. quamquã & alij simili ratione Βροντεῖον excogitasse dicuntur. sed illud memorandum in primis, ꝙ quidam Mathematicis disciplinis instructus Arthemesius nomine, aliquando molitus legitur; hic vt Zenonẽ inimicum, in quẽ immani odio exardescebat, exturbaret è domo, ac patrijs foris, clã cuniculis sub terra extructis, ac dispositis per certa loca tubulis, mira quadã arte ędes illius terræmotu vibratas subitò concutiebat; tũ sulphurea, nitrosaq; materia fulguritos quosdã radios in illũ more fulminum distringebat. obstupefactus Zeno, vnà cum familia, immani prodigio, diuinũ Numen sibi iratum putabat; mirabatur quì fieret, vt cum in reliqua vrbe omnia pacata, & quieta essent, vna ipsius videretur domus euerti, atq; in summa Cęli clementia tãta vnũ in locũ procella sæuiret. itaq; Furias ipsas contra se, suosq; concitatas ratus, confestim vnà cũ domesticis fuga se proripit. demũ artificio cõperto, ita inimicũ est admiratus, vt ipsius ore ἐνοσίχθων, καὶ τερπικέραυνος dictus sit, Neptuni, Iouisq;, illius terræ quassatoris, huius fulguratoris epithetis. Iã tum igitur olim ars tormentis, ac machinis nostris bellicis præludebat. Quæ cũ ita sint, fateri oportet, in incendijs subterraneis concipiendis sulphur, in alendis bitumen vim habere maximam. Ammoniaco verò sale, nitroq; in primis distrahente ignem, ac discerpente aẽrẽ, fragorẽ illum horribilem excitari.

Terræmotus, & fulgurationes arte factæ.

Eustathi us Agathius.

Ceterũ pͤter bitumen, ac sulphur haud facilè quicquã inueneris, ꝙ subterraneum ignem alere affatim possit. nã qui potius halitum calidum, atq; siccum, qui expirat è terra, solũ pastum constituunt, non video qua ratione inexplebilẽ ignis ingluuiem, quẽ ea de caussa appellarũt Veteres belluam, tã tenui cibo exsaturare possint. Nec eorum sententiam sequi libet, qui putant Terrã ipsam in nutrimentũ ignis cedere, ea ratione, ꝙ in solido corpore possit ignis diuturnius immorari.

Halitus nõ est sufficiens pastus ignis. **Septalij opinio improbatur.**

Herodotus. **Alumen nõ est nutrimẽtũ ignis subterranei.**

Vitruuij opinio improbatur.

Vide Rodericũ

ri.sed quis cõmuni parenti nõ metueret exitium breui consecuturum? nã ꝙ aiũt,in quibusdã Belgicæ Galliæ locis genus quoddã inueniri glebæ,ad ignem concipiẽdum prõptę, qua incolæ,qui lignis destituuntur, vtantur,id prouidæ Naturæ beneficio illis accidit,ceteris omnibus non item. quãquam illud ipsum genus glebæ,de quo loquuntur, nonnihil habet bituminis,ꝙ cum vritur, odore declarat. iam tantum abest, vt terra sit ignis subterranei fomes, vt potius alicubi caussa sit,cur intereat.nã inComagenes vrbe Samosatis stagnum esse dicitur emittens flagrantẽ limum, cuius ignis tã hostiliter sæuit, vt fugientes insequatur hostiliter; atqui si terram in illum inieceris, non modò emoritur,sed eo quasi puluere de more iniecto tumulatur.Neq; illi reprehensione vacant,qui Alumen inter præcipua huius ignis nutrimenta reponunt. quippe ignis alimentum, aut oleosum esse oportet,ac pingue,aut siccum,tenue,laxum,aëreum,quarũ facultatum vix vllã reperias in alumine,nisi forte aliquid sulphuris sit admistum. expertus est id Archelaus aliquando præfectus militum sub Mithridate,qui turrim ligneam in Pyreo Athenarum obliuerat alumine, quam Syllæ exercitus nulla ratione incendere potuit, frustra ignibus admotis. Nec minus errasse putant harum rerum periti eum,qui Aetnam lõgo carmine descripsit, cum dixit, molarem lapidem esse incendij fomitem.

Plinius.

Raynerus. Baccius.

Auctor libri de Aetna.

. . . . . quibus custodia flammæ
Vera, tenaxq; data est; sed maxima quippe molaris
Illius incendi lapides. sic vindicat Aetnam.

Molaris lapis non est alimentum ignis.

atqui molaris lapis exucto humore,in arenam soluitur.quãquã non inficior,cum iam vires sumpsit incendiũ, quicquid occurrerit,auidè depasci;nam ẽt in caminis crudos ipsos lapides ignis torret,ac metallum contumacissimum ferrũ eliquat;quę tamen propriè ignis nutrimenta non sunt.ꝙ miramur igitur,illi sub terris,vbi immaniter auctus exarsit,quodãmodo in pabulum cedere durissima saxa, immo vero mon-

tes

tes ipsos? Vidimus Vesuuij viscera, quasi ferrea quadã duritie cõpacta, tñ exuri, atq; in puluerẽ, cineremq; dilabi. Fuit aũt non vna, atq; eadẽ natura, color, & sapor cineris, vt initio dixi; alibi .n. nigricans, hic pallidus, ibi cõmistus. in primis verò eius lapidis, quẽ Talch vocãt, magna vis est exposita, cuius laminulę tãquã specula quædã pellucida nitebãt; quibus videlicet in speculis imaginem intueri possemus deuastatæ, atq; deletæ Cãpaniæ. Talch igitur Mauri vocant lapidem ex tenuissimis bracteolis velut argenti, quamobrem nounulli scissilem dixerunt. eius glebæ ponderosæ, nec tñ igne funduntur. quãquam Chimicæ artis professores industria soluere se posse dicunt in liquorẽ olei, spe quadã ducti, fore, vt argento auri splendorẽ concilient. sunt qui putant, hunc illum esse lapidem, qui à veteribus Argyrodamas est dictus, tãquam argentum indomitum, ꝙ in igne perseueret inuictus. eius micæ stellarũ modo micant, vnde barbarum nomen deductum videtur, quippe apud Arabes Talch stellã significat, ꝙ tñ stellæ genus è terra multò verius, q̃ quodlibet è cœlo astrum esse creditur, fatale Cãpaniæ fuit, atq; ijs terris, in quas se cũ infinito cinere, saxis, ac reliqua materia effudit. in Lupiensi maximẽ vrbe, cũ caliginosum esset nube teterrima Cælum, tellus tñ huiusmodi stellis, vnà cũ cinere micabat; vt videri posset sepultum quodãmodo humi Cœlũ. Fuit aũt hoc genus cineris letalę pecori, atq; armentis, nàm & quia virulentus, & quia huius lapidis laminulę infixę ventriculo, atque faucibus hærebant, magna strages est facta, cũ in herbis, & fontibus cinis hauriretur, pastu, potuuè. præterea magna vis ẽt lapidis Pyritæ, quẽ Marchesitã vulgò vocant, è Vesuuio erupit, non vna specie, sed intermicãtibus velut auri, aut argenti micis. Nec minor vis electa lapidis plũbo similis, ꝙ στίμμι Græci vocãt, Latini Stibium, vulgus Antimonium, quod Plinius dixit lapidem spumæ candidæ, nitentisq; , quo Chimici conficiunt oleum illud rubicũdũ, ꝙ prædicant eximiè accõmodatum ad auri, argentiq; fucũ.

Reliqua materia electa ex Vesuuio.

Talch quid sit.

Cesalpinus.

Pyrites quid sit.

Fallopius.
Cesalpinus.
Georg. Agric.

Stimmi quid sit.

Plinius.
Dioscorides.

co-

eodē, inter ceteros vſus, Medici ſanari teſtantur tremorem cordis. .ſ. hoc maximè tēpore id remedij erat opus in tāto, vel telluris motu,vel terrore mortalium. illiniri quoq; ſolēt hoc puluere oculi ad ornatum, quos tñ oculos eiuſdē pulueris, atque lapidis cum igne effuſa tempeſtas fœdauit lacrymis. Erupit etiam magna vis pumicum, quos ignis exederat. ceterùm & arena ipſa limo, bitumineque confuſa,& lapides maximè ferè immanis fuere ponderis, ac tāquā quædam ferri maſſa;cinis ipſe tā grauis, vt non multum abeſſet à plumbi ſcobe.

An Veſuuius cōtineat perfecta metalla.

Iam ex aſpectu lapidum quorundam ſpes erat oſtentata multis,Veſuuium metallis abūdare, habere venas in primis auri. oſtendebant pyropum inter cineres inuentum. qui tñ, vti reor, cuipiā ex profugis intercidere facilè potuit; aut ēt in hoc crudelis Veſuuius, qui vnū & paruum obtulit pyropum,tot vero pyras,quot arua,quot pagos,quot oppida incendit.ego verò peritioribus aſſentior,qui metalla hæc imperfecta eſſe dicunt. diligenter .n. conſideranda eſt, & cognoſcenda natura locorum, quæ metalla gignunt, ꝙ vt deprehendi poſſit,non paucis opus eſt coniecturis. Ac primò quidē certas quaſdā ꝓuincias Natura ditare voluit ſuis opibus. Montes ipſi, quò propter altitudinem ad eruendū difficiliores,eò ad largiendum liberaliores plerūq; ſunt;in primis eorum cacumina,quæ ad meridiē tendunt radicibus ad Boreā ſpectantibus,argumentum metalli prębere dicuntur; eæ quoq; fodinę feraciores, quæ recta ex Oriente in Occidentē ꝑcurrūt; cum tñ mortalium auiditas nunquā ſpectet Occaſum. at qui montes in calidis regionibus eminent, hi gēmis potius abundant,ꝙ in meridie humor magis attenuetur. Porrò ſterili gleba montes metallici, plerūq; ſunt, tum quia humore intus abſumpto plantæ progigni nequeunt, tū quia expirationes ex huiuſmodi terra virulentę,ac pernicioſæ herbas,& quidquid eſt viride necant.quis igitur metalliferum putet eſſe Veſuuium,cuius agri tā vberes, tā fertiles ſunt.

Quæ terra gignēdis metallis aptas, & eius ſigna

Cardanus. Georg. Agric.

sunt. siquidem aurum fœcunda mali materies infœcundo gaudet solo. itaq; aurũ nec fruges amant, nec homines frugi. quãquam id in Natura perpetuum esse alij negant; nã in vltima Aethiopia montes esse ferunt, quibus effossis, nocte sublustri detectum scintillet aurũ. quòd si auro infœcundũ solum tribuimus, multò magis id de gẽmis dicẽdũ; quippe q̃ purissimo succo, liquidissimoq; concrescunt, ꝙ splendor ipse testatur. succus .n. ille posteaquam à calore digestus, frigore est cõstipatus, exsiccatusq;, euadit in gẽmã. neq; .n. Empedocli habenda fides videtur, qui ad calorẽ tantum id refert; cum vt plurimùm hæ aut frigore conseruẽtur, vt de adamãte constat, aut in gelidis antris, ac specubus innascantur. Ad hæc addunt, colore ipso montium, atq; lapidum argui metalli genus, ꝙ subsit; viridem .n. reddi ab ære, nigrum ab argento, auroq;, purpureũ à pyrite, liuidum à plũbo, atq; ferro, luridum à chalcantho, & eiusmodi succis, cinereum, ac subobscurum à sulphure. Indagant etiam & odore metalla; duos enim eiusdem montis simul atterunt lapides, qui, si metallum monti subsit, sulphuris nõ parum olent. Ad hæc terra grauior, q̃ ratio postulet, metallicæ materiæ argumẽtum est non leue; Ac lapides ipsi quãdoq; vel soliditate, vel splendore se produnt, sed ignis optimus est, vbi ea reliquaueris, & index, & iudex. Præterea confluentes aquæ nõ nullã eius rei afferunt coniecturã, nã si colorem, aut odorẽ referant inusitatum, ac peregrinũ, haud dubiè metalla subesse pronunciabis. fundus ipse aluei diligenter exploratus, non semel metalli partem obtulit, aut certè vestigium. Mõtes quoq;, qui rimas agunt propter expirationes acres è terra, continent nonnunquã metalla, hi verò aut nullas proferunt plantas, vti diximus, aut certas quasdã, quæ metallorũ societate gaudent, cuiusmodi sunt infrugiferæ arbores, aut exigui fructus. hìc iuniperus, caprificus, pinaster, & aculeatarum pleræq;. folia ipsa arborũ, aut pallida, aut decidua, trũci exiles, deniq; marcescunt omnia. quid mirum? cũ eiusmodi

Scaliger.

Fallopius.

tellus veluti prægnans nutrix sit, quæ lactenti puero facerē satis nequit; nā metallis, ac plantis cōe est alimentū humor, præsertim cum plus huius hauriant metalla, quā arbores. cū igitur multa desint Vesuuio, vt ferax metallorū sit, nō est cur cupido animos incessat eius effodiendi. siquidē, si illa, quæ protulit, perfecta fuissent, non potuissent tanto incendio nō liquari. vidissemus ꝓfectò decurrere auri, atq; argenti riuos, vel certè ferri. nēpè hoc erat in votis, vt auri, argentiq; venis inuentis, hæc vrbs reiecto ipso blandissimæ Sirenis nomine, deinceps Argyropolis, aut Chrysopolis vocaretur. ac Vesuuius quidē libēter, vt ita loquar, his rebus abundaret, si posset, vt Ianuarium quantumuis hostē, quē reueritus tandē est, ornaret. sineret, sibi à lapidicidis infligi vulnera, vt sanguini deseruiret. offerret dura marmora, vt inter ea pulchrius colliquesceret sanguis. non esset tanti fœcunditas soli, quā amitteret humore in metalla transfuso, quanti cultus Neapolitani patroni. At contendet aliquis, latere abstrusas, atq; abditas opes; habet, inquiet, Vesuuius apud radices Draconem quasi thesauri custodē. sic appellant fluuium inde manantē. fuisse aūt vulgò persuasum thesauris excubare Dracones, non modò profani meminere scriptores, sed summorum decreta Pontificum, q̄ ijs similem faciunt Auarū. audio. magnopere tū vereor, ne effosso Vesuuio tandem isti delusi cogantur dicere, vel ꝙ est apud Lucianū, *thesaurus carbones erant*, vel ꝙ est apud Alciphrontē, *omnes thesauri cinis erant.* quāquam hic ipse cinis, vti spes est, ad diuitias pertinet prouentu frugum. nēpe oēs Vesuuij opes foris sunt, quæ certè maximæ sunt. saltem propter hoc laudandus, ꝙ promus potius sit, q̄ condus. minus vero perniciosus est cōtinens ignē, q̄ si contineret aurum; illius .n. cinere virescunt cāpi, huius cupiditate rubescunt. Facessat igitur ista cupiditas euiscerādi Vesuuij spe metallorum, cum præsertim satis delusos videamus multos, qui ex illius visceribus rursus igni subiectis nihil, ex seipsis sudoris plurimum expresserunt; & quid mirum

Procopius.

Constitut. Clementis.
Lucian. in Thenx.
Alciphron. in epis.

rum

rum,cum tā immania illius viscera sint,eliquari nō potuisse? ostentabant tñ quidā ex oppidanis in ipsa calamitate ꝓpter obiectam lucri speculam lętiores, egestos è Vesuuio lapides aureis quibusdam micis interpunctos; atqui tantum abest, vt quisquam ijs ditatus sit, vt potius Heri, quorum in agros huiusmodi lapides inciderunt, ex opulētis facti sint inopes.

Iam cum & ipsius incendij fomitem,& reliquam materiā è Vesuuio exturbatam considerauerimus, quærendum superest, quandiu probabile sit duraturum hoc incendiū, &, qui eum consequitur, terręmotum. Atq; huius quidem terminū scimus solere constitui quadragesimum diē; quē si forte trāsiliat, in alterum annum, ac nonnunquam in tertium excurrat. enimuero quidā terræmotus breuius, alij longius terminantur. quidam continenti tractu, alij intercisi,& per spatia quædā recurrentes morborum more, quorum quidā chronici vocantur tardi, alij acuti perbreues; hi perpetui, illi per interualla, nonnulli errones, ac vagi; quidam homotoni, atq; fixi. Iam obseruauit nō nemo ex ijs, qui statim post incendiū in vicinia montis cōmorati sunt, quasdā veluti morbi periodos in Vesuuio; q̃ppe Mercurij maximè diebus (is dies fuit, quo in subiectam regionem ex antiqua voragine se scaturigines ignium effudere) tellurem quati solitam, tanquā reuoluto quodā dierum curriculo; vt satis aptè, ac sapiēter Aristoteles hæc, quæ in terræmotu fiunt, cum ijs, quæ ægri corpori accidunt, comparauerit, vt in superiore libro dictum est. duo .n. eius genera constituit; alterum simillimum tremori facit, hoc est, ut quidam interpretantur, horrori,& cōcussioni mēbrorum, quę fit initio febris ob uiolentiā acrium humorum, atq; inter se dissidentium impetum, ubi maximè bilis est concitata, qua ratione uis spiritus terrā longè, latèq; in latera ciet, eamq; motu uibrante percellit. alterum uero ex terræmotibus pulsui comparat, arterijs se attollētibus,& concidentibus; συςολὴν, καὶ διαςολὴν uocant, qua ratione tellus è profunda sede cōcussa sursum, deorsumq; attollitur,

Quandiu duraturum sit hoc incendium.

Terræmotus duratio.

Arist. in Met.

Similitudo in his ab ægri corpore ducta.

ac deprimitur. sed hanc ipsam,q̃ in hoc genere Aristoteles affert ægri corporis similitudinem,physicus Poëta quã eleganter expresserit, uideamus: de Aetna .n., de terræmotu, ceterisq; huiusmodi prodigijs ita loquitur.

Lucretius.

Num quis enim nostrùm miratur, si quis in artus
Accepit calido febrim feruore coortam?
Et satis hæc tellus nobis, cælumq; mali fert,
Vnde queat vis immensi procrescere morbi.
Sic igitur toti cœlo, terraq; putandum est,
Ex infinito satis omnia suppeditare,
Vnde repente queat tellus concussa moueri;
Perq; mare, & terras rapidus procurrere turbo,
Ignis abundare Aetnæus, flammescere cælum.

Testatur hoc planè nunc ipsius Vesuuij macies, squalor, illuuies. ceterum hæc tã similia inter se sunt,ut nõ defuerint ex Physicis sapiẽtes uiri,qui cũ homo paruus quidã Mũdus sit iure dictus,ea q̃ in hoc accidunt, in eo ẽt se quoquo modo reperire posse confidant. itaq; præter alias, hanc ipsam summi Philosophi,& Poëtę philosophantis similitudinem sequuti aiunt; queẽadmodum in Mundo incendia quandoq; contingunt,quæ ipsa,unde oriuntur,loca depascuntur;ita in homine febres,ac morbos quosdã igneos excitari, quæ ueluti quædam incendia sint artus depascentia. nam & Latini febrim à feruore dixerunt;& apertius Græci eã πυρετὸν nominarunt ab ipso igne, tanquam igneam affectionẽ dicerẽt, quo item nomine ab eius artis antistite non semel appellatur.& alter ille eiusdem disciplinæ princeps, *immodico ignis incremento animal febri corripi*, dixit. eiusdemq; est altera illa uox, *si cor semel accensum sit, facilè totum corpus incandescere, quemadmodum ab ingenti camini flamma reliquam domum.* Neq; uerò quia huiusmodi ignis se minus prodit aspectu, iccirco eũ à corpore abesse existimabimus.latet .n. inquiũt, in ægri corpore; cuiusmodi experimẽta sumuntur,uel è ferro,uel è fumo igni proximo,unde sulphur,aut ellychniũ ac-

Steph. Roder.

Ignei morbi in microcosmo respõdẽt incendijs.

Seruius.

Hippocrates. 1. Epid. sec. 3. & 3. sec. 1. Galen. lib. de anim. & lib. 1. de simpl.

cen-

cenditur. certè mēbra huiusmodi morbis igneis correpta, in primis eo, quē Latini sacrum ignem, Galenus πυράγριον appellat, hoc est ignem ferum, uideas intumescere ampullis quibusdam, perinde atq; externo igne combusta; cuiusmodi sunt, quæ πυρώδεις dicuntur ignea ulcera, quanquam non ita latet ignis huiusmodi, quin aliquando se prodat; nā ut Alexandrinus medicus asseuerabat, Philatei testimonio, è uertebra coxæ cuiusdā, qui ea parte corporis laborabat, æstuabatque, cū detecta fuisset, repente ignis exilijt, atq; in eius, qui inspiciebat, oculos insiliens, eos cōbussit, ac luce priuauit. contra q̃ in Ignatio nostræ gentis auctore factū uidetur. exarsit aliquando illi crus ictu bellici globi postridie eius diei, quo diuinus ignis è Cœlo lapsus in terras ritè commemoratur, nec tam uisus est ignē accipere, q̃ arcana quadam ratione reddere. atqui tantū abest, ut ex ignescentis cruris uulnere fax exiterit oculis noxia, ut potius & ipsius Ignatij diuinitus illustrata mens sit, & se ueritatis luce perfusū gaudeat ipse Oriens.

Gal. de defin.

Steph. Roder.

Ignis ex ægri coxamirē exiliens.

Habet igitur sua ēt paruus hic Mundus incendia, ut propterea sapienter illi locuti sint, qui terræmotus, & conflagrationes ipsas, cum ijs, quæ in ægri corpore fieri solent, contulerint. quanquam, sicut qui ex graui morbo conualuit, incrementum bonę ualetudinis solet accipere, ita spes nos tenet, fore, ut Vesuuius, atq; adeo ipsa Cāpania ex illo squalore, ac macie cōualescat, atque bituminis largi pastu pinguescat auctiore prouentu. Interim uerò affirmare quandiu ille sit exarsurus, & fumidam nubē elaturus, diuinare est. cū quāta uis fomitis lateat ignoretur, tametsi quemadmodum in humano corpore morbi quidā sūt, qui syntrophi, hoc est, connutriti uocantur, qui per statos circuitus, certasque periodos, & interualla sæuiunt, cū nō sēper uenæ materia turgeant, nec effectrices, impellentesq; caussæ subsint, eadem ratione nōnulli de subterraneis incendijs philosophati sunt, præsertim cum Xenophanes scribat, Liparense incendium

sep-

septimo quoq; anno instaurari solitum. at uerò & superiores Vesuuij conflagrationes non oẽs certæ sunt,& earũ durationes ignotæ multæ;vt non modò ea caligine, quæ tunc excitari solet,videatur eripi dies, sed anni quoq; confundi, atq; ætates. dicam verius; parum diligens in his rebus cõmemorandis fuit antiquitas.de illo,ꝙ Tito imperante exarsit,incendio,post triduum mirum silentium;quamquã deinceps, *hæc ferè quotannis fieri solita*, dicantur; mitius tñ, & quasi leues quædã velitationes. Quid in hoc incẽdio, ꝙ illi non facilè immanitate cedit; ẽt nè quotannis? mirum est, Petre Aloysi, ꝙ dicam, & singulare; ꝙ insignis huius vrbis Medicus mihi affirmauit. Ex ijs, qui ab incẽdio semiustulati fugerũt,Hyacinthus est,cognomẽto Peregrinus, vir honesto loco natus, hic cum esset tum in pago Leucopetra domi, ac torrentem igniti cineris inundantem, iãq; in ædes ipsas inuadentẽ cerneret,è fenestris ita saltu euasit,vt vim hostilem non omnino vitaret; dexterum .n. brachium ignitus cinis excoxit;nẽpe vt dextera ipsa fidem faceret, quanta vis esset eius ignis. curatus demum est medicamẽtis, in primis lactis adipe,atq; oleo amygdalino, ꝙ videlicet oleo illi incendiario ad radices montis è petris scaturienti ars opposuit. Iam cum reliquo anno tempore nullum vestigium eius exustionis appareat,ineunte tñ Decẽbri mense, cum anniuersarius incendij dies appetit, statim homini dexterum prurire brachium incipit, mox rubescere,efferuescere,flagrare tanquã ex incendio recenti. tertius hic annus agitur, cum eadẽ periodo in eundem morbum recurritur. ijsdem remedijs succurritur. ter in illum hactenus sæuitum est.& quasi non satis sit semel Veseui furori fuisse obnoxium, annuas dat pœnas innoxius. quis vnquam id egit in Scythia tyrannus? vereri illum dicas, ne forte memoria tanti aboleatur incendij, nisi eam vlceris ignei pruritu refricet. peregrinari quodammodo videtur interea ille Peregrini morbus, ac demũ in idẽ se recipit hospitium,atq; recolligit brumali tẽpore. cinis iam pri-

Plinius.

Dio.

Franc. de Nola.

Mirum de annua periodo vlceris ignei ex incẽdio.

pridem refrixit, cineris plaga non item. habemus igitur in hac vrbe flãmæ licet emortuæ viuum simulacrum. hanc singulis annis dat nobis Vesuuius sui tragœdiam minimè fabulosam. & quãquam suis oppressus molibus tumulatus est in seipso, tñ viuit in altero. hic nisi palam in vrbe degeret, ac rẽ omnibus testaretur, nisi obsidẽ fidei exustam eius dexteram teneremus, cui tandẽ fidem faceret? quis non à naturis rerũ alienum putaret, aut in excocto mẽbro posse morbi vim recrudescere, aut vlcus ex cinere reuiuiscere? quantam putas fuisse vim eius ignis, qui licet iã in suo foco, & camino pęne sit extinctus, foris tñ inaudito prodigio exardescit, ac sæuit? aut q̃ feralẽ illum ipsum incendij diẽ, cũ is, qui succedit anniuersarius, ipsa sui cõmemoratione quasi igneo quodã afflatũ sopitam in humano corpore flãmam exsuscitet? quãquam in hoc ipso agnoscere aliqua ratione licet Naturæ benignitatem; nã cum illud incendium sub Tito excitatum, aliquandiu singulis fere annis instaurari solitũ fuisse dicatur, maluit parens optima id in paruo Mũdo iterari, q̃ in magno, vt cõi parcat exitio. Cetera porrò superiora incẽdia Vesuuij quãdiu durauerint, scripsit fere nemo. tantũ legimus eũ aliquãdo intra triennium ter exarsisse, at vero dierum numerus, & interualla mensium omnino silentur. Sub Innocentio quidẽ per dies quadraginta, & iterum anno post per dies octo eũdem montem conflagrasse, & ineunte superiore sæculo per triduum æstuasse accepimus. (Vide in nostra Chronologia.)

De vltimi verò huius incendij duratione quid dicã, nisi miram sub initia præsertim fuisse apud Astrologos maximè diuinandi varietatem nẽ, an vanitatem, & garriendi licẽtiã? Alij .n. ex Lunæ motu, quẽ habet in epicyclo, multa vaticinati sunt. alij vero ita philosophabantur, vt dicerent, cùm metallica materies inueniri soleat instar arboris, quo habitu à Natura gignitur; nam & veluti truncum habere videtur, & ramos, cumq; id, q̃ similitudinẽ trunci habet, iã esset absumptum, quasi ramos tantũ superesse, quibus aleretur in- (Mathematicorum opiniones variæ de duratione vltimi huius incendij.) (Fallopius.)

cen-

cendium (quas tñ in lapidibus fibras, ac reliquas arborum formas alij non admittunt) ac proinde breui extinguendũ. alij ad ventorum, quæ vocant Ostia se conferebant; quorum claues penes Solem sint, qui vna cum Marte eos, qui à meridie spirant, euocet, à quibus in igneis signis halitus quoq; gignantur ignei. ab his igitur, atq; ab ipso Sole cum iã Mars secessisset, iubebãt, nos sine metu esse. Nec deerãt, qui Taurum spectandũ dicerent, in quo, cũ primũ mugire Vesuuius cœpit, vnum erat è centris, vt vocant, duodecim Lunæ, atq; Astrorum, in primis Pleiadum. Visum est, alijs tẽpus incẽdij ex eius Planetæ, à quo primum excitatũ est, circuitione, aut ex triplici Martis cursu pẽdere, quorũ qui maximus dicitur, ad ducentos sexaginta quatuor dies protenditur, quos limites si fortè incẽdium transilijsset, ab eccentrici circũductione circuli trecentos, vnum, & viginti dies, aut ab hemicycli ambitu annos ipsos duos, & dies quinquaginta cõflagrationis enumerabant. Atqui irridere visus est hæc quodãmodo Vesuuius, & vt Astrologos luderet, ijs nec opinantibus improuisò identidem exardescebat, quatiebatq; tellurẽ. Equidem mirabar, cur isti tam exploratum haberent, quandiu ille cõflagraturus esset, cũ quid intus lateret, quantum in venis abderetur bituminis, atq; sulphuris ignorarẽt. itanè Lyncei sunt, vt acie oculorum eò penitus subeant. scio esse quoddã genus hominum, qui iactant, sibi hoc à Natura tributum, nõ tam vt exeuntem è Chartaginis littore Punicam classem, numerũq; nauium ex Libycana specula notẽt, ꝙ de Lynceo quodam scribit Varro, q̃, ꝙ multò difficilius est, vt penitissimam humum subeant visu, ac subterraneos amnes, non ex vapore, aut herbarum genere subnascentium conijciant, sed nullo prorsus argumẽto cernant, sola vi, potestateq; Naturę. ex ijs vnus superioribus annis, & si ab Occidente Sole huc profectus, tñ tam clara oculorum acie se à Natura dotatum dicebat, vt apud huius Vesuuij radices, in profunda tellure se liquidissimos amnes apertissimè intueri affirmaret; locus est,

Leopold. 21.

Simon Portius

est,cui Venti ipsi dedere nomen,murmur ibi perpetuò,atq; fremitus audiuntur, incertum vtrùm decurrentium aquarũ, an perstrepentium intra specus Vẽtorum. res erat plena lucri, quippe aquæ illæ accõmodatæ ad frumentum mola terendum fuissent. versabar ego tũ sub Autumnum haud ꝓcul inde in Sosiana villa tantisper feriatus à literis,cum quidam spe magni cõpendij ductus Lynceum hunc conuenit, grandẽ pecuniam pollicetur. hic polliceri montes, vt dicitur,& maria, vel potius intra montes flumina. nec mora, effoditur statim ligonibus solum. interea dum hic conductis operis exhauriebat humum, ille exhauriebat arcam. hic educebat solùm quasi ferratos lapides, ille aurum. iam in immensam altitudinem effossa tellus erat, Vẽti tantùm efflabant, deniq; res omnis in Ventum abijt.ille ipse Lynceus, atq; impostor oculatissimus euanuit clam ex oculis. Atq; ille quidem ita se acie oculorum tellurem penetrare dicebat, vt aquam cerneret, hi vero quasi ignem, ac materiæ copiam introspiciant,ità de ea, deque incendij fine disputant. nos qui tam oculati, ac Lyncei non sumus, ista mittamus,atque ad eam, quam Physici Formam vocant, gradum faciamus. illustriora mox ea,quæ diximus,fient,vel cùm de ignis interitu agemus.



IO. BAPTISTAE MASCVLI
DE INCENDIO VESVVII
Liber Quintus.

In quo agitur

De Forma ignis subterranei.

AD PETRVM ALOYSIVM CARAFAM.



Atis iam incendij caussas odorando, sulphure fumus afflati, satis tenaci illo quasi adstricta bitumine oratio in ignis subterranei materia describenda est immorata; nunc formam ipsam eius ignis, vim, atq; naturam contẽplari par est. quo in genere id primũ, agitur, vtrum subterraneus hic ignis, tam immanibus, ac prodigiosis effectis infamis, à vero elemento, præsertim ab æthereo illo, qui sincerus, purus, ac vitalis est, natura differre dicendus sit, necnè. quippè non desunt, qui in hunc ignem odio tã infesto feruntur, vt omnino negent habere quidquã cum germano igni, naturæ dignitate, cõmune. nouũ esse genus aiunt, nouam sobolem, non elementi partem, sed mistum quiddam, & si facultate igneum. Quid ni? inquiunt, an non videmus in ceteris cuiusq; materię quędam inesse propria temperatione commista? Hydrargyrum totum est natura aqueum; atq; multa effodiuntur è terra, quæ plurimum naturæ obtinent igneæ, & si in ijs hebetati, atq; infracti quædam uis ignis insideat, hic autem tota virtute agat. sic igitur circa hunc ignem philosophantur, vt dicant, ita eũ in terræ sinu collocatũ, vt ab elemẽtis, atq;

Andr. Baccius

atq; ab ipso cõmuni, vulgariq; igne differat non regione solum, sed ẽt natura; inde verò per varios meatus exhalet, caloresq; per ambitum latè, longèq; diffundat suos. Atq; elementum quidem ipsum simplex est, & pars vna cõponentiũ prima, hic aũt ignis omninò cõmistum quiddam, ac pingue veluti materia quorundã sui generis cõmistorum, vel instrumentũ certè; præterea hic subterraneus feruens quidẽ, sed caliginosus est, elementum verò ipsum διαφανὴς, atq; expers incendij; vtriusq; verò naturæ particeps cõmunis ignis, qui & feruens est, & in aperto aëre splendens. q̃obrem ipsũ incendiarium ignem tanquã degenerem prorsus, ac fæculentum, meritò abstrusum aiunt in imas terræ specus, atq; damnatũ. sed huiusmodi criminationes facile est diluere. enimuerò ignis hic ingenitæ nobilitatis memor, vt patriã ostẽtet sedem, ac suum genus, effert se aliquando, ac rupto carcere foras erumpit flãmarũ globis ingentibus, elatusq; altissimè emicat; in patria remigrat loca, vnde originẽ ducit. euaditq; ad supera eludens hominum probra, atq; cõuicia, maior inuidia. ad hęc vibranti lingua sese acuens, tantùm non loquitur, & clamat, se ad suam regionẽ euadere, utpote ætherio igni cognatum. *Ignis subterraneus est verum elementum.*

Ac certè si rem ab institutis, ac moribus hominum repetamus, vel hoc indicat, quoduis ignis genus existimatũ fuisse vnum, & idem elementum, ꝙ ferè omnes, qui cultum igni exhibuerunt, eundem subterraneo quoq; tribuendum putarint. nam & apud Aethiopes Mons quidã intestinis ignibus exardescens, Deorum iugum appellabatur; & Barbari nostra ætate, apud quos huiusmodi montes ignivomi nõ pauci sunt, diuinis honoribus eiusmodi ignem, tãquam admirabilium rerum effectorem, prosequi dicuntur; & Persas, qui Solem lucis, atq; ignis fontem venerabãtur, non modò vulgarem, atq; ætherium; sed subterraneum quoq; ueneratos fuisse legimus, quãquam non sine fuco, & fallacia. nam sub occulta terræ specu præstigiatorem quendam abdebant, qui *Ignis subterr cultus.* *Plinius.* *And. Bacc.* *Nicephorus.* *Socrates.* *Ignis subterran. Numinis loco habitus.*

inde uoce cõposita ad strepitũ ignis, immurmurando edere se fingebat Oracula, atq; ea superstitio non modo uulgi, sed Principum animos occupauerat; putabantq; igneum sub ea specu latere Numen, Vulcanum uidelicet, aut Vestam, atqui dolus aliquando cõpertus auctori ipsi, ac genti Magorum fraudi fuit. nam cũ Isdigerdem Regem, qui res Christianorum fouere cœperat, accedentẽ, laruatus ille Deus infernè fremens horribili uoce absterruisset, iussissetq; nostra incẽdi delubra, ac simulacra, cumq; Rex à Marutha sanctissimo viro audisset, hæc à Magis sibi imponi, iussit ipse igneũ illud Numen statim exponi. tùm effossa, atq; eruta tellure, nõ igneus extitit Deus, sed præstigiator trepidus, ac supplicij metu rigens. sæuitum igitur meritò in eum est, ac socios ex ea disciplina. Ergo ut ad instituta redeam, cum honos sit exhibitus cõmuni gentium consensu non minor subterraneo, quã uel uulgari, uel ętherio igni, quis inficiabitur, ꝑpterea id esse factum, ꝙ unam, eandẽq; naturam cuiusuis ignis agnoscerent?

Andreç Baccij opinio improbatur.

Sed his prætermissis, rem à philosophiæ fontibus libet accersere. quo tandẽ igitur isti maximè argumento cõtendunt, latentem hunc sub terra ignẽ ab ætherio natura differre? primò, quia ille purus, ac sincerus est, rerũq; conseruator earum, quæ infra se sunt; cõtrà hic perniciosus omnino, atq; exitialis. quis .n. est, qui hoc tẽpore huius ignis furore, atq; impetu deuastatam Cãpaniam, concussam Italiam, exterritam Europã ignoret? deinde, quia longissimè distat ab ætherio illo subterraneus hic loco, ac regione. Ego vero eorum sententię potius acquiesco, qui ignes oẽs, ẽt eum qui Manes impios torret, inter se non natura differre censent, sed quibusdam extrinsecus accersitis; nã pro materia, cum qua copulãtur, ac fomite, quo alitur, discrimen illud in agendo sortiuntur, regio verò, ac locus naturã non mutat, vti dicemus; Cũ igitur sulphure, ac bitumine, quæ ambo validissima sunt, ignis accenditur, quid ni res tam inusitatas, tam singulares, & tanquã prodigij plenas efficiat, ac moliatur? hinc illa ꝗ in

S. Thomas. Auerroes. Rodericus Castrens.

Natu-

Naturæ miraculis numerantur, immortalem Chimæræ mõtis flãmam extingui fœno, quo potius inflãmari oporteret, Nymphæi craterem aquis accendi, Thracium lapidem bituminosum extingui oleo, ac cetera multa. ea vero quæ nuper in incendio Vesuuij vidimus eiusmodi sunt, vt admiratione teneant etiam philosophantiũ mentes, eorũq;, qui se admissos Naturæ arcanis intra ipsa adyta, ac penetralia ꝓfitẽtur.

Effecta ignis Vesuu. mira ex materia.

Sanè vis illa ignis Vesuuiani cognata maximè fulmini fuit. etenim delusi sunt oculi, cum apertis armarijs, quæ flãma non læserat extrinsecus, putaremus integras recondi vestes, quæ tamen leuiter tactæ dilabebantur in cineres. idem accidit pomis. foris natiuus ferè color, intus fauilla; deniq; eius generis ignis visus est, quo depluente flagitiosæ illę Palestinæ vrbes quondã deflagrarunt. scit .n. diuina seueritas eodẽ igni montes armare, quo cælum. igitur idem exitium ad experimentum pietatis timuit casta Parthenope, ꝙ ad pœnã flagitij perpessa est incesta regio. diuinitus à se Neapolis auertit, ꝙ Pentapolin funditus euertit. Quemcunque ignis hic, siue ipse cinis afflauerat, eum intercluso statim spiritu necabat, digerebat, exhauriebat artus. insinuabat se perniciosa vis penitùs in medullas. Cadauer ẽt recens excoctũ cinere si quis extraheret, præter ossa nihil inueniebat. ex ijs, qui semesi, immo tacti ab ignito cinere Neapolim in nosocomium se receperunt, cũ omnis ars, & cura esset adhibita, conualuit vix ferè quisquã; adeo immedicabili ulcere affecti sunt. quid multa? hoc genus ignis diu arsit in ipso mari. effodimus exactis iã duobus mensibus è cinere lapides, eos obruerant imbres & plurimi, & maximi, immo uerò eluuies; manu tñ tractari non poterant prorsus igniti. quãquam quid hoc miramur, cum post quatuor etiã mẽses adhuc exarserit terra, atq; fumarit. Iam cadauera quædã bitumine ita erant oblita, ut duritie, & colore ipso æs referrent. ita Vesuuius tãquam ænea signa ponere uisus est cladis ad memoriam posterorum; nisi ꝙ dum hæc effinxit, se diffinxit. Vidimus non

sine

sine horrore allatum Neapolim combustæ mulieris caput. prorsus æneum repræsentabat durities pondus. bitumen uerò, ac cinis ita ei agglutinata erant, atq; concreta, ut distrahi, ac diuelli haudquaquam possent. reliquerat aūt ignis in cinere, vnde fuerat erutum, inaures ex margaritis, q̄ item æneæ videbantur. hæ videlicet iniectæ iam viles inferiæ in tumulum miseræ, quæ fuerant ornamenta viuenti. Sed nihil vidi horribilius quā costas hominis ignis torridas. arserant illæ vnà cum tunica. hæc vero ita costis erat adstricta bitumine, admixto ēt cinere, atq; terra, vt vnum essent prorsus omnia. apparebat textura tunicæ, sed ænea iam duritie. hoc certè pietatis fuit, ne nudi, & spoliati iacerent artus, quāquā tunc maximè incendium eos exuit vita. nimirum eodē fere incendiario liquore erat imbuta tunica, qua pellicis illius vestem Medea dicitur infecisse. ferebant verò artus secum ēt sepulcrum, hoc est cinerem, terramq; cōmistam. Molliuit ac soluit hic ignis ipsa marmora, quæ cultro facile scindi vidimus, neq; iam vetus illud prodigiū mirabamur, ab Actio Nauio, cotē nouacula potuisse præcidi: Quid quòd in Apulia infinita strages boum maximè est facta? tantùm quia pasti herbis, quæ Vesuuij fauilla erant aspersæ. ita vim quandam exurēndi viscera habuit ipse cinis extinctus. mugitu ipso boues testabantur ardorem viscerum, qui mugientis Vesuuij exusta viscera condiderant in sua.

Valerius.

Vis ignis Vesuuiani.

Ac vide porrò quātum hic ignis habuerit virium. nemus erat apud Octauianum oppidum ingens annosis, ac proceris arboribus conuestitum. hoc nō modo spoliauit, sed omnino deuoluit, ac cinere obruit ignito. nō multò post cum coloni humum cum labore multo effoderent, viderūt arbores euasisse iam in carbones, extraxeruntq; tanquā è fornace calcaria. ita hoc solùm lucelli ex tanta calamitate acceptū est, ꝙ sine cura, & arte venierint. Sed quantum illud habet admirationis, vel ꝙ immania & enormia saxa, ac prope integræ rupes, quibus cōnectandis plaustra nulla fuissent idonea

tan-

tanquā leues calculi longè delatę sint, vel ꝙ dolia è vinarijs cellis abstracta, intra domos alienas sint inuenta, fenestris licet, ac ianuis angustioribus, quā quò posset inferri, laxatis, credo, ipsa iactatione terræ cōpagibus ædificij, sursumque coactis. nec minus mirè factum, ꝙ is ignis, qui tā immaniter grassabatur, innoxius paleas transiliret. sed nimirum eadem ratio fulminis est, cui fuit hic ignis cognatus; nam interdum huiusmodi prodigia visuntur, quippe in ijs, quæ ipsius cursū impediunt, dum contumacē vim durorum corporū frangit, necesse est fulmen moram trahere, atq; insistere, quæ verò rara sunt, atq; tenuia, ea transuolat, perq; rimas sine iniuria præterit, vt docuit Theophrastus. Iam quanto nos horrore perfundebamur, cū videremus ex ima montis voragine, atq; adeo ab ipsa Tellure, quę parens omnium est, in nos mitti veluti fulmina? Hetrusci certè, apud quos erant fulgurales libri, & ratio euocandorum fulminum, ita censuerunt; fulmina non modò è cœlo labi, sed è terra quādoq; se erumpere, quę appellabant infera; ea verò maximè sæua esse, atq; execrabilia dicebant, quippe nata ex turbidiore natura. verùm illi, quia eiusmodi fulmina ex propiore materia caduca erāt, ideò sibi persuaserunt è terra egredi. quāquam Vesuuianus hic ignis sulphure armatus, ac nitro fulmineus videri poterat, etiam tonitruis fragorem imitatus.

Ignis Vesuuianus fulmineo cognatus.

Plinius.

Atq; hęc tanta vis flāmę caussa est, cur multi sibi persuaserint, hunc ignem non vulgarem esse, sed ex immortali camino, quo impij Manes exuruntur, effluere. Theodoricum certè Regem ex Arij disciplina in Liparensem ignē fuisse iniectū, narrat magnus ille Hierarcha Romanus. Pandulphū verò Principem, & Ioannem Ducem huius ipsius Vesuuij flāma damnatum legimus, nec desunt Religiosi uiri, ac sapiētes, qui in eandem iuisse sententiam uidentur. certè egregij uiri sunt illa uerba: *Aeterni ignis sumariola quædam maximos montes subterraneis ignibus decoquunt. æstuat indefessis flammarum globis Aetna, Lisaniculus, & Vesuuius Campanus*; quæ si uera

Gregorius.

Petrus Dam.

Pacianus.

uera sunt, Deus immortalis, circumsidemur undiq; cognatis Erebo flãmis, & grata tñ est loci uicinia. itanè uerò? tã tenui nomine, tam horribilis conflagratio Vesuuij significatur? fumariola nè solum, ac parua uaporaria sempiterni illius ignis hoc tam immane incendium excitare potuerunt? uidimus ingentes flammarum scaturigines deuolui, Cœlum inuolui caligine, Solem eripi, incendi agros, uastari oppida, deleri Campaniam, exhorrescere Italiam uel fragore, uel cinere. hoccine igitur tã ingens bustum decoquitur solũ fumariolis immortalis ignis? Audiamus & alterum in eandem sententiam, qui de Erebi camino loquẽs sigillatim Vesuuij meminit. *Illic sapiens ignis membra vrit, & reficit, carpit, & nutrit; sicut ignes fulminum corpora tangunt, nec absumunt; sicut ignis Aetnæ, & Vesuuij montis, & ardentium vbiq; terrarum flagrat, nec erogatur; ita sempiternum illud incendium haudquaquam damno morientium pascitur, sed inexesa corporum laceratione nutritur*. Hæc ille. Eadem verò quantò cum verborum põdere dicuntur à Septimio? qui ẽt negare videtur, subterraneum ignem eundem esse cum vulgari, *nouerunt, & Philosophi diuersitatem arcani, & publici ignis, ita longè alius est, qui Dei iudicio ardet, siue de Cœlo fulmina stringens, siue de terra per vertices montium erumpens. non absumit quod exurit, sed dum erogat, reparat, &, vt sit testimonium ignis æterni, montes vruntur, & durant*, quanquam hoc vltimum non ita videtur conuenire Vesuuio, quem magna ex parte consumptum, ac sua flãma depastum cernimus. illud certè constat, hunc ignẽ fulmini fuisse cognatum, ꝙ in multis experti sumus. possem, & alia Veterum dicta proferre, quę indicare videntur, huiusmodi subterraneos ignes è Tartaro erumpere, tametsi ad similitudinem potius quandam referenda sunt: At non nemo eorũ ẽt, qui postea scripserunt, existimauit, hæc spiracula esse quædam inferorum ostia, eaq; demum post commune Vniuersitatis incendium fore claudenda. sed ij fortasse verius philosophãtur, qui focum ignis vtriusq; diuersum constituũt,

Minutius Felix.

Tertullianus.

Mayron.

quæ

quæ res cum multis argumentis cõfirmari possit, illud tamẽ Alphonsi Tostati sapientis alioquin viri non peruincit, cum dicit, hunc ignem iccirco è Tartaro non existere, quòd non semper vno erumpat è loco, sed modò verticem petat, modò diuagetur in latera, quò spectare putat illud Boëtij. Abulẽsis ratio infirmior

Aut ruptis quoties vagus caminis
Torquet fumiuomos Vesuius ignes.

Sed quid prohiberet, quominus, si Tartareus esset hic ignis, in quamlibet partem proserpere posset, vbi paratum fomitẽ inueniret? aliæ igitur afferendę rationes videntur, cur inter se vterq; ignis, si minus natura, certè viribus, & facultate differat; siuè quod illi sit focus longè profundior, quàm huic nostrati; siue quod præter exiguum lucis infaustæ ad intuẽtium mœrorẽ augendum, sempiternæ caligine noctis horrescat; siue quod ita immanitate antecedat, vt noster hic ignis adumbratus tantũ præ illo videri possit; qui certè modum aliquem habet, ac temperationem quandã materiæ, quę absumitur, decremẽto, cum alteri illi affatim nutrimenta sufficiat æternitas, quid quod ardentium horum locorũ vaporaria multis prosunt morbis, vitãq; propagant? nã quid ego dicam, cinere ipso bituminato agros reuiuiscere, atq; pinguescere? cũ contra ille alter ignis prorsus exitiabilis sit, quippequi penitus animos depascatur, ac Manes impios squalore fœdet æterno. Huc, si libet, accedat, quod ille Tartareus eleganter à Minutio dicatur, *sapiens ignis*, quia ita reos edit, vt onmino non exedat. at verò Vesuuianus ignis, si hoc tãtùm excipias, quod multis templis pepercit, in quo non modo sapiens, sed pius est quodãmodo visus, ceteris effectis consideratis, dicatur oportet maximè fatuus. quid ita? non modò quia semper hic ignis sapientiæ fuit infensus, vt cũ eum ipsũ, à quo immortalitati cõmendari potuisset, extinxit; itẽq; alterum philosophum, ac poëtã vnà cum villa incendit; & cum publicum huius Vrbis gymnasiũ euertisse terræmotu dicitur; sed quia nuper in tanta calamitate inusitato more in nostram perniciẽ lusit in multis. Ignẽ

Augustinus Basilius. Gregorius.

Minut. Felix.

Ignis Vesuu. cum igni Fatuo collatus

Plin. Cas. Bas.

Fatuum Physici vocant halitum concretum, & ad inferiorẽ aëris regionem elatum è paluſtribus præſertim locis, ac ſepulcris, qui vel nocturni frigoris pugna, vel partiũ inter ſeſe colliſione aliquando accenditur. hic mirè mouetur, curſat, occurſatq; iterfacientibus; dum ludit, illudit. fugientes inſequitur, ac ſæpe agit in præceps: quẽ verò attingit, eum venenato quodã afflatu inficit, nõnunq̃ ẽt enecat. At quã multa Veſuuianus hic ignis egit vel in maximo luctu non modò inuſitata, & noua, ſed ẽt ludicra? Veterũ ille mos fuit, vt poſt exuſtum in rogo cadauer, epulum funebre darent. hunc ipsũ morem Veſuuius imitari viſus eſt; in hac .n. conflagratione Cãpaniæ, ac tot mortalium interitu agrum quendam uſtulato caſeo conſtrauit, cuius vim magnã impetu flãmæ procul aduexerat. præterea integros ouium, caprarum, & porcorũ greges igni torridos torrente deuexit; atq; vt epulum eſſet magis opiparum, plurimã vim auium, quas occupauit cinis, ac flãma, expoſuit in feruidis agris, & piſcium in littore. prẹter ſepias, & conchylia, quæ mons euomuit reſorpto mari. Legimus inter Aeolias inſulas, cùm olim mare arſiſſet, magnã piſciũ multitudinẽ extinctã fluitaſſe, quibus qui veſci ſunt auſi, confeſtim interierint; ꝙ incõmodum hoc tempore haudquaquã conſecutum audio; ꝙ nos de contagione ſolicitos bene ſperare iubebat, cũ virus illud certè tam noxium expiratio habere minimè videretur. Iã nec illa, quæ pcipua ſunt, in hoc epulo defuerunt, vinum, ac panis; multa .n. vini dolia è cellis turbine illo deuoluta ſunt, palamq; propoſita; cumq; panis eſſet vbiq; cõbuſtus, ignis ipſe panificio ſubijt; pollinẽ .n. qui fortè occurrit, bitumine, ac ſulphure conſperſum, cinere excoxit. vidi fruſtulum huiuſmodi ſulphurati panis, ac dignus ſanè viſus eſt, quo Veſuuius Pandulphos, ac Ioannes paſceret ſuos, aut gigantem illum, qui ibi flagrare dicitur, Alcyoneum. diceres, iccirco Veſuuium obſtructis cinere aquæductibus verſatiles molas ad terendum frumentũ inutiles reddidiſſe, ne alio aleremur pane, q̃ illo ſulphureo,

Mira effecta ignis Veſuu.

Oroſius.

quem

quem ipse proponeret; ac fragor quidem ille, quem primò edidit,tanquã trusatilis molæ fuit. illud verò quã ludicrum, quo mulierculæ cuidam idem Vesuuius illusit? hæc abluendo capiti è cinere incendij lixiuium fecit. defluxit mox capillus,atq; omnibus ludibrio fuit,nempe non animaduertit, neq; præuidit,cum Vesuuius arbustis amissis recaluaster, & glaber iam esset factus,se quoque,adhibito eius cinere,caluam euasuram, & glabram. sed vt ad epulum redeam, lusit cum Heliogabalo homine immanissimo, ac maximè fatuo, qui duros,ac marmoreos cibos conuiuis apponere solebat in mẽsa pro veris. quod Vesuuius imitatus,veras caricas,panem,mel ipsum ita durauit; vt vel in æs, vel in lapidẽ versa viderentur. quid igitur illo,vel crudelius,vel durius,qui mel constrinxit in lapides,oculos soluit in lacrymas? immo verò qui in cõmuni mortalium luctu, atq; mœrore lusit; vidimus .n. non sine admiratione proiectos ex incendio tessellatos lapides mira quadam arte distinctos prorsus alueoli lusorij specie. .s.ludios,atq; aleatores nos esse volebat,cũ maximè versaremur in alea vitæ; ac Veneris quidẽ iactus aleatoribus felix erat. contra quã in Vesuuij, qui sacer olim ipsi Veneri fuit,alea factum; siquidẽ in hac vel ignitorum lapidum, vel ignium ipsorum fuere quasi fulminum iactus,quibus hęc regio appellationem Felicis amisit. Verùm dum de funebri ludo, & emortuali epulo, q Vesuuius funeratæ Campanię quasi more Veterum dedit, verba facio, venit in mentẽ antiqui Romanorum moris, qui *incendia inter epulas nominata aquis sub mensa profusis abominari solebant.* quamquam Vesuuianus hic ignis,quia bitumini est admistus, aquis adolescit. *Plinius.*

Cum igitur tam mira ignis subterranei tãque prodigiosa esse soleant effecta, existimarunt nõnulli eum natura diuersum esse siue à nostrate, siue ab ætherio. sed malo hac in re alios sequi magistros,ac viros doctrina pręstantes;qui putãt, vnum,idemq. elementum esse cuiusuis ignis;diuersam verò eum sortiri vim agendi ex diuersitate materiæ, cui coniun- *Andr. Baccius. S. Tho. 4. sent. dis. 44. qu. 3. art. 2. Auerroes. Steph. Roder.*

 gitur.

Vna ignis, & caloris natura.

gitur. Quod adeò verum est, vt ex Physicis pleriq; sentiant, calorem nobis innatum haud quaquã esse natura diuersum ab ignis ipsius calore. nec infirmis hęc sentẽtia nititur argumentis; quippe ferunt in Aegypto apud Memphim sine incubatu hac ratione pullos excludi. Caminos extruunt alios alijs multiplici fornice impositos, in quorũ tholi fastigio foramen est, per quod uis ignis, quę immodica posset officere, paullatim effluit, atq; exhalat; in imo ignis accenditur tẽperatione quadam; tum ouorum centurias multas in fornicum superiorẽ planitie disponunt. statis diebus erũpit turba pullorum, qui non numero, sed mensura uenales habentur. pręclarum sanè ortus genus; nempe ab igni eduntur in lucem; ut gallinarum pulli pęne certare cum Phœnice ipso de natalium gloria possint. Nam quid ego de Bombyce dicã? est illi fœminarum sinus auspicium uitę. . . fouetur pectore, & cõplexu arcetur illecebra: et nondum natus illaqueatur animus cura, antequam fila ducantur. obsedit amoris arcẽ cupiditas, antequam id existat, quod amatur. iam studio inhæret, & inseritur cordi, quod nondum est sericum. adeò nihil est in cupiditate serum. interim occupat pręcipuam hominis partẽ animalculum uile, ac nõdum funerati ultro extuberamus in uermes; nec diuina seueritas, & cõminatio abolet, ac dissipat ea studia, quę solo tonitru disturbantur, & euanescunt. de inexplebili cupiditate loquor, & exuberanti quorundã luxu. sed hę querelę alterius sint loci. Nunc illud cõtendo, ac pugno, subterraneum ignem esse uerum elementum, neq; diuersam eius à ceteris ignibus, et ab ęthereo, constituendã esse naturam. quod si agendi aliquando ratione discrepare uideantur, id ad materiæ diuersitatem esse referendum, quod idẽ de calore intelligi uolo; in quo distrahendo in naturas uarias, nonnulli nequicquam ęstuant.

Mos excludẽdi pullos apud Aegyptios.

Bombycis generatio.

Cardanus. Fernelius. Mirand.

Atq; hęc apertiora erunt, si uniuersè natura ignis, ortus, incrementum, uis multiplex in agendo, deniq; interitus cognoscatur. Nihil sanè tam specie multiplex, tam natura dissimile

Theophrastus de igne. Turnebus de calore.

simile. corpora omnia subtilitate vincit ipse vix corpus, ac prope à cõcretione secretus. inest ferè in omnibus, sese dat omnibus. lucidus est, sed natura eius occultior, vi validus, motu alacer, actione acer, ac viuidus. mouet, ac citat qcquid est sui particeps. omnia renouat, atq; restaurat, naturæ quidã quasi custos, ac tutor, artifex, & magister artium; pulcherrimus, & tñ olim fœdissimo Deorũ faber, velocissimus claudo. discretus, distinguens, & resiliens. deorsum pascens, sursum agitans, & acutè means. implumis euolat; liber euadit, quia leuis, & quasi sine iugi pondere. quicquid corporeum est, præter ipsum est. incapax pœnè mensuræ; cuius videlicet virtus, & actio, si fas esset, infinitè posset excrescere. occultã habet vim; sed nihil ipsi occultum insinuanti se in omnia. suam ipso splendore naturã cõtegit, sed detegit alienã; cum colores, & figuras corã oculis repræsentat. Iam illa vis q̃ admirabilis, qua inferiora euocat, atq; ad superiora attrahit, dum materiam laxat, atq; dissoluit? quid q consenescunt omnia, antiquantur, atq; deficiunt, quæ ignis virtute destituuntur? certè vnus amborum interitus est, & ingeniti caloris, & omnium nostrûm. latet quietus, sed lacessitus collisione se prodit. digerit, cõcoquit, agrestia mitigat. bellua tñ dictus immitis splendet, & circumuelatus est splendor, quia rursum ad secretum suæ naturæ finũ conuersus nostros subterfugit sensus. quid illo mundius, quo cetera purgãtur? quid perennius eo, qui rubiginem abstergit? nec, cùm effunditur, augetur, nec, cùm recipitur, diminuitur. in cœlesti corpore lux est. in proprio regno, ac sede non splendet, sed exul in terris. flãma est in aëria, carbo in terrena materia. tendit in conum, ac pyramidẽ, & ex ipso accẽditur mortalibus pyra. vibrantẽ emicat in linguam, tanquã suum vel decus prædicet, vel decorem; nisi fortè inexplebilem indicet edacitatẽ. quot scintillæ, tot astra, vel iacula in cinere, ac fauilla tectus, quæ reliquiæ sunt sui funeris, perennat. deniq; noster hic ignis cælestis illius quædam propagatio semper est habitus,

cuius

Gaspar Contarenus. *Cardanus.*

Ignis descriptio.

Herodotus.

cuius rei argumenta sunt specula ipsa incendiaria, & scaphia olim Vestalium triquetra, quibus fomes relatis radijs inflammabatur, ac purissimus excipiebatur è Cęlo.

Natura ignis vniuersè considератur. Est, inquam, ignis cœlesti corpori, vt in multis natura simillimus, ita loco proximus. occupat quaque versum, ambitq; sub Luna extimam Cœli faciem, latè per spatia circũfusus immensa, quę implet ea magnitudine, qua elementa cetera longè superat. nec quia ibi nostrum fugit obtutum, ideo fugit intelligentiã, etsi quidã eum inde deijciant quasi suspectum, ne fortè Cœli cardines obsidẽs flamma cuncta peruastet, ac Mundi mœnia subruat. verùm ꝙ in suo regno ignis delitescat, neq; se prodat, dignitatis est; ꝙ laxior, & solutior, libertatis; ꝙ secretus à ceteris elemẽtis, crassisq; corporibus, honestatis; quo fit, vt tutius ibi degat, & purius. magnum sanè pudicitię documentum: nẽpè purissimus est tandiù ille ignis, quandiù latet, quandiù quasi domi suę manet, quandiù simplex, & inornatus; contra cùm apud nos foris apparet, cùm materię tenacius inhęret, cùm luce se comit, impurus est. quãquam ita quoq; ratiocinari libet. supernè non splendet ignis, quia caret hoste, quia nõ vrgetur aduersis. nemo feriatus, & ociosus in nominis celebritate, ac famę luce versatur; qui actuosus est, clarus est. addo illud; vix quisquam in patria euadit illustris; foris quęrendus est splendor laudis, & glorię. tunc ardet ignis, cum velut è patrijs exulat focis, torret extorris. Sed quanã rõne fieri dicamus, ut ignis, qui mitis est in suo foco, nec nisi vitalis, apud nos feritatem quodammodo induat, apud homines inhumanitatem? ita ille plerumq; in domorum, oppidorum, vrbiũ vastitate grassatur, atq; in mortales ipsos excruciandos excandescit? materiam potius, ac nutrimenti genus incũsa. quẽadmodum .n. aquæ aliundè, q̃ à sua natura habent, vt congelascãt; ita ignis ex aliena materia, vt immaniter sæuiat. siccitas ipsa cos est, (vt sapientes loquũtur,) & lima caloris; hac ille acuitur, & explendescit; ita fit, vt non modò ex minimis initijs abundè pa-

Cardanus.

Cur ignis in sua sede non ardeat, neq; splendeat.

Cardanus.

Aristoteles.

pastus poene in immensum adolescat, sed peruincat omnia, atq; peruadat ea celeritate, quę volucrem quoq; hominis cogitatum anteuertere videatur. nobilissimũ .n. elementum cum sit, fortitũ est à Natura dotẽ æquè præstantẽ, vt ageret & vehemẽter, & expeditè. quãquã eadẽ prudens ita vires ignis attẽperauit, vt, quò est ille violẽtior ad inferẽdã perniciẽ, eò sit imbecillior ad propulsandã iniuriã. nam cũ multis aduersarijs sit expositus, reniti, ac resistere diu nõ põt, quin tandẽ extinguatur, atq; intereat. nimirum id fit ob materiæ paucitatẽ, quę cũ interdũ laxior sit, vis ignis dispergatur necesse est; ꝙ minimè accideret, si esset in sese constipata, atq; collecta. præterea cũ leuissimus sit ignis, cõstare non potest, euolare contendit ad supera, ꝙ dum aggreditur, dũ elabitur, simul intercidit, & euanescit, ac nimio patriæ sedis repetẽdæ studio incensus emoritur. illa ipsa, q̃ interea sibi excitat, pyramis, omen est mortis. ipse sibi rogus est, atq; fax. deniq; ex ipso cinis. quid mirum? cum ẽt ẽ sepulchris, ac patibulis nonnunquã existat; neq; .n. Regum tãtum, sed reorũ quoq; aliquando capita exarserunt.

Gaspar Contarenus.

Cur ignis facilè intereat

Liuius.

Conimb.

Tam facilè igitur cũ interire possit pulcherrimum elemẽtum, Natura parens varias rationes adinuenit, quibus ille ꝓpagari posset, & quodãmodo reuiuiscere. Liceat igitur primò contẽplari, vel in huius regionis occasu, ignis ortum. nõ vnum habet ille natalis genus; ne vel ad perniciem, vel ad cõmodum vna sit via. quid autem admirabilius, q̃ vt, cũ cetera elementa mutuum inter se quasi cõmercium habeant, neq; quidquã seipsum procreet, ignis tñ seipsum quodãmodo & gignat, & perimat. atq; in aliorũ quidem elementorũ ortu Natura sine nobis operatur; neq; .n. cum aquam fodimus, aquã efficimus, sed aquilegio tantùm eius venas aperimus, ac promimus, ignis verò nostra ẽt opera, atq; arte ꝓdit in lucem, qui tñ eripere possit nobis lucis vsuram: sed quam obscuras habet tã lucidum elementum cunas? fumũ videlicet; nisi hoc ipsum nobilitatis insigne dicamus, cuiusmodi

Ignis quot modis gignatur.

Theophrastus de igne.

Turnebus de calore.

apud

Ignis motu interdum accenditur. apud Veteres fumosę fuerunt gentis imagines. Neq; tantùm vnus ignis alterum parit; sed violentæ quoq; illius procreationes sunt. motus euocat in lucē, vis obstetrix est. ita rapidę procellę præsteres è nubibus elidunt, & fulmina. ita è ferro ignis existit, ac silice natura licet tenuissimus, sed quandoq; in strage mortalium durus, ac ferreus. cernere licet plūbeos globos è tormentis explosos, dū per aërem feruntur, liquefieri, sagittas incēdi, molas farinaceas inardescere, curruum axes ignescere, soleas equorum scintillare, aërem percussū, quasi missilium iaculis explēdescere. quid quòd & ex Leonis ossibus inter sese collisis ignis existit? ne quis miretur immanem belluā à Veteribus appellatum Ignē. ꝙ itē hederæ affrictu, lauriq; accidit; nēpè ignis in hoc ipso Vesuuio vineas, & laureatū vatē exussit; Nā quid ego dicā, hac ratione ex ipso homine ignem existere solitum, dilapsurū videlicet mox in cinerē? certè cōfricatum hominis brachium aliquādo exarsisse accepimus, ac sunt, qui se vidisse scribant quēdā, qui dum arctiorem interulam violenter exueret, flāmas ediderit ex dorso, & brachijs ēt cum stridore, domesticis demirantibus. Deniq; ꝙ maximum est, agitatus ventis, atq; iactatus halitus subterraneus in venas incidēs sulphuris, ac bituminis exardescit. Neq; verò agitatione solū, sed pugna ēt ignis excuditur; quippe halitus frigore obsessus nonūquā exardescit in flāmam; ita quādoq; incunabula sortitur ignis in castris, & mirè vitam auspicatur à pugna. In hac igitur palæstra rerum admirabilium exercet philosophia suos. quo in genere est illud in primis, ꝙ ipse religionis magister sapientissimus est demiratus; calcē aqua potius, q̄ oleo efferuescere; nimirum oleū, quia tenacius, ac lentius est, inhæret calci, ac fonticulum ipsum latentis ignis obducit; at verò iniecta aqua; & calcis particulas subeunte, primùm hæ interceptæ constipantur; tū ob conflictū humoris natura frigidi excandescunt. ex quo ēt intelligi pòt, cur incendia montiū noctù maximè flāmā ostentare soleant, interdiù fumum; nō modò,

Steph. Roder.

Ignis antiperistasi accēdi solitus.

August.

Cur calx aqua potius, quam oleo extinguatur

Gaspar Contarenus.
Cardanus.
Reinerus.

quia

quia Solis,ac diei luce præclariore minor obruitur;sed quia noctu halitus ille frigido cōpressus aëre, dum obsistit, atq; obnititur,ea lucta magis excandescit,efferuescitque. Sed nobiliora illa natalia sunt,quæ repetere potest ignis à nobilissimo Planetarum Sole; cum hic collectis in crystallo radijs, quasi pulcherrimam sui speciem contemplatus in speculo,purissimum accēdit ignem, cuius custos veteris Romę decreto Pudor esset,quiq; vel in cinere Immortalis appellaretur. contra verò quis in animum induceret, hoc ipsum elementum tam nobile,tāquam purum ex putri quandoq; materia existere posse? quanquā .n. cum præclusio spiritus interdum interimit, aliquando tñ calorem irritat, augetq; adeo, vt exardescat. ꝙ ita accidisse narrant. Columbinus fimus congestus erat in cumulum; cum repente ingens ex illo,nemine admouente facem,emicuit flāma. conflagrauit illico domus,ac plus detrimenti attulit innocēs, & simplex columba,quā auis illa,quæ à Romanis dicebatur Incendiaria,qua visa lustrabant Vrbem.nimirum cum halitus intra fimum respirare vix possent,vsq; adeo incaluere,vt flāmam sponte conceperint. & verò cum ad gignendum ignē plus caloris requiratur, quā fimus suopte ingenio postulat, quis neget præclusione illa ignē excitatum, ꝙ facilè fieri potuit motu,quo halitus,cum è cōfertim aggesto fimo egredi,atq; euadere non possent, in interiores repercussi partes aceruatim ferebantur, vt fit in fulgure, cū videlicet repercussu spirituum in nube ignis accenditur, ac fulgetrum exhibet. ac superiore quidem seculo simile quiddā accidisse dicitur. in Florentina enim naui frumento, lanaq; onusta, cum per Oceanum in Italiā tēderet in mari Hispanico,repente coaceruatis ex mercibus, situq; ipso nauis sese extulit flamma nullo igne extrinsecus admoto, arsitq; nauigium inter vndas; marina .n. aqua sua pinguedine nutrit potius, quā extinguit ignē,vt alibi dictū est. Cōstipatū itē fœnū cōpressū, atq; retrusum aliquando brumali tēpore concepisse subitò

Cur noctu flāma,interdiu fumus in incendijs appareat.

Ignis à Sole accendi potest.

Plutarchus.

Ignis accēsus ex putri materia.

Galenus.

Plinius.

Rainerus.

flãmã legimus; quò nonnulli putãt pertinere illud Maronis

In Georg. . . . . *nec tota claudes fœnilia bruma.*

ſicci enim, & calidi halitus conſtipatione in vnum coacti pugna frigoris exarſerunt.

Ignis aſpectus varij. His igitur natalibus tã varijs exiſtit ignis, ac propagatur; qui ſtatim, atq; in lucẽ editur, ſuam edit lucem. In materiã verò, ac fomitem, tam incenſo ſtudio fertur, vt eius quoque agendi naturam ſequatur variam; ſeque non vno ſemper vultu conſpicuum faciat. Proteum dicas. nam quæ ſpectra oculis non obijcit? quã non induit laruam? nec terrã tantùm, ſed vniuerſa hæc, quæ Lunæ ſubſunt ſpatia, oſtentis, ac prodigijs implet. enimuerò cum ſe ille crinitus comit in cœlo, tunc orbem terræ, multorum certè ſuſpicione, fœdat exitijs. cum caudatus apparet, non adulatur, ſed minatur. cũ philoſophico more barbatus incedit, ſeueritatem præfert. cum ſe protendit in trabẽ, non putatur fulcire imperia, ſed euertere. Ac modò acuitur in mucronem; modò vibratur in iaculum, modò exardeſcit in tædam, ſubijciendam Principum rogo. Tibiæ quandoq; ſpeciem refert, nec quaſi præcentor, ſed quaſi præco feralis exitij. Doliorum quoq; figura cernitur, veluti lymphatus. Hippeus dicitur, cum equum ſimulat iuba, omine quodã belli; Ceratias cũ cornu Martẽ videtur accendere. Iã præter hæc, & ſi quæ ſunt alia Cometarum genera, quã multa propiora nobis in aëre ſpectacula ignis edit? ſiue cum continuo tractu rubeſcit in facem; ſiue cum quaſi ſidera diſcurrunt porrectę in longum flãmę, ſiue cum ad oſtentationem quandã ſe acuit in pyramidem.

Plinius.

Zeno. Atqui licet ignis à Philoſophis dictus ſit ſapiens artifex, & magiſter artium, ab ijſdem tñ quandoq; Fatuus eſt appellatus, qui vel è paluſtribus locis, vel (etiamſi ignis ſit natura vitalis, ac viuidus) è ſepulcris nonnunquam emicat, & quaſi ludius, & errabundus circumcurſat. quid præterea illæ, quæ in aëre quoq viſuntur Capræ ſaltantes, nonne ignis, aut ludi ſunt, aut ludibria? at verò aliæ quædam formæ longè diſ-

pa-

pares; cum aut conuolutus in spiras, ac scintillas euomens dicitur Draco volans; aut militares acies in aëris cāpo videtur instruere, ac seipsum acuere in hastas, & iacula. deniq; non videtur ignis sibi pulcher, nisi aliquando Helenam se fingat in mari, vt videlicet sit illa insignis non modò incendijs, sed naufragijs. Iam ne longè abeam, in hac certè nuper fumida nube Vesuuij, quam varijs, & horrendis perstrinxit oculos spectris laruatus ignis? modò micantes districtus in linguas, modò ardentes curuatus in falces; coruscus in fulgetra, contortus in fulmina; Chimæræ simillimus nō modò monti, sed monstro, nisi quòd veris nos oppressit exitijs.

Atq; hæc de vario ignis ortu, aspectuq; sint dicta; nunc eius incrementa, vimq; in agendo multiplicem contemplemur. Adolescit ignis, ac vires accipit primò ex flatu, qui eū tanquā follis, & sopitum exsuscitat, & ardentem irritat. hinc illud physici Poëtæ. *Ignis vt adolescat.*

Lauricomos vt si per montes flamma vagetur
Turbine ventorum, comburens impete magno. *Lucretius.*

immane quātū sæpe ex paruis initijs, ex tenui scintilla exagitatus vehementi spiritu ignis excrescit. & sanè Aetnā ipsā certis quibusdam ventis flantibus magis exardescere accepimus, & id nuper in Vesuuio vidimus; atq; hanc ob caussā Vulcaniæ insulæ appellatæ sunt Aeoliæ, quibus ēt immanis ille gigas Typhoeus subiectus sit: ꝙ videlicet à Ventis ignis maximum capiat incrementum. sed adolescit ille in primis alimento suæ naturæ accōmodato pastus; hoc aūt est, quod aut aridum, rarū, aëreū; aut oleosum, ac pingue sit; quapropter ignis subterranei fomitem bitumen in primis, ac sulphur constituimus, quorum hoc facillimè concipit flāmam, illud diutius ignem ipsum seruat, ac fouet. Iam si adulto igni nitri, ac salis Ammoniaci societas accesserit, tum verò cōsequatur necesse est ille fragor, quo vix quicquam in Natura excogitari pōt immanius. Porro si vim ipsam ignis spectemus, atq; agendi rationē, firmior omnino est in solido cor- *Cardanus. Fallopius.*

pore, vt in ferro, ære, lapide; & quāuis hinc se minimè efferat, at latet intus, atq; arcetur; quę et caussa videtur, cur vbi aër est crassior, ibi æstus cōcitari soleāt acriores; quippe aër densior vbi semel incaluit, quantò tenacius calorē cōtinet, atq; arcet, tantò æstuat magis.

Ignis quot modis intereat.

Ignis non æquè resistit, atq; agit.

De interitu verò ignis quid dicam? an erit in humanis quicquā non obnoxium morti, quando ille ipse, qui & lucis est partus, & statim lucis parens tandē extinctus sempiternam sese abdat in noctem? Potest quidē ignis agere, quā vehementissimè, at æquè resistere, ac diuturnā obsidionē ferre non pōt; ita solerter omnia moderante, ac tēperante Natura. Neq; solùm ab aduersario interimi pōt ignis, aut pabulo destitutus interire, sed, vt animantibus quoq; accidit, nimio pastu oppletus, atq; obrutus suffocari, vbi respirādi facultas negatur. est quippe necessarius igni aër; tum quia hic in pastum illi cedit, tum quia, cum ignis ex nutrimento fumosam, ac fæculentam edat fuliginem, quæ ipsi haud parum officit, nonnisi purissimi aëris accessu opus est, qui fuliginem illam excipiat, abigatq;. hinc fit vt temperata ventilatio sopitum ignem exsuscitet, augeatque, contra nimia in perniciem rapiat. accedit, ꝙ frigidior aër volatilem, & errabūdum ignis calorē intro vi adigit, tuetur, ac dissipari vetat, quam ob caussā ignis in umbra uiuit, at fōte lucis oppressus interit. Sed quā non modò prodigiosum, sed miserum hoc genus interitus est, ut illud elementum, quo fit, ut spiritum ducere possimus, suffocatione pereat cum nimis abundè nutritur? nimirum tùm calor in seipso coaceruatus principium ipsum tabefacit, atq; elisu quodā, cōpressuq; interimit.

Cur ignis cinere seruetur.

hinc fit, ut ignis miro quodā modo suo uiuat in cinere, habet .n. ex eo (quippequi tenuis est, atq; laxior) respirationē quandam, arcet uerò ipsum ignem cinis, & cohibet, efficitq; ne circumfuso aëre opprimatur, cōtra si magna strue lignorum obruatur, cum prsus effluere nequeat, se ipsum elidat, necesse est; Sed quis hoc nō iure miretur, ardentem picem

aqua

aqua perfusam non extingui, sed oleo, quo nihil videtur ad excitandum ignem magis idoneum? quid ita? quia, si Theophrasto credimus, cum oleum tenuius aqua sit, facilius principium ipsum subire pōt, atq; peruadere. quamquā nōnulli etiā sapientes viri aliter persuasum habent, idq; potius oriri putant ex olei crassitie suffocante ignem. Ceterum hāc vim subeundi, ac penetrādi aceto maxime tribuūt; ꝙ tùm ob innatum frigus, tùm ob acutiores partes ad ignem interimēdum validius, quā aqua sit. Aquam verò ipsam etsi nonnulli tenuioris cuiusdā naturæ, ꝗ̃ oleū esse cōtēdūt, tñ nō desūt, qui putant eā, nō solùm, quia frigidum est elementum, aduersari ceteris ignibus, præter bituminosū, cum ēt feruens id agat, sed quia principiū occupat, & intercludit. quod si hęc ambo coniurent humidum, atq; frigidum, tunc multò vehementius dimicabunt, quippè contraria sibi aduersantibus exitium moliuntur. est igitur (inquiunt) & altera præter frigus caussa, cur aqua ignem perimat, nimirum quia sua illum crassitudine suffocat, quippe aërem remouet, sine cuius appulsu, ac ventilatione neq; flāma, neq; ignis ipse conseruari pōt; nisi .n. recens aër subinde affluat, & illabatur, emoritur breui; itaq; ipsa olei vis maior affusa illū extinguet. præterea sustentatur flāma, non à circunfluo aëre duntaxat, sed etiā ab halitibus, qui è materia, quæ cōburitur, ad externas partes vi caloris educūtur, quos cū aqua intercipiat, eorūq; exitum meatibus obstructis impediat, necessariò flammam opprimit; at verò aër neq; tantum obtinet frigoris, vt calorem extinguat, neq; tam densus est, vt eum suffocet; ad hæc quia humidior est, ac pinguior; idcirco ignem sustentat, ac fouet, ꝙ si vehementior aëris ventilatio flāmam interimat, id vel ex eo cōtigit, ꝙ licet ad tutelā ignis reqratur accessus, & reciprocatio frigidi aëris, qui fuligines ab igne ꝓdeūtes, cum iam deustę sunt, subinde excipiat, & aliorsum deflectat; tñ, si eas rursus flatus impetus violentior dissipet, atq; distrahat, flāmam omni pabulo destitutā extingui oportebit. Sed

Theophrasti opinio cur pix oleo extinguatur

Gaspar Cōtar.

Cur acetum validius in extinguēdo igni.

Galenus.

Scaliger.

Conimbr.

cur quædam incendia aquis non modò non obruuntur, sed magis inardescunt? nēpè ijs locis hoc maximè accidit, quæ bitumen continent, cuiusmodi sunt inter cetera Chimæra, Nymphęum, Hecla mons in Islandia, & hic Vesuuius; nec mirum cum id, ꝙ in aqua præsertim marina est crassum, & pingue, bituminosus ignis sibi ad nutrimentum quodãmodo exsugat, atq; exprimat. ꝙ aũt ignem huiusmodi aqua nõ obruat, ex viris doctis nonnulli caussam in fomite ipso constituunt; quippe cũ aqua bitumini non adhæreat, sed tanquã à re oleosa statim elabatur, & effluat, hinc fieri putãt, vt subsidens sinat attolli flãmam. Cur aũt Chimæræ ignis, qui nihil sibi ab aquis metuit, extinguitur fœno? quia hoc cõmiscet se fomiti, flãmamq; facilius supprimit, atq; obruit. sit hoc etiã in Naturæ prodigijs, vt cum ignis bellua existimata sit ab Aegyptijs immanissima, & cum non sine quasi taurino mugitu erumpat è terra, tñ non modò non alatur fęno, sed intereat. Eandẽ igitur ob caussam ignis ille, qui ex agro Iuhonum repente se extulit, tandem iniectis centonibus extinctus est; his .n. suffocari facilè potuit, quẽadmodum, & iactis lapidibus, quibus tanquã immanem feram appetierũt ignem; Sed quã inusitatum illud genus interitus in Actiaco bello? cum .n. Antoniani artificiosum ignem, qui naui erat iniectus, extinguere nulla ratione possent, cadaueribus tãdẽ interfectorum cruentis ingestis eum principiò sunt aggressi, & cecidisset res ex sentẽtia, nisi coorta ventorum vis vehemẽtior incẽdium pœnè sopitum iterum excitasset; sanie .n. tabe q; fluentes artus igni oppositi impedimento erant, ne flãma efflueret; ità viuida vis illius ignis pœnè interijt ab interemptis, & qui aqua peruinci non potuit, vulnerũ potuit cruore; Quod si animaduertissẽt hostes Christiani nominis, ꝑfectò in eius professores tã immaniter nõ sæuijssent. quid .n. tunc agerent, cum eos vulneribus conscindebant, audiãt *fluebat sanguis, qui persecutionis incendium restingueret*, cruenta .n. bonorum corpora, non tam oppressa impiorum furore

sunt,

Cur bitumẽ alatur aqua in primis marina.

Cur Chimæræ ignis extinguatur fęno.

Baccius

Varij modi quibus incẽdia extingui solita.

Herodotus.

Corn. Tacit.

Cur centonibus extinctus ignis,

Cur lapidibus oppressus ignis.

Cur cruenta cadauera ad extinguẽdũ ignem iniecta.

Dion.

S. Cyprianus.

sunt, quã ipsã repressérunt furoris flãmam. Ac proinde quis non videt, nihil opportunius, aut accommodatius accidere potuisse, quã vt flagranti Vesuuio Ianuarij cruor opponeretur? ac satis in secundo libro multis ostendi, quantũ in extinguendis incendijs cruor possit, vel ex eo, q contigit in ea pugna, quæ sub M. Antonino est à Romanis commissa cum Quadis. nã cum illi ab his arctius premerentur, Legio, quæ apud ipsos erat è nostra disciplina, quæ postea ab euẽtu Fulminatrix est dicta, precibus & fulmina euocauit è cœlo aduersus hostes, & genus quoddã ignis bituminosi cum imbri cõmistũ. ac tùm *licebat videre in eodẽ loco aquam, ignemq; de Cœlo labi; neq; imber iuuabat Barbaros, sed non secus inflãmabat, atq; oleum; ita vt infligerent sibi vulnera, quo ignem sanguine restinguerent.* siue, vt Physici putant, cruor ille recẽs effusus, & calidus meatus corporis aperiret, vt sulphurei, ac bituminosi halitus virus exhalaret, siue vt dulcedine sanguinis feritas mali mitigaretur, siue alia quapiam de caussa id genus remedij excogitarint. certè iccirco ille Ianuarij sanguis efferuescit, exæstuat tanquã recens è vulnere, vt bituminoso igni Vesuuij, qui ẽt aquis accenditur, præsentissimũ remedium opponatur. qua de re cum constare apud omnes sciam, non est cur plura dicam, nisi hoc tantùm, cetera omnia, quæ à Veteribus ad huiusmodi incendia restinguenda humana sunt arte, industriaq; inuenta, huic malo mederi nõ posse. quid enim? fœno nè, vt fit in Chimęra monte, reprimas eum ignem, qui (quãquam vmbratilis species illa fuit) fœno est visus accendi? ecqua verò fœni vis tanta voraginem hanc oppleat prorsus immanem? centones autem, ac laceros pannos, vt ab Iuhonum gente est factũ, inijcias? eos nè centones, qui ad miseros oppidanos tegendos vix sunt relicti? nisi spolia malis inijcere lacera nudatæ Campaniæ. At eundem illi ignẽ lapidibus aggressi sunt opprimere. quid? ijs ne vtemur, quibus Vesuuius ipse nos appetijt? ecqua vero funda tam immania, & enormia saxa librabimus, quorum fin-

Xiphilinus.

Ignis bituminosus sanguine vulneris extinctus cur?

Plinius.

Petrus Dam.

Corn. Tacitus.

Persarũ mos in precando.

singulis conuectandis non vnum plaustrũ est satis? Ac Persis quidem, qui ignẽ superstitiosè colebant, fuit in more positũ, vt aliquid rogaturi, ignem ipsum ad fluuium deferrent; tùm minarentur, nisi rem impetrarent, se illum in aquã proiecturos, ac demersuros. atqui Vesuuiani bituminis ea natura est, vt non modò aquas nõ extimescat, sed ab ijs vires accipiat. Quibus igitur præsidijs est vtendum? religione, vti antea dixi, atq; pietate. quibus fontibus hoc incendium restinguendum? lacrymis, & cruore. mira res. bitumen, quod marinis maximè aquis, ac salsis accenditur, lacrymis extinguitur; nã quid de cruoris vi dicam? cũ constet Aegyptios aduersus incendia colore tantũ sanguinis possessionibus illito se, ac sua munijsse. Nec ignoro à Veteribus *parietes incendiorum deprecationibus conscribi solitos*, quasi calamitas auerruncari calamo posset; *carmina item quadam contrà ambusta extitisse*, sed ista procul à nobis, atq; à literis nostris. auxilia quærimus, nõ piacula. conscripti potius ritè parietes sunt notis olim diuinitus acceptis, quibus & stetimus terra nutãte, & obstitimus igni grassanti.

Incendium Vesuuij quo modo extinguendum.
Sãguinis color aduersus incendia.
Epiphanius.
Parietes cõscripti aduersus incendia
Plinius.
Nicephor.

At verò qui physicè tantùm rẽ considerant, ita ratiocinãtur, vt credant, si immanis illa montis Vesuuij moles arte deijciatur, ac planitiei æquetur, fore, vt magna certè ex parte decrescat incendium. narrant Puteolos minus tremuisse, atq; arsisse, posteaquam putei multi passim effossi, respirante videlicet flãma, ac liberiore iã spiritu. quid igitur? reuiuiscãt Xerxis copiæ, à quibus, vt olim Athos, ita nunc Vesuuius effodiatur, quandoquidẽ hunc montem illi ob altitudinem à Sapientibus collatum esse video. Equidem non irẽ inficias hac ratione futurum, vt & subterraneis specubus, qui halitus igneos exceptant, venasq; materiæ ad incendium prõptæ continent, exhaustis, & forma illa montis difficta, quæ instar siphonis oblongi in immanẽ altitudinem cinerẽ exturbat, minus deinceps ignis sæuiat, nec tanto cum fragore se erumpat. ceterùm quis iccirco liber ab omni metu esset in poste-

An excisoVesuuio cessaret incendiũ

Georg. Agric.

posterũ? an non rursus è suo busto excitari Vesuuius posset, & minor certè renasci?cum & Puteolis superiore sæculo vis incendij montem extulerit nouum, & apud Gibium montẽ non multis ante annis, cum post terræmotũ,atq; mugitũ dirupto collis hiatu ingens flamma per plures dies exarsisset, eiecti cineres, & exturbati ingentes lapidum molariũ globi alterum iuxtà effecerint collem priore deleto. Quòd si omnino placeret excindi Vesuuium,& solo æquari,vt isti volũt, Annibalis consilio videretur vtendũ, qui Alpes peruias fecit igni,atq; has maximè pœnas psolueret meritò Vesuuius, vt qui vineas exussit, ac vinarias cellas oppressit, aceto feruido solueretur. Quãquam quid nõ efficeret vis ingens pulueris tormentarij, montis subiecta cuniculis? quid .n. tã firmum,tã celsum est,ꝙ ille sub terra clausus,atq; succensus demoliri non possit? ac certè mons ipse sulphur, salem Ammoniacũ,nitrumq; ad excidium sui abundè sufficit. verum,nisi fallor,Naturæ more considerato, tũ hoc incendiũ sopiendũ puto,cum fomes vel magna ex parte consumptus, vel collabentibus subindè intrà os voraginis molibus suppressus fuerit, nã & in extinguendis ædium incendijs iubent in primis ipsa ædificia dirui, & Iuhonum Ciuitas,vti dixi, erũpentem è terra ignem lapidibus obruit. nam aquis, præsertim si marinæ sint, oleosę,ac pingues,incendium,quod bitumen continet, potius alitur, & adolescit. Cum igitur tanta ignis in agendo varietas accidat ex materia, seu fomite diuerso, dicendum planè videtur, ẽt hunc subterraneum esse veri elementi partem,verũq; ignem,& cognatũ non modò vulgari, sed ẽt ætherio;nã ꝙ hic non patiatur interitum, mirũ nõ est; nempè aduersario caret in patria, & sua ibi se magnitudine tuetur;cumq; denso,crassoq; nõ insideat corpori, propterea non apparet, sed ita Regem elementorum quadam latebræ maiestate se prodit.

Quæ cum ita sint,nullam habet vim alterum illud, ꝙ subterraneo igni opponebatur, ne eiusdem naturæ, cuius est ẽt

Simon Port.

Andr. Bacc.

Agendi diuersitas in igne ex materia,non ex natura.

Loci diuersitas nõ variat ignis naturam.

Andr. Bacc. ætherius dici posset, ꝙ videlicet in alia regione sit natus, infera, ima, humili; quasi verò natalis loci vilitas impedimẽto fuerit illustrium & virorum gloriæ. sed age, quã dubium apud Sapientes ipsos, controuersumq; est, nùm Lunari orbi circumfundatur ignis? quanto æstu laborant ingenia in illius sede quærenda? Pythagorici quidem toti in eo versabantur, vt dignum nobilissimo elementorum locũ, stationemq; statuerent; negabant igitur terram habere mediũ in Vniuerso locum, cum igni potius tribuendum rati; terram verò ipsam aiebant more stellæ in gyrum moueri circa ignem, alteram verò terram sibi fingebant huic oppositam, quam idcirco ἀντίχθονα nominabant, quæ & circa hanc in orbem versaretur; quippe pręcipuum deberi locum dicebant rei pręstantissimę, ac tutissimum pretiosissimę; esse autẽ huiusmodi ignẽ, siue propter lucem, atq; splẽdorem, siue propter vim agẽdi prõptam, atq; validã; quãobrem medium Mundi locum, atq; ignis proprium Iouis custodiam appellabant; attẽdebant videlicet illi medium, ꝙ magnitudinis dicitur, potius, quam ꝙ naturę, vt Philosophi loquũtur, quorum alterum paribus ab extremo lineis continetur, alterum verò est id, in quo vis conseruatrix cõsistit, cuiusmodi in animali cor est, cui respõdet cœleste corpus, ꝙ cetera continet, ac tuetur; iuxta hoc igitur collocandũ erat ignis elementum, quippe mundi centrum definiti potius, quã definientis rationẽ habet, ac proinde terræ, quæ despicatissima est, tribui debuit. quãquam ea, quæ tunc à Pythagoricis dicebantur in hãc sententiã, inuolucra potius, & integumenta quædã erant, qui mos apud eos in ceteris rebus fuit; quippe naturalis calor à Sole, atq; ab alijs Stellis excitatus ad meditullium vsq; Mundi pertingit, omnia mira quadã ratione attẽperans, atq; conseruans; terram aũt appellabant Stellã, propterea ꝙ pro Solis ortu, atq; obitu, diei, noctisq; radix quędã sit, alterã verò terram intelligebant Lunã; vel quia Solis obsistit lumini, seq; interponit, quẽadmodũ tellus in ipsius Lunæ defectu, vel quia hæc terminus

Locus ignis ætherij.

Aristoteles.
Aug. Niphus

Pythagorici quid sentirẽt de ignis sede.

minus est Cæleſtium corporum, quẽadmodũ tellus eſt elementorum. Quòd aũt eam ignis ſedẽ ijdẽ Philoſophi Iouis Φυλάκιν. appellarint, non vnã video interpretũ eſſe ſententiam, nã alij Iouis thronum intellexerunt, ꝙ in igne maieſtas Diuinitatis inſideat, alij Theſaurum, ꝙ pretioſiſſimum inter cetera elementa ſit, nõnulli contrà Carcerẽ, vel ꝙ ignis magna ſui parte intrà terrę ſpecus ſit incluſus, vel ꝙ Manes impij igneo illo carcere coërciti teneantur; alij deniq; dici cuſtodiã putãt, cũ q̃a ignis vi caloris res ceteras tuetur, ac ſeruat; tũ quia in meditullio ipſo eſt, quaſi vndiq; vallatus, atq; munitus. Iàm Platonici varias intrà terrã regiones cõmenti ſunt; ſed Philoſophiam fabulãdo produxerunt in ſcenã. Nec defuit poſteà, qui ignem ex altiſſima ſede, & tanquam è patrijs focis exturbarit. Verùm & Pythagoras non iã quinquẽnale, ſed ſempiternum ſibi ſilẽtium indixit, & Platonicæ fabulæ obſoleuerũt. deniq; per Academias omnes purus ille, ac ſincerus ignis quaſi diù vagatus, per Peripateticos tãdem inter ipſas deambulationes conſedit, ac ſtabilem, certumq; locũ ſub orbe Lunari accepit. quoniã verò illę Naturę molitionibus admodum neceſſarius eſt, & apud nos, & ſub terris ipſis ardet; accenſus aũt fomite diuerſi generis vim, poteſtatẽq; non vnã exercet; atq; hic quidẽ, qui ſub terra latet, vt ſua ſorte gaudeat, ampliſſimam habet ſedem; ingentes .n. Natura ſub ipſa terra ſpecus effodit, ne oppreſſus intereat, illũq; nõ modò per occultos meatus, per vaporaria, per balneas multis in locis reſpirare ſinit, ſed quandoq; diffractis obicibus libero frui cœlo, per aëris ſpatiari cãpos, vimq; ſuã obſtupefactis mortalibus oſtentare. paſtum quoq; illi vberrimum, & gratiſſimũ ſuffecit, bituminis in primis, ac ſulphuris; adeò illa prouida rerum mater eſt omnium. Natalis igitur loci diuerſitas haudquaquã argumentũ eſt ignis natura quoq;, formaq; diuerſi; ſed vnum, idemq, elementum ꝓ materiæ varietate, cui commiſcetur, variè operatur.

Platonici q̃d ſenſerint de ſede ignis. Cardani opinio improbatur.

Cur ignis ſub terra nõ extinguatur.

Et quoniam hunc ignem ſub terra delitеſcere ſatis eſt ꝓ-

Quã ꝓfundè ignis delitescat sub terra.

batum, facilè quispiam curiosius quæret, quam profunda sit eius sedes, ac regio, quantis interuallis à nobis focus ille distet. quæ vt quæstio profligetur, Thermopoli, & quorundam aliorum Philosophorum sententia, quã cum de caussa effectrice incendij agerem, attigi, est apertius exponenda. Existimarunt .n. nonnulli, cũ mundi figura globosa sit, habeatq; principium sui motus, & caloris in ambitu, à quo ad centrũ Solis radij omnes vndequaq; ad perpendiculum simul in vnũ conueniunt, & colliguntur, effici necessariò, vt meditullium locorum omnium, quæ in hac rerum vniuersitate sunt, calidissimũ sit. quandoquidẽ nullibi vnquã, sed ibi tantũ sẽper adsint ꝑcipuæ caussæ caloris, siue radiorũ directiones, vt vocant, statuantur, siue mora, siue repercussio, eorundẽq; collectio. diriguntur .n. oẽs in proprium terræ centrum per rectos angulos in sese collisi, quo feruorẽ excitari maximũ, atq; ignem ipsum concipi necesse sit, non secus, atq; è caui speculi cono, prodigioso Archimedis inuento, quo durius sæuitum est aduersus hostes vitro, q̃ ferro; & lucis vsura non alijs armis erepta, q̃ radijs; ita coẽunte in meditullio terræ calore, cũm hæc siccior natura sit, facilè ignẽ concipi posse rentur; neq; verò his obstare, ꝙ superficies lõgè à centro discreta sit, cùm exigua prę cæli magnitudine tellus puncti instar vix appareat. igitur queadmodum si in ingentem caminum granũ inieceris, nihil impediet, quo minus statim imas eius partes penitùs subeat calor, ita in illud terræ centrum putant radios Solis ardentis posse peruadere, cumq; eorum collisio sit perpetua, & calor ille ab æthere manet, mirũ non esse aiunt, ꝙ pabulo ibi minimè indigeat; sed ex sese constet, ac perennet; porrò ex illa sede ima flagranti, tanquã per vaporaria, quibusdam in locis euolui fumum, atq; fuliginẽ, eiectari ignem; & quanquã calor ille in suo foco vehementissimus est, retundi tñ, ac premi graui mole telluris, nisi meatus & cuniculos inueniat, per quos expiret, aut erumpat; atq; id eo exemplo docent, vt quemadmodum in Thermis hypocau-

Thermopolii & aliorum quorundã opinio de loco ignis sub terra.

cau-

cauſtum eſt, à quo tanquã à prõptuario per tubos, & epiſtomia calor ſub ipſis hortis ad omnes ædium partes defertur, ita inteſtinus ille ignis à meditullio terræ transfuſus, atque delatus, & aquas efferueſcentes reddat, & inuenta materia, qua abundè paſcatur, auctior fiat; tùm carceris anguſtias minimè ferens terrã feriat, ac ſæpe diffractis montium clauſtris euadat. Sic iſti philoſophantur, à Thermopilo non multũ diſcrepantes, qui non in ipſo terræ centro, ſed in ſuperioribus locis, ac Thermis radios Solis coire dicebat, ibiq; ignẽ excitari. Atqui hæc ſententia, quæ incendiarium facit Solẽ, pleriſq; Sapientũ frigidior eſt viſa; negant .n. vel Soli, vel Aſtris tantã ineſse vim, vt duriſſimã terræ molem radijs poſſint infringere, ac penitiſſimũ eius centrum peruadere, præſertim cum ij, qui plantarum naturam diligenter cõtẽplati ſunt, triginta duùm tantùm pedum altitudinem radiorũ calori peruiam eſse fateantur; neq; verò illi loca infera, atq; ima incẽdere poſsent, niſi ẽt multò acrius agerẽt in ſuperiora; in quibus tñ viriditas eſt herbeſcens. nã ꝙ de cauo ſpeculo dicunt, longè alia ratio eſt; cùm terra neq; διαφανὲς corpus ſit, neq; cauum, ſed globoſum; quãobrem diſpergi potius, ac diſſipari radios oporteret, q̃ coire, atq; cogi. quid quòd ætherius ille calor mitior eſt, atq; blandior, q̃ vt huiuſmodi incendia tam immania parere queat? Id cum alij viderent, ita ratiocinati ſunt, vt illam quidẽ tam enormem ad centrum vſq; diſtantiã non probarent, aliquod tñ mediocrius interuallum excogitarent, quanquã & hoc ipſum enorme. itaq; vir quidam doctus in primis, qui de Patauinis balneis nonnullis ante annis ſcripſit, numerat à ſuperficie telluris ad eum vſq; focum triginta millia paſsuum. ſic .n. ille philoſophatur. cum puriſſima tellus, & maximè ſincera in centro ſit, ac propterea vis eius, quæ frigore continetur, ibi maximè vigeat, profectò is locus igni à Natura tribui minimè potuiſse videtur (alia .n. ratio eſt de igni, qui infernè Manes impios diuino nutu adurit) rurſus neq; telluris ſuperficies locus eſse potuit igni ac-

Ludou. Sept. Andr. Bacc. Reinerus.

Theophraſtus de plantis.

Io. de Dõdis opinio confutatur de loco ignis ſubterra.

com-

cōmodatus, cum inde arbores existant, ac plantæ. ea igitur regio, quæ interiacet media, huius, inquit, est ignis hospitiū, seu conceptaculum. sed hęc ita sunt acutè dicta, vt facilè eodē argumento, quo superiora, retundi possint. sic .n. vrgeo, cum ille existimet ignē huiusmodi à Sole, atq; Astris accēdi, quì poterit vis radiorū tā altè exardescere, quin plantarū, & arborum fibras, quæ primò se offerunt, prorsus exurat? aut si statim initio illis vis tanta non inest, frigidanè terræ moles hanc in itinere pręsertim tam longo, tamq; difficili præstabit? in quo debilitari potius, atq. frāgi necesse est. Ego verò & hæc incendia à Sole, atq. Astris proximè excitari iā antea negaui (quāquām non inficior cœlum horū inferiorū caussā à Philosophis dici cōmunem) & longius q̃ passuum triginta millibus, quibus ille ignem à nobis distare putat, absum ab ista sententia. Quòd si inter seria ludere liceret, consulendū hac de re dicerem, si excitari posset ab inferis, Dionysiodorum illum Græcæ vanitatis exēplū. fuit is Geometrica sciētia nobilis, cui, cùm diem obijsset suum, funus propinqui duxere; cumq; paullò post iusta peragerent, inuenisse dicūtur epistolam ipsius Dionysiodori nomine ad superos scriptam, in qua narrabat, peruenisse se à sepulcro in infimam terram, esseq; eò stadiorum quadraginta duo millia; quod variè interpretati postea Geometræ sūt. hic igitur existat, ac dicat quātis interuallis à montium vertice ignis ille penitus abstrusus, & abditus distet: vel certè Alcyoneum illum, qui Vesuuio subesse dicitur, gigantem interrogemus; vel si fabulas minimè sequimur, Pandulphum potius, & Ioannē scelestissimos Principes eò cōiectos. Sed his omissis, equidē hunc ignē ibi latere crediderim, vbi fomes est. atqui ex huius montis radicibus incendiarij olei scaturigo est; adde mare ipsum, quo radices alluuntur, quod, vti diximus, fomitem subministrat. quāquam cum sua viscera Vesuuius sæpius euomuerit, ac tātum egesserit materiæ, facilè existimauerim in imum quoq; dehiscere specus ingentes, quibus nuper tantam vim fluctuū

Plinius.

Philostratus.

Petr. Dam.

resor-

resorbere potuit, ac proinde ignem quoque altè defossum exardescere. Non ignoro quemdam è Sapientibus olim ita philosophatum, vt putaret, *Aetnæum ignem alibi alimentum, in monte viam habere.* mihi certè dicendum videtur, & è cõmuni illo prõptuario, quod sub terra esse Plato, alijq; multi senserint, hunc ignem existere; & sub ipso etiam Vesuuio educari, atque enutriri, cùm sulphure, tùm bitumine, inprimis eo, quod instar olei è petris emanat; adeòq; ignem non modo hic viam habere, sed pastum. Et quoniam de subterranei loco ignis agimus, quæri & illud potest, vbi nam ille ignis, quo multi fontium concalescunt, lateat; quippè alij ipsum sub cuniculis recondunt, alij in his collocant. video inter doctos rem esse controuersam. ego illorum sententiæ facilè acquiesco, qui, cum aquæ nullo sulphuris, ac bituminis aut sapore, aut odore se produnt infectas, tùm ignem, ac fomitem ipsum sub cuniculis delitescere putant; ac longinquitatem, vel viciniam tepore, vel feruore aquarũ ipsarum significari.

Senec.

Locus ignis balneas calefacientis.

Empedocles
Vitruuius.
Georg. Agr.

Apuleius de Mundo.
Reinerus
Fallopius

Atque hæc de forma, de vi, naturaque Incendij, de loco item eius ignis, ac regione dicta sufficiant. vellem nunc rem totam breui definitione complecti; sed quì potero Incendium, Vesuuij maximè, definire, ac circumscribere, quod longè, latèque diffuso cinere nullam regionem, nullos fines sibi præscribit? conabor tamen. Est Incendium quædam ingens è terra ignis eruptio; dũ siccus, & calidus ipsius terræ halitus siue frigoris lucta, siue motu, atque agitatione concitatus, attritus, tenuatus, atque laxatus ignescit, atq; in fomitem diù collectum, præsertim iuxta mare, in venas, inquam, sulphuris, ac bituminis incidens, ventis quoq; quasi follibus intra specus ignem ipsum exsuscitantibus, materiam promptam succedit, eamq;, vt ex angustijs euadat, perruptis obicibus cum impetu extrudit. sed dicam, si libet, etiam concitatius, atque ardentius. Est Incendiũ prodigiosus quidam Naturæ partus nõ sine ipsius horrore; qui ita in lucem

Incendij definitio, seu descriptio.

editur, vt diem ac Solem eripiat, metumque incutiat noctis æternæ. ita omnia digerit flamma, vt confundat, ac redigere videatur *in Chaos*. pascitur quidem ille ignis pingui bitumine, sed extabescentibus interim macie mortalibus ob mœrorem. non satis constat vtrùm monstrum illud horrendum ostentare Natura velit, an tegere; dum vel caliginem tetram obtendit, vel flammam, ac fulgetra prætendit. perit pœne Natura, dum parit. testor eos, qui olim, in tanto vulnere patriç, miro remedio, ad Patroni sanguinē cōfugisse dicuntur, *cū rerū Natura periret*. contremiscit ingenti motu terra, dum parturit. perstrepunt è monte quandoque tubæ more castrorum in lucta elementorum, in luctu mortalium. horrescunt igneæ formæ gigantum; nec tamen montes mōtibus aggerantur, sed potius mons vnus consumptus Incendio fit depressior, atq; humilior, consequitur immanis in cœlum lapidatio, quæ recidat in terram, inque hominum ipsorum capita. hoc est in genus, nisi è lapidibus ortum, durum certè, atque præfractum. vnius loci cinere fit sæpe bustum non vna pars Orbis. pallescit illo cinere Sol, squalet cœli facies. viuis adhuc nobis, & videntibus supernè puluis inijcitur, vt tumulemur: conclamatur quodammodo illo fragore, illo murmure emortuis, & combustis agris. parentatur illius flammæ funalibus oppidis, atque vrbibus consepultis. denique illud Incendium aut imago quædam est Mundi vltimò collapsuri, ac deflagraturi, aut argumentum diuinæ seueritatis hoc idem præmonentis, sed illud tantùm quoquo modo ferendum, quòd Incendium huiusmodi ideò vastat agros, vt vestiat; ideò cinere tumulat, vt reuiuiscant:

Dio.

Acta Ianuarij.

Dio.



10.

IO. BAPTISTAE MASCVLI

DE INCENDIO VESVVII

Liber Sextus.

Qui est

De Fine Naturali ignis subterranei.

AD PETRVM ALOYSIVM CARAFAM.



Aturæ nunc caussam, & patrocinium, libenter suscipio, quæ hoc tempore sinistra deflagrat fama, nõ minus quã Vesuuius flamma. videtur .n. illa nouercale velut odium exprompsisse, cũ exitiosum hunc terris, ac mortalibus ignem eduxit, quasi fraude quadam, doloq; tãdiù tectum, quem Cãpaniæ vastitas, quẽ Italiæ consternatio est consequta. mihi contra illud propositum est ostendere, huiusmodi ignem, atq; incẽdia Vniuersitatis vtilitati, ornamentoq; seruire. quid tam à vulgi opinione alienum, ac remotũ dici potest? quæ si apud imperitos, atq; indoctos à me haberetur oratio, næ ridiculus videri possem; cum verò ad eum scribam, qui de Natura in Lyceo sæpissimè, ac sapientissimè disputauit, confido fore, vt pondus sint habitura, quæ dicam.

Principiò nemini dubium est, qui sit in philosophia versatus, quin nihil temerè, ac fortuitò Natura moliatur: neque verò alium illa ꝓpositũ habere dicenda est finẽ, quã ꝙ commodum, pulchrum, consentiens, & cõgruum sit dispositioni rerum; quæ sic intelligitur, vt pretiosiora, & viliora inter se discernãtur, in quorum interuallis, ac proportionibus totius Vni- Naturę finis in rebus cõmodũ Vniuersi.

Vniuersitatis ordo consistit; verùm, quæ vulgo habentur vilissima, singula exquisita quadã sunt ratione constructa, quẽadmodum, & illa, quæ pretium habere censentur. rursum quædam dum sola spectantur, minus speciosa quandoq; videri solent, quæ in ordine tñ toto tam sibi, q̃ ceteris aptissimè consonant. ea res videlicet impulit illũ, qui à sapientiæ magnitudine dictus est τρισμέγιστος, vt quasi Harmoniã quãdam in Mundo existere diceret, quẽadmodum .n. in cantu ex diuersarum vocum moderatione concentus quidã efficitur, sic rerum Vniuersitas ex inęqualium, ac dissimilium cõsensu, & varietate sibi cõcinere videtur; quapropter Pythagoras prædicabat, Mundum ea temperatione cõpositum, q̃ postea Lyra est imitata, qua similitudine alij quoq; Sapiẽtes vsi sunt, qui præcentorẽ quendam, & quasi chori magistrum in hac rerum inter se nexarum chorea Deum fecerunt; quin ẽt è nostris Augustinus Mundum carmini similẽ dixit; quod longis, ac breuibus syllabis cõcinnè, numerosèq; cõponitur. Sed multò ante ab Heroicis vsq; tẽporibus ille, qui nõ magis ad fabulam, q̃ ad veritatem, ac naturæ significationem carmen accõmodauit, Orpheus in hymno, quem in Apollinem scripsit, de Mundi, ac rerum temperatione, atq; consensu sic cecinit;

Mundi concẽtus ex diuersitate.

Philo. August.

Orpheus in hymnis.

Αρμόνιῃ κεράσας παγ κόσμιον ἀνδράσι μοῖραν,
Μίξας χειμῶνος θερεός τ' ἶσον ἀμφοτέροισιν,
Εἰς ὑπάτας χειμῶνα θέρος νεάταις διακρίνας,
Δώριον εἰς ἔαρος πολυηράτου ὥριον ἄνθος.

hìc aliquis, q̃ tu mihi citharã memoras? inquiet, quẽ cõcentum in hoc incendio, cuius horribilis fragor Italiã oẽm exterruit? q carmen accinis in tanto luctu mortalium, atq; gemitu? nisi fortè nęniam aliquam ad Campaniæ bustum. quẽ habet locũ Lyræ sonus, aut citharæ in mugitu Vesuuij, quo consternata Parthenope Siren Lyram abiecit suam? audio, nec tñ impedire dixerim suauissimũ Mundi cõcentum; quo tãdẽ modo? subijciam oculis imaginẽ satis ad rem accõmodatam.

Mira species Mũdi instar Lyræ obiecta Seuero Imper.

datam, & sanè iucundam, quam Veteres narrant: Arsit aliquando, Seuero imperante, Vesuuius; at ille paullò ante, quam ad fastigiũ eueheretur imperij, videre sibi visus est tanquam excelso quodam, & illustri de loco Orbẽ terræ vniuersum sibi subiectum, Regiones, Prouincias, Vrbes, Insulas, tum Oceanũ vndiq. circumfusum; terram verò ipsam alibi herbis, arboribusq. vestitam, alibi desertam, atq. horridam, tũ camporum spatia, decliues vallium sinus, supercilia montiũ, quorum nonnulli immortalẽ euomunt flãmã vt Chimæra; alij interdum, vt hic Vesuuius, quę omnia cũ Seuerus curiosè spectaret, repẽtè Orbis ille terrarum tam amplus miro quodã modo in sese colligi visus est, ac formam induere instrumenti musici, cum clauicula, iugo, neruis, ac reliquis partibus; quò spectaculo cum Seuerus obstupuisset, vidit tradi sibi à Genio plectrũ, ac iussũ eo Lyram illam tẽperare, ac moderari, tãquã eadẽ ratione, atq. arte, qua musicum instrumentum disparibus, & contrarijs sonis ad iucundissimam emodulationem aptatur, esset ipse mox Orbis terræ moderaturus imperium, vt videlicet esset pro clauiculis citharæ clauus Imperij; pro iugo, illud, cui gentes, nationesq. subijciendæ; pro plectro deniq. sceptrũ. quid hac specie, atq. imagine ad rẽ nostram esse potest accõmodatius? etenim, cum hoc deinde imperante, & hanc Mundi Lyram tractante, Vesuuius nõ modò exarserit, sed tantum ẽt mugitum emiserit, vt, qui Capuæ tunc morabatur Dion, à quò hæc ipsa narrantur, eò audito exhorruerit; quis est quin fateatur horribilem illum ipsum Vesuuij conflagrati fragorem, atq. mugitum, neq. absurdum esse, neq. absonum, vt vulgus putat, modò Vniuersitatis ratio habeatur. Sed his prætermissis, autheritatum, ac rationũ momenta pendamus.

Xiphilinus

Extiterunt sanè non pauci, qui se se mirari dicerent, q Mundum hunc Naturã, ex rebus inter se dissidentibus, atq; pugnantibus constituisset, quibus potius fieret, vt ille in interitum rueret, quam incolumis consisteret. perinde,

In ipsis contrarijs commodum Vniuersi spectat Natura.

quasi non item Resp. ac Ciuitas optimis institutis, ac legibus temperata ex vario genere hominum constet, qui ætate, moribus, dignitate, fortunis, ac rebus alijs multis differant; aut ars, quæ Naturam ipsam imitatur, hunc eundem morem non seruet. Si quidem, præter ea quæ de Musicis diximus, pictura coloribus non modò varijs, sed contrarijs sic vtitur, vt illa temperatione accõmodata exemplari effigies existat, quod idem multis quoq; artibus vsu venit. nimirum hoc illud est, quod apud Heraclitum legimus, qui Σκοτινὸς est dictus. *crispa, & minime crispa vnà vinxeris, consentiens & dissentiens, consonans, & dissonans, vnũ etiam ex omnibus, omniaq; ex vno.* Itaq; Vniuersi coagmentationẽ quadã attemperatione principiorũ sibi aduersantium inuicem Natura digessit; quæ tamen omnia conspiratione admirabili, ac fœdere cohærentia astrinxit ad consensum, mutuumq; commercium. Ipsammet tellurem intueri licet omni genere stirpium fruticantium conuestitam, largissimis abundantẽ aquarum scatebris, vestigijs animantium tritam, omnia tempestiuè proferentem ex se se, vegetantem, & tanquam hospitali excipientem sinu; quæ cum innumerabiles proferat formas, ab ijsq; tam variè afficiatur, nihilominus tamen indomita quadam vi pollens, nec senectute extabescit, nec crebris, atq; ingentibus cõcussa motibus prorsus atteritur, nec eluuionibus, nisi aliter summus iubeat Imperator, absorbetur omnis, nec deniq; incendijs exusta ita consumitur, vt è busto ipso, ac cinere non eliciat herbescentem viriditatem, non reflorescat, & quodãmodo reuiuiscat. Quæ cũ videret is, qui de Mũdo satis ornatè scripsit hoc est, περὶ κόσμου κοσμίως, siue Aristoteles, siue potius Posidonius Stoicus, aut Nicolaus peripateticus, aut alius quispiam, affirmare nõ dubitauit, illa, quæ exitium, atq; interitum Mundo videntur afferre, eius potius incolumitati, ac stabilitati seruire; Siquidem cum terra concutitur, dissiliunt, atq; difflantur interiecti spiritus, respirandi viam per partes effractas, dissipatasque nacti,

Arist. de Mundo.

Eadẽ habet Apuleius

Cur Natura Profert incendia.

nacti; & cum imbribus abluitur, quæ virus olebant, vitia eluuntur; cum autem à ventis perflatur, & quæ supra, & quæ infra sunt pura redduntur. cōflagrationes verò (quod maximè ad rem institutam, ac propositam facit) id, quod concretius est terræ, atque crassius, concoquūt, quēadmodum contra glacies, quod inflammatum est, attemperat, ac remittit: Iam singularum quidem rerum aliæ oriuntur, aliæ vegetantur, aliæ occidunt, pubescunt, aut senescunt, neq; enim hæc Vniuersitas vnam tantùm ostendit faciem: hinc Vertumnus ille, quod simulacrum quoddam Mundi versatilis fuit, diuersas induere formas est dictus, ad quem elementa, vegetabilia, bruta, homines, atque horū vitam, moresq; referebant; penes quem vis esset eorum maximè, quæ infra Lunam sunt, cardines vertendi; re autem vera summi conditoris, ac Principis id muneris est, hanc molē certis legibus temperare, atq; alterno vel ortu, vel obitu, vicissitudine, ac reciprocatione admirabili dispensare; Itaq; cum eluuiones, incendia, terræmotus, hiatus, ac cætera huiusmodi, quæ magna Natura videntur, accidunt, ad rationes nunc pugnæ, nunc fœderis, ac motus, vt Peripatetici loquuntur, pertinere dicendum est, quorum sit in ipsa Natura principium; cum interim ortus quidem compensent grassantes interitus, rursumque interitus rerū leuent ortus exuberantes, ac redundantes; vna verò ex ijs omnibus incolumitas conflata permaneat; ac rebus inter se se ex aduerso pugnantibus, obnitentibus, ac modò cedentibus, modò superantibus Vniuersitas integra, ac numeris omnibus absoluta persistat. Igitur, qui Naturam accusant, ij similes mihi videntur Populis, qui apud Atlantem sunt; est aūt hic mons vnus ex ardentibus: incolæ cum primùm Solem orientem vidēnt, contra quam aliæ ferè Nationes facere solebant, quæ tum eum adorabāt, diris potius, atq; execrationibus omnibus detestabantur, quod eius calore torrerentur agri, sitirent herbæ, ferueret regio; nec tamen Sol præstare beneficia mortalibus cessabat, ijs quasi contume-

Boccaccius.

Solē orientem qui execrentur.

tumelijs irritatus, quod de ceteris astris aiebat ingeniosissimus Augustinus, quæ astra licet apud Mathematicos multa infamia laborent, qui ab ijs incommoda, & calamitates omnes accersunt, tamen perenibus defluuijs, ac luce pulcherrima, atq; vitali terras irrigare non cessant; & cum tãquam oculi quidam è cœlo terrarum orbem despectent; carent auribus, surda quodammodo probris, & contumelijs sibi illatis. Et sanè quis est, qui, cùm in ceteris rebus Naturæ siuè consilium, siue beneficentiam, ob magnitudinem commodorum, quæ percipiuntur ex Cœli temperatione, & fœcunditate terrarũ, satis apertè cognoscat; cùm Solis, Lunæ, siderumque omnium distinctionem, varietatem, ordinum æquabilitatem, atque motus, contemplatur, in illis quidem parentem, in h s verò Incendijs nouercam appellet? certè quam rudis esset, ac vecors, si quis celeberrimam Xerxis Regiam fuisset ingressus (quoniam cum hac video Mundum à Sapientibus fuisse aliqua ratione collatum) quam ille Susis, & Ecbatanis extruxerat magnificentissimam, septam ambitu, auro, electro, eboreq; fulgentem, cùm vestibulum fuisset admiratus, atq; atrium, deinde aulam auro pictam, ac ceteras denique Regiæ domus partes cum voluptate suspexisset, tandem cùm in focum, & caminum oculis incidisset, cuius vsus necessarius est ad res plurimas, hîc tantùm Architectum reprehenderet; atq; contenderet, totum opus futurũ fuisse pulcherimum, nisi caminum quoque excitasset, horrentem videlicet fuligine, atque fumo; immortale quoq; illud dici potuisse ædificium, nisi focum haberet squallentem cinere. quòd si minus sani hominis hæc reprehensio videretur; non minoris insaniæ erit, Naturam, quæ hanc Vniuersitatem tam affabrè, atq; eleganter est architectata, eo nomine reprehendere, quòd quendam quasi Orbis terræ focum ad vsus plurimos accommodatum in ipsius terræ penetralibus excitarit. An verò cetera Mundus habebit omnia perfecta, & congruentia, præter hoc vnum

August. in. in Psalm.

Mũdus collatus cum Xerxis Regia.

Arist. de mundo.

commune igniarium? Ego verò cũ alia, ratione, & sapientia constituta esse censeo, tum hoc maximè; tanta enim rerum omnium, ac tam consentiens, conspirans, continuata cognatio cogit hoc etiam à Natura cõgruenter, aptèq; dispositũ fateri. Quid quòd nisi illa sulphuris, bituminisq; congesta tot sæculis colluuies emergeret è terra opportunè, aliquod multò immanius, atq; tetrius mali monstrum incumberet, & commune Patriæ exitium immineret? quippe cum halitus ille subterraneus, incensus, & inflammatus clausos obices, ac repagula perrumpere, atque perfringere, non posset, vniuersa Campania terræmotu funditùs desideret, cuius soli naturam non nemo è Sapientibus contemplatus, hanc Italiæ plagam, quæ sub immensis specubus tantam vim sulphuris, ac reliquæ materiæ ad Incendium aptæ contineret, affirmare non dubitauit, nisi tot spiramenta essent, quæ in Puteolano tractu, atq; Aenaria insula videmus, facilè fieri posse, vt tandem horribili aliquo hiatu diuulsa, atque discerpta tellure reforberemur. Dicendum igitur omninò est, hæc ipsa ceteris inter se concinentibus Mundi partibus congruenter accinere. Neque verò hæc omnia sine summi Imperatoris nutu, atq; consilio agi, arbitrari fas est; quamobrem sapiẽter idem, qui de Mundo scripsit, affirmauit, videri sibi hæc, quæ in natura accidunt, admodum similia iis, quæ belli tempore inter homines fiũt: etenim, statim atq; classicum exaudiri in exercitu cœptum est, videas alios sibi aptantes scuta, alios inducentes loricam, hos ocream, vel galeam, illos balteo, gladioque se accingere festinantes; rursus videas, qui frænatos equos admittant, qui currus ascendant, tesseram per explicatam aciem prodant, deniq; ad stationem quisque suam se recipit, cùm interea sub vno ductore omnia moueantur, qui & ipse à summo Imperatore accepit quæ militibus iussa significet, atq; hanc ait ille imaginem quamdam esse eorum, quæ Vniuersitati contingunt; cum enim ab vna vi, potestateque cieantur omnia, fit

Camillus Napph.

Ordo militaris quidã in rerum vniuersitate seruatur.

sit vtique quod cuiq; parti consentiens est, conueniensq; Naturæ. Neque verò si harum rerum difficilis ad cognoscendum ratio est, idcirco peruersa, atq; confusa dicenda est administratio illarum. qua propter neq; cum terra mouerit, aut discesserit, neq; cum imbres pter solitũ ruentes diluuium terris intulerint, neq; cum excursiones vndarũ, recessusque tum continentes mari obruerint, tum rursus maris alueos adiecerint continentibus, neque demum cum Incendia, conflagrationesque aut supernè delapsæ partes terrarum exusserint, aut è terra erumpentes igneo torrente grassatæ fuerint, id sine summo consilio factum, & prouida quadam ratione dicamus oportet; cùm ita natura rerum postulet, vt ea quæ infra Lunam sunt, ortus, atque interitus reciprocatione administrentur; Nec tamen interitum ipsum primò Natura spectat, sed procreationi rerũ, ac propagationi studet, q̃ alterius rei occasum cõsequitur; Sapienter igitur, vt solet, Aristoteles Naturam dixit, ac Deum nihil frustra moliri, quasi illa ideò nihil incassum agat, quia nimirum diuinæ Sapientiæ nutu regitur, atque ducitur. prouidit igitur quasi æmula immortalitatis Natura, vt quæ ab interitu vindicari non poterant, propagationis beneficio seruarentur, ita singulæ quæque caussæ ad propinquum sibi finem tendunt, atque aspirant. ignis enim se se propagat accensa, inflammataque materia; corpora verò Cœlestia, quia vniuersales caussæ sunt, non vnius tantùm, sed omnium, quà licet, perennitatem, & cõmune commodum quodammodo spectant; quapropter totum hunc sublunarem Mundum complexu suo coërcent, perpetuo motu circumflectuntur, ac defluuijs velut irrigant, vt sibi subiecta, qua possunt, rõne tueantur.

Arist. 1. de Cælo c. 4.

Possem hæc disputare pluribus, atque in rebus singulis Naturæ beneficentiam prædicare, tùm ea, de quibus illam accusant, facilè diluere, sed mihi propositum est tantùm ostendere, ignem nõ modò sub Lunæ globo debuisse collocari, ætheriũ inq̃ illũ, sed infra ceteris partibus eius

semi-

femina dispergi. Quid enim tam necessarium, vt hinc exordiar, propagationi, & conseruationi rerum, quam calor? sic enim se res habet, vt omnia quæ aluntur, & crescunt, contineant in se vim caloris; qui quandiu in nobis est, tandiù viuimus, ac spiramus; quo extincto, occidimus ipsi, & extinguimur. neque.n. alia censenda est natura innati caloris, ac ceterorum. quid? uenæ ipsæ in nobis, atq; arteriæ nonnè micant semper igneo quodã motu? q animaduertere facilè licet in corde animãtis recens euulso; ita enim mouetur, ac palpitat, vt imitetur igneam celeritatẽ. quid tellus ipsa? nonnè caloris tẽperatione metalla, cetarasq; res gignit: Est igitur calidũ hoc, atque igneũ ita in omni natura fusum, vt in eo insit procreandi vis, & caussa gignendi, in quo & animantia omnia, & ea, quorum stirpes terra continentur, nasci necesse sit, & augescere; Ac Zeno quidem philosophus tantũ igni tribuere ausus est, vt Naturã ipsam diceret nihil aliud esse, nisi artificiosum ignem ad gignendũ admirabili progredientẽ via. censebat .n., q in operibus nostrarum artium manus efficit, id multò artificiosius Naturam efficere, idest ignem illum artificiosum magistrum artium reliquarum. quamquam non artificiosa solùm Natura videtur, sed planè artifex, quam ob rem ab eodem Zenone dicta est consultrix prouida vtilitatum, opportunitatumque omnium; quæ à veteribus siuè adumbratè dicta, siue alio sensu, sapientius à nostris disputantur, qui Naturæ Ducẽ, atq; auctorem constituunt Deum. Zenonis de igne sententia.

Iam verò quid de intestino, ac subterraneo igni dicam? cuius vsus Naturæ necessarius maximè semper fuit; vt mirum non sit, communem illum focum, & caminũ ignis constitutum fuisse sub terra, vt qui rerum, quæ ibi gignantur, caussa esset futura præcipua; siuè calidorum fontiũ ad mortalium commodũ dimanantium; siuè fœcunditatis, pubertatisque terrarum: Enimuero, in quibus rebus maiora videntur posita Mũdi huius momẽta ad necessitatem, ac diuturnitatẽ, in ijs nec parua, nec angusta, nec manca voluit esse Necessitas ignis subterranei. *Andreas Baccius.*

Natura, sed larga in primis, atque magnifica; quamobrem, vt Cœlum immenso ambitu constituit, quod cuncta comprehenderet, vastamq; disposuit ceterorum elementorum molem, & maris amplum pelagus, vnde aquarum copiam abundè distribueret, ac circumquaq; diffunderet; ita proportione quadam magnum admodum ignis apparatũ eam fecisse consentaneũm fuit, præter ætherium elemẽtum sub Luna diffusum, etiam in sinu ipso telluris, vnde per lõngissimos tractus, & quasi caminos infinitum diffunderet calorem ad necessarios vsus; & quemadmodũ reliqua omnia proprijs temperata sunt legibus, ordineque distincta, præscriptis mari terminis, atque imperioso illi Oceano frænis iniectis: ita indomitus hic ignis sub terris clausus videtur, atque admirabili ratione attemperatus, vt certis in locis, statisque temporibus se se erumpat, foras q; ejciat. Ac vide in hoc ipso Naturæ parentis pietatem incredibilem. mugitus enim horrificos ante incendium præmittit, quibus perterrefactos incolas admonet, vti solum tantisper mutent, aliòq; demigrent, ne opprimantur: tum cinere agros operit, vt mox lætiore cum segete quasi reuiuiscant. demum represso iam, sedatoque incẽdio, aut calidi supersunt fontes ad balneas, aut vaporaria ad curandos ægros, ꝙ Vesuuio ferè contingit. Deus immortalis, quantum hoc commodi est, quòd in tãta colluuie morborum, quibus mortales penè obruimur, tam multa præsidia sufficiat intestinus hic ignis, qui modò per rimas exhalat, modò se aquis inserit ad salutem: immensi laboris esset Orbem lustrare terrarum, atque vbique huius beneficij vestigia impressa cognoscere: certè apud nos tam multa sunt, vt longũ sit omnia percensere. Nam apud Aenariam insulam calidæ sunt aquæ, sine quibus multi, qui anhelitu laborant, spiritum ducere minimè possent; cordis etiam tremori præstò sunt; carcinoma, & schiroma, & contumaces alios morbos leuant. ex his balneis vni nomen est Cithara, vbi varia morborum genera curantur, & harmonia corporis, quam elementorum

Cassiodorus.

Cõmoda ex igni subterraneo.

discor-

discordia peruerterat, iterum attemperatur. at verò, vt propius accedamus, post cryptam Pausilypanā apud lacus oram cellæ concameratæ sunt, sub quibus è solo calidi erumpunt vapores; euocantur autem praui humores, ac noxij; curantur vlcera: ac Bulla balneum dicitur, quasi ebulliens aqua effossa hic scrobe aqua infunditur, quæ concalescit, & vim sulphuris adipiscitur; tum frigidis in primis morbis mirificè confert; iam septemtriones versus peramœna vallis instar amphitheatri est, vbi sulphureæ, & calidæ passim scaturiunt aquæ; pectus hę leniunt; faucibus, ac ceteris membris salutē præstāt. in sinistra vero Auerni lacus parte artus restaurāt, cutim restituunt: in Tripergulis scabiem, & impetiginem tollunt; nec desunt quæ mentis quoque defectum (quo beneficio haud scio an aliud possit esse præstantius) corrigere dicantur. cernere porrò 13 ad Baias Laconica multa ad oēm frigidam intemperiem sanandam calentibus aquis à Natura parata. tenuantur in his, ac detumescunt, qui intercutis aquæ morbo laborant: quid ea commemorem, quæ ibidem Myrteta dicuntur, loca, propter commoda, Veterum etiam carminibus celebrata? sic enim eò Antonij Musæ nomine missus Poeta cecinit. Baccius.

. . . . sanè Myrteta relinqui,
Dictaque cessantem neruos elidere morbum, Horat.

omitto balneas, quę in hoc tractu fuere appellatione Solis, & Lunæ clarissimæ. vulneribus hæ mirum in modum prodesse dicebātur, & quadam quasi magnetis vi infixa spicula extrahere. nimirum, & Apollo idem, qui Sol propter radios, & Luna eadem, quæ Diana propter venationem, cum sagittis effinguntur. iam vltimum illud superioris seculi apud Cumas incendium, cum caligine, ac fumo Solem ipsum, atque astra cetera obtexisset, has etiam balneas Solis, & Lunæ oppressit, sed potuit Natura vulneribus ceteris mederi balneis planetarum, hoc tamen, quod Campania nuper vulnus accepit, insanabile est; præsertim cum planetæ ipsi à Mathema-

ticis incendiarij fuisse dicantur. E odem tunc incendio sunt oppressæ miræ illæ balneæ, quas post Ciceronis necem Natura edidit in eius villa, quam ab exemplo Athenarum Academiam vocauit;in hac enim statim atque ex eius interfecti venis calidus sanguis effluxit, eruperunt è venis aquæ calẽtes, quas diceres Naturæ lacrymas,oculis per quã salubres: scilicet cum primùm morte ille oculos clausit, reclusi sunt alijs. res fuit à liberto Laurea carmine celebrata. dignus is sanè dicatur, non modo libertate, sed laurea. acumen in hoc positum,

Plinius.

Nimirum Natura sui Ciceronis honori
Hoc dedit, hac fontes cum patefecit ope.
Vt quoniam totum legitur sine fine per orbem,
Sint plures, oculis quæ medeantur, aquæ.

abdidit deinde, vti dicebã, in Cumano incendio superioris seculi hos Natura fontes, nẽpe iam à summi oratoris lectione feriatos homines videbat, neque iam amplius in ea oculos defatigari, quò crimine negligentiæ vtinam & nostra ætas condemnari non posset.

Georgius Agr. Ambr. Nol.

Venio nunc ad Vesuuium ipsum. ecquis est,qui latentem in eius visceribus ignem à Natura nullo fine inclusum affirmare audeat? scimus in certis eius montis partibus post incendia relinqui vaporaria quædam.hìc scrobes sibi ad priuatos vsus ægri fodere, ac salubri sudatione prauos humores educere soliti. hìc qui neruis contractis frigore obstupescerent, & qui flatu intumescerent, & qui podagra laborarent, atque id genus morbis alijs afficerentur, interdũ curabãtur. quidquòd etiam horribile illud malum, & execrandum, Venerea lues, ad hæc vaporaria corrigebatur?quantum hoc est Vesuuijnè beneficiũ dicam,an Naturę parẽtis? quid tetrius, ac fœdius eo morbo?pſertim qui coniunctus est ẽt cum flagitio,cũ turpitudine,cum infamia, ac labe etiã nominis.nescio quid instar monstri eiusmodi lues habet, quæ cum à Venere sit, venustatem tamen perdit omnem:habes infelicem iuue-

Vaporaria Vesuuij quibus morbis vtilia.

Andreas Baccius.

nem

nem hac lue deturpatum, quamq; venusto descriptũ carmine

Paulatim ver id nitidum, flos ille iuuentæ
Disperijt, vis illa animi; tum squallida tabes Fracastorius.
Artus, horrendùm, miseros obduxit, & altè
Grandia turgebant fœdis abscessibus ossa.
Vlcera (pro Diuùm pietatem) informia pulchros
Pascebant oculos, & diæ lucis amorem.

hunc tamen iuuenẽ si Vesuuius excepisset, mox illa flagrantium genarum purpura rursus accensa eo vapore fuisset: poterat reflorescere illo vitali calore viuidus color. verùm quis hoc non admiretur, eum montem, quem olim Veneri dicatum fuisse diximus, cuius delubrum in iugo excitatum erat, Martialis. venercam tamen luem depulisse, ac tanquam infestis signis Venerem insequutum? nisi forte, quia idem Vesuuius Cœlebs est dictus, cum sit hic mons à ceteris Apennini mõtibus separatus, atque seiunctus; aut potius, quia hoc tempore ad radices non iam incestæ Veneris, sed castissimæ Dei matris potius delubro insignis est, idcirco sit tam infensus fœdissimo Veneris malo. Age nunc, quoniam imitator Aetnę Vesuuius L. Florus. dicitur, in eodem genere Naturæ beneficentiam contẽplemur; in ea sunt sententia viri Sapiẽtes, immensã Aetnæ vim, quæ ex intimis latebris per transuersos latè caminos diffusa vapores in totam insulam mittit, caussam esse, cur ad sanandos morbos, vel illi è specubus exæstuent, ac vaporaria efficiant, vel occurrentes aquis, tot constituant genera calentiũ, Andreas Baccius. ac salubrium balnearũ, vt propterea ibi cultus sit Apollo ille Thermites. Vaporarium est in primis apud Aetnam, vbi varij occurrũt specus, quorũ nõnulli transuersis cuniculis patent profundissimi, atque horrendo mugitu reboant; in medio antri puteus est calentibus scatens aquis, quæ ex diuersis cauernarum anfractibus elabuntur. vapores interim emittit, qui ad supernam concamerationẽ saluberrimas excitant sudationes ægris; hæc, præter Thermas, ab Aetna commoda sunt. Possem in alijs terris latentis huius ignis beneficia cõ-

memo-

memorare quam plurima, etiam apud Barbaros. exercet .n. suam Natura pietatem vel cum impijs. Est ne aliq morbi genus tam tetrum, tam inueteratum, quod huiusmodi siue vaporaria, siue balneæ non edoment, atq; superent? itaque medici ipsi, cum omnem operam, atque industriam frustra consumpserunt, demum ad hæc vltima præsidia ægros confugere hortantur.

Sed quoniam non desunt, qui singulare hoc beneficium alijs potius caussis, quã subterraneo igni tribuunt, infirmanda est horum sententia, ac paucis refellenda. neque enim Ventis, vt nonnulli Veterum dixerunt, tanta vis est, etiam luctantibus, nec modò aquam cõmouentibus, sed exagitantibus. ecquando enim Auster tantum caloris impertiri aquis potuit, quamuis à meridie, atque à Sole feruido, pflãs? neque verò efferuescere possunt ipso aquæ motu, quo fluũt, cum torrentes, qui per saxosas montium crepidines præcipitant, vel altissimè ruant, calorem tamen, aut certè feruorem non concipiant; Neque Solis vlla vis tanta, contra quã Thermophilus putabat, huius caussa esse dicenda est, cum in interiora terræ viscera radios eiaculari, quantumuis acutos minimè possit, & vt cum Lucrerio loquar.

Reiner*us*. — Calor Balnearum non aliunde prouenit, quam ex Igni subterraneo.

Lucretius.

Qui queat hic subter tam crassi corpori' terram
Percoquere humorem, & calido sociare vapore?
Præsertim cum vix possit pro septa domorum
Insinuare suum radijs ardentibus æstum.

Opiniones nonnullorũ refelluntur.

quantò contentiosius hic siuè poëta siue philosophus negaret, incendia ipsa mõtiũ in profundissimis specubus à Sole penitùs excitari. Nam Democriti sententia, q̃ quam de calce est, fundamento nititur nullo: is sub tellure plurimos calcis montes latere dicebat, eadẽ videlicet deliratione, quã Mundos alios plurimos somniabat; aquas vero præterlabẽtes inde calorem concipere. q; si ita esset, etiam colorem acciperent, atq; odorem ipsum calcis offunderent naribus; montes verò ipsi, si è saxo calcario constarent, quis non videt, tandẽ corrue-

corruere oportere, dissolutisque compagibus desidere? Neq; facilè mihi persuadent, qui aquas per loca sulphurea labentes beneficio materiæ incalescere arbitrantur. tum quia, non omnes quæ calent aquæ, sulphur etiam olent, vt experiri licet in Auinionẽsi balneo, & Viterbiensi, & Leucensi apud Valesios, & in alijs multis, tum quia nõ oẽs, qui sulphurei fontes sunt, calent, cum potius aliqui gelidi sint, vt Helueticus, & Tigurinus, & Pannonicus, & Cellensis, ꝙ ẽt circa Leucogæos colles hìc inter Neapolim, & Puteolos, non vno in loco videmus; reddet quidem sulphur aquã calefacientẽ facultate, non actione ipsa calentem. Quo minus audiendi sunt, qui alumen inter ea numerant, quæ aquis feruorem afferant. & sanè periti rerum Senecam ipsum reprehendunt, qui putauit sulphur impertiri calorẽ aquis viuæ calcis more. atqui in calce re ipsa præsens est, qui latet, igniculus, qui humore affuso, statim irritatus sese prodit, & exardescit; at verò sulphur, quia pinguedinem quãdã continet, & oleosum quiddam, aquã ipsam respuit, & quasi tota forma renititur. id cum videret Albertus, cognomento Magnus, accipere quidem aquas aiebat à sulphure calorem, sed tum, cum antea incẽsũ illud esset, & inflãmatum, ꝙ certè videri posset simile vero, nisi nonnulli fontes essent calidi, odore tñ omni, ac sapore priuati. Deniq; neq; innato terrę calori ea vis tribuenda est, tum quia illo tantum efferuescere aqua non poteſt, tum quia, cum non vbiquè huiusmodi scaturigines effluãt, profectò intestino igni, ac subterraneo ea vis tribuenda est, vt tantarum rerum, tamq; admirabilium sit effector; ꝙ tantò ante ab Empedocle dictum Ioninianus Pontanus inseruit carmini, qui cum ostendisset,

Vitruuij, & Senecæ lapsus

Reiners.

Iouin. Pont.

. . . . . latè multum tellure sub ima
Debacchari ignem, campisq; excurrere apertis,
addidit
Inde fluit calidum referens ex igne vaporem
Vnda fugax, uectis feruent & balnea flammis.

quan-

quantum igitur Naturæ debemus, quæ huius ignis beneficio calentes aquas,& vaporaria profert ad vitam mortalium ꝓpagandã? & erit quispiam,qui nouercale odium illi obijciat, quæ vtilitatum omnium, & commodorum prouida consultrix est?

Alterum commodum Ignis subterranei fœcũditas soli

Huc accedit alterum abstrusi huius ignis, atq; reconditi cõmodum sanè magnum. enimuero calore illo cõfota tellus mirum, quam fœcunda reddatur ad gignendum. nempè habet à cinere, ne moriantur herbæ. habet à flamma, ne inutiles,& infœcundæ arbores igni dãnentur. ex illo æstu feruẽt in lacubus musta; ex illo cratere implentur nectare crateres Principum, qui statuuntur in mensis; Subijce tibi oculis Vesuuianum hunc tractum omnem vitibus, ac vinis generosissimis abundantem; à collibus robustum pete, ab imo suaue, à lateribus pingue, vt summum videantur in hac terra Gratiæ habuisse consensum,& Bacchus ipse, quantumuis ferox, inter Sirenum blanditias voluisse versari. ex illo flagrante camino, qui fuligine teter videtur, odor existit siue florũ, siue pomorum, quorum afflatus non modo vias, atq; hanc Vrbem leni reficit aura, sed &t nauigantibus in tanta maris, ac portus amœnitate se offert suauissimè aspirãs. miraculo dicitur olim fuisse visa Romæ vitis, quæ subdiales deambulationes ambiret, ac duodenas musti præberet amphoras: at videmus in toto hoc Vesuuij tractu vites, quæ plures coniugatas simul arbores cõplectuntur, ac singulæ duodenos cados, ac plures vini proferunt mẽsuras. Græcum in primis adscititio nomine vinum exoletis iam Falernis principẽ obtinet locum. Atqui tantæ fœcunditatis causam viri docti constituunt fomitem soli ipsius; vti dicebam, quæ item causa Catinæ in primis agros fertiles reddit ob assiduum cinerem ex Aetnæ incendijs manantem, quo ceteræ quoq; fruges vegetantur, atq; pubescunt. quid mirum igitur, Vesuuium fœcundissimis vitibus cingi? nempe hinc illud lacrymæ nomen, qua nihil lætius; vt dolcant, sicut quidam dixit, exteræ nationes, quod Natura in ipsa-

Andreas Baccius.

Plinius.

Strabo.

Baccius.

ipsarum ēt agris eo modo illacrymata non fit. Neq; verò aliā Pausilypani nectaris caussā existimant physici, quàm Puteolani Vulcani viciniam. quanta illius nectaris gratia, q̃ sincerū est, colore aureo, suauitate tāta, vt nec Maroneis Homeri, nec uanis Deorum Symposijs cedat? gaudet nauigatione, atque perficitur, quasi optet in transmarinis quoq; terris celebrari, ac ceteras quoq; gentes sui degustatione mulcere. Puteolanus verò ipse ager propè Vulcani areā positus, q̃ fœcundus est? hinc præcoces fructus, quos Græci προδρόμους appellant. hinc decumana poma, ceteræq; hortorum delitiæ importantur in Vrbem, ēt intempestiuæ tempori, at gulæ non itē. Quid q̃ existimant Docti, repere illum Vesuuij fomitem ad vicinas quoq; terras Surrentum vsq;, Salernum, atq; ad Amalphitanas ēt amœnissimas oras, in quibus mira propagatio est vitium maximè? nā quid ego de Aenaria Insula dicā? vnde nā illi tanta fœcunditas, nisi ex insito fomite ignis? ex ardenti tellure videlicet succus exprimitur, quo ipsa calent ingenia. Qd igitur amantius, ac dulcius parente Natura, quæ suauitatem in ipsa, vt vocāt, lacryma posuit? cur eum ignem detestamur, quo terræ humor extractus non modo cōmodum mortalibus, sed voluptatem affert? hancine referimus gratiā Naturæ beneficæ? Trāspadanis certè cineris vsum adeò placuisse ferunt, vt anteponerent fimo; neq; enim, vt ille ait, pudere debet colonum. Baccius. Theophrastus Palladius. Columella. Cato, &c.

Effœtos cinerem immundum iactare per agros.

facit verò non modò sapientiæ ratio, sed ipsa elegantia, & munditics carminis, quāquam de immundo cinere, vt reliqua ēt immortaliter laudandi Poetæ, & si non ignota, referā ad rem nostram. Virg. in Georg.

Sæpe etiam steriles incendere profuit agros,
Atque leuem stipulam crepitantibus vrere flammis.
Siue inde occultas vires, & pabula terræ
Pinguia concipiunt; siue illis omne per ignem
Excoquitur vitium, atque exsudat inutilis humor.

Siue plures calor ille vias, & cæca relaxat
Spiramenta, nouas veniat quà succus in herbas;
Seu durat magis, & venas adstringit hiantes;
Ne tenues pluuiæ, rapidiue potentia Solis
Acrior, aut Boreæ penetrabile frigus adurat.

vberius certè philosophiæ fontes aperuit Maro, quam Lucretius, qui tantùm dixit.

Lucretius.

Siue quòd inducti terræ bonitate, volebant
Pandere agros pingues, & pascua reddere rura.

Vnde oriatur sterilitas vel fœcunditas terræ.

at verò cum quatuor potissimum sint, quæ agri sterilitatem faciant: primò macor ex defectu succi, seu alimenti progignendis fructibus idonei; deinde vligo nimia, qua sata propter humoris abundantiam luxuriosè succrescunt; tùm densitas terræ, quæ sementem meatuum constipatione suffocat; tùm contra laxitas nimia, & resolutio, propter quam aut æstu Solis, aut inclementia frigoris teneræ segetū radices enecantur. cum tot, inquam, ferè sterilitatis caussæ sint, Maro incensione illa ait, & emaciatos agros nouum pabulum concipere, & humorem vliginosum exsiccari; densitatem quoq; discludi, ac relaxari, denique laxitatem ipsam adstringi.

Scholiastes Virg.

Ignis subterranei mētio in sacris Literis, itēq; fœcūditatis.

Atq; vt ea quæ dicimus firmiora sint, excitemus è fauilla, & cinere sanctissimum illum Iobum, qui de natura incendij, de fertilitate soli ex ipso cinere, in quo iacet, sic agat, & cum Regibus ipsis (quod optabat Plato) inter cetera sapientissimè philosophetur: nempè ipsius illa sunt verba. *Terra, de qua oriebatur panis, in loco suo igni subuersa est*, quæ verba, cum eum librum publicè interpretarer, ad subterranea incendia pertinere ostendi; eamq; Sapientum esse sententiam dixi. Est quippè hoc in Naturæ prodigijs sanè magnum, vt quibusdam in locis terra cum in superficie viridissima sit, ac feracissima, intestinis tamen ignibus subferuescat, vbi promptam materiam bitumen, ac sulphur expiratio accensa corripuit. itaque Tigurini libri sic apertius ea verba interpretantur, *Terra, est, è qua vbertas prouenit; altius tamen*

Iob 28. Nicetas. Isidorus. Titelmannus.

eruta

eruta ignem exhibet, quo sensu rem intelligendam Sapientes illi, qui primi apud Ptolomæum Regẽ Hebraica Grecè verterunt, sic apertissimè declararunt, ὑπὲρ κάτω αὐτῆς ἐστράφη ὡσεὶ πῦρ, hoc est, *subtus de illa quasi versus est ignis*, quæ verba de igne versato satis exprimunt torrentẽ illum igneũ succrescentem, atque effusum; terramque ipsam eructantem ignes. ex quo item loco videtur constare, quam antiqua sit huiusmodi incendiorum memoria; quippè Iobus ex multorum sententia ferè tertius ab Abrahamo fuit. cuius ætate dicitur in primis noster hic Vesuuius conflagrasse. *Annius.*

Dicet aliquis. faciunt quidẽ hęc Incendia propter bituminosũ cinerem ad prouentum frugũ, atq; ad cõmodum vniuersitatis; at verò ad ornatum, pulchritudinemq; non item: ille nè squalor agrorum, illa tot oppidorum sepulchra, tam altè aggesti arenæ cumuli, atq; tumuli cineris cum pulchritudine commune aliquid habere possint? sed hæc vulgo incredibilia, atq; παράδοξα videantur, nos contra ex hoc ipso squalore, ac cinere fieri existimamus, vt Vesuuius inter Campaniæ montes pulcherrimus dicatur. Ac primum ille vitium in quincuncem digestarum ordo, illa topiaria, & conuestiti arboribus saltus, ac reliqua rusticantis Naturæ spectacula, quæ paullò ante commemoraui; nonnè ornamenta quædã Campaniæ sunt? age porrò ad ardentes Hephęstios montes cogitationem, mentemq; traducito. hìc enim noctù stellarum modo internitentium campi collucere dicuntur. itaq; etiam cum opacatur nubibus Cœlum, cum stellarum veluti scenicus apparatus obducitur quasi sipario, expiratione tamẽ illa bituminosa tellus accensa, Cœlum induit, cum ipso certat, ac spectaculum profert sanè pulcherrimum, idq; tanto gratius incolis, quanto propius, tantùm non vociferante Natura. Cur incendia sic execraris, quæ Cœli speciem hìc exhibent. ecce illa tibi in agris tuis spargunt stellas, & inter herbas ostendũt, ac ne possis præterire, miraculo solicito; vides ne, vt fulgor sidereo similis patriã ornet? habent ẽt incẽdia

Ignis subterraneus facit etiam ad pulchritudinem Vniuersi.

Florus.

Plinius.

ſtellas ſuas, ſi noctem habent ſuam. licet oculos à terra non auoces, Cœlum vides; nec modò ſub pedibus ſidera vides, ſed calcas. proinde ſi me incuſas, non ſolùm commoda, ſed etiam ornamenta, quæ obtuli, recuſas. his vocibus in primis eam gentem, apud quam huiuſmodi ignes ſunt, Natura cõpellare quodammodo videtur. quid verò Atlas? ſpendeſcit potius ille, quam conflagrat ipſis Cœli luminibus, quod humeris torquet ſtellantibus. ceterum non mugitus, ac fremitus habet, ſed potius, vẽtis, credo, intra ſpecus admurmurantibus, tanquam cymbalorum ſonitum, atq; cantum; vt verum illud ſit, quod libri huius initio dicebam, incendia ipſa ad Mundi quaſi Lyræ concentum ſuo modo pertinere. Vnde verò illam tot oculorum in Argo fabulam ductam eſſe putamus, niſi ex eo, quòd apud Argeum mõtem campi reſplendẽt ignibus; qui oculorum inſtar ſuperficiem ornant? itaque cum Natura Cœlum ſideribus, tanquam oculis, diſtinxerit, atq; ornauerit, carere ijs noluit terram. Neq; verò hæc præclara ſpectacula incendiorum noſtra etiam ætate apud ipſos Barbaros deſunt: vnum narrabo, quo haud ſcio an vllum iucũdius eſſe poſſit ijs præſertim, qui auro inhiant. Apud Ninderũ oppidum, meridiẽ verſus, mirum quoddam eſt propoſitum Vulcani ſpectaculum. locus eſt præalto monte conſpicuus, qui varijs quandoq; incendijs æſtuans, metalli fluentis, & coruſcantis flammæ, tanquã liquentis auri fluctus attolit. ceterum confragoſus, & ſqualenti cinere, combuſtorumq; lapidum reliquijs luridus. ſcatent inter incendia gelidiſſimi fontes; crater tercentorum circiter pedum eſt altitudine. ad imum decurrentis inter lambentes flammas auri lacus apparet. eius natura viuida, ſplendens, exilitq; ſurſum ad decem pedes ebulliens. per noctem mons totus irradiat, emittitq; ſplendoris tantum, vt nautæ non alia conſulant ſidera, ſed ſub eius repercuſſu, ac lumine nauigent: diceres me fabulam dare, niſi loci ipſius Antiſtes referret, ſcripſiſſe ſe noctu literas ad illius aurei montis lucem, atque fulgorem;

Boccatius de Montibus.

Mirum mõtis incendiũ ſpecie liquẽſcentis auri.

Andreas Bac. Fran. de Vit. Io. Gemes.

quod

quod ipsum, dum Oceanũ traijcerent, locupletissimi testes narrant. venas auri latere vulgus putat, quod igne liquescat, ac nisi absterreret illa vis flammæ, admouerent multi libentius manus, quam oculos. quò pulchrior, & vtilior dicendus est ille mons auri, quem à se collatæ pecuniæ cumulo Neapolitani proceres è nostra disciplina excitatum, quodã quasi pietatis incendio, à Misericordia in egenos denominarunt, vti suo loco diximus. Sed q̃d ego ab vltimis regionibus exẽpla repeto? in conspectu est Aenaria insula, vel incẽdijs suis illustris. hic mirum in primis spectaculum est trium fontium, quos non multis ante annis vir harum rerum peritissimus se comperisse affirmat; nam factis ad quasdam aquarum scatebras proximè scrobibus, ex vna scaturijsse narrat calentem aquam, quæ obducto paullo post ad superficiem aureo quasi velo, siue tela, ad tactum palmæ manus adhærens, purum aurũ, ac purpurissum, tùm repercussu Solis in ipsum fontem radios blandissimè retulerit aureos; ex altero vero fonte argenti velum, & argenteis emicans radijs; ex tertio deniq; chalybis, vel ferri speciem; adeo trium ætatũ argumenta hac nostra ætate, vnum in locum, subiecti ignis beneficio, in tres fonticulos confluxerunt. satisnè igitur constat, non modò ad commodum Vniuersitatis, sed etiam ad ornatum subterraneos ignes esse à Natura institutos? quòd si Vesuuius neque internitentia sidera, vt Hephæstij campi, neque aurum materiem mali, vt barbararum gentium montes ante oculos proponit, ornatum certè camporum, & vestitus nitidissimos arborum profert. Quæ cum ita sint, nihil habet omnino hæc Mundi molitio, quod reprehendi possit, & si quid corrigere aliquid voles, aut deterius facies, aut id, quod fieri non debet, desiderabis; vt non minus Naturæ ingenium, ac prouidentiam admirari oporteat, cum certos Cœli motus, ac ratos astrorum cursus, ceteraque inter se connexa, atque apta videmus, quam cum conflagrationẽ Vesuuij. nam neq; noctem detestamur, quam Sol occidens conficit; neq; per-

Lib. 2.

Iulius Iasol.

uersè

uersè factum putamus; cum modò accedens, modò recedēs binas in singulis annis reuersiones ab extremo cōtrarias facit, quarum interualla tum lætificent terram, tum quadam quasi tristitia contrahāt, quæ tamen tristitia Vniuersitatis cōmodo seruit. Nam quid ego dicam, et in Incendijs huiusmodi vicissitudines inueniri, vt ea, quæ squalorem Vniuerso, ac mortalibus mœrorem videntur afferre, faciant non modò ad commodum, & pulchritudinem, sed etiam ad voluptatē, atq; delicias. Est sanè mirum illud, quod in hoc genere Strabo narrat, apud Methonum in sinu Hermoniaco contigisse; vbi cum igniti spiritus vi, hiatu facto, terra in altitudinē septē stadiorum esset egesta cum flāma, tam tetro sulphuris odore afflata regio est, vt esset prorsus inaccessa. sed ò Naturæ beneficentiā! hic tam dirus halitus interdiù tantùm sæuiebat, noctù cōtra suauissimus afflabatur odor demulcēs olfactum: versari te in rosa, vt dicitur, aut in Seplasia, aut potius inter Arabiæ frutices putares: nec flamma, vt fit, fumo, atq; caligini commista sæuiebat, sed liquidissima luce cum sideribus certans noctem illustrabat. quis eius incendij vicissitudines non admiretur, atque in primis Naturæ parentis æquitatem huiusmodi temperationem adhibentis? ergo habent etiam Incendia delicias suas; nec modò oculos pulchritudine, vt fit apud Hephęstios, aut palatum suauitate fructuū, vt apud Vesuuium ipsum, pascunt, sed olfactum etiam, quem sulphure perstrinxerant, odoris quandoque suauitate demulcent; nec carebit ea laude Vesuuius, vbi mox vi caloris, ac bituminati cineris Campania refloruerit. quāquam (vt diuina quoque contexam) ecquando in hac Vrbe, quod idem de ceteris dico, religio, ac pietas magis aut resplenduit, aut effloruit? ecquando aræ adeo thure fragrarunt, quā ea præsertim nocte, quæ prima est incendium consecuta?

Incendia faciunt etiā ad voluptatem.

Mirum de Incendio interdiù flagrante, noctu fragrante, &c.

Possem verò in alijs quoque ignibus, qui tamen mitius agunt, ostendere hanc, quam rerum Vniuersitati conciliant, pulchritudinē. nam in agro Megalopolitano ferunt extitisse

Plinius.

flammam

flammam è terra, quæ non modò herbas, & arbusta non læderet, sed frondes densi supra se nemoris ita lamberet innoxia, vt etiam decus afferret. Cui non est dissimile illud, ꝙ de quodam fonte legimus, vnde se ignis efferebat, quem tamen fontem fraxinus contegebat perpetuò virens: ludebat flamma cum frondibus, ac tantum aberat, vt arborem depasceretur, vt oculos potius intuētiū ad voluptatem spectaculo pasceret. Hinc illa à poëtis non sine cōsilio ficta; Vulcano primùm Venerem, deinde Aglaiam quoque Gratiarum vnā, quæ Græcis splendor est, fuisse coniunctam; vt ostenderent, ad venustatē, & quādā Vniuersitatis gratiam calorē, ignēq; conferre. quamobrem ēt factum puto, vt hic ipse Vesuuius, qui pulcherrimus est dictus, Veneri maximè olim sacer esset. Quid Homerus; quo nemo fuit oculatior? quid spectauit in illo Clypeo, quod tam affabrè cælatum Vulcani opus fuisse dicit? quid sibi volebat vniuersus Orbis, quem penè immensum vnius clypei colligebat orbiculus? vbi quodāmodo sidera rutilarent, Cœlum volueretur, terra suis staret librata ponderibus; intumesceret, & cuncta complecteretur Oceanus; quatuor verò metalla, ex quibus illud opus conflatum erat, totidem exprimerent elementa. cur, inquam, artificem eius operis tàm solerter elaborati Vulcanum dixit, nisi quòd significare voluit, ignem pulcherrimum esse quendam, vti posteà Zeno dixit, rerum artificem? Neq; illud prætermittēdum videtur, ꝙ in hoc genere de Baccho fabulati sunt; cum ex Semele natus est obstetrice flamma fulminea, lucū omnē, in quo eum Semele peperit, igni fuisse repente correptū; ac tum mirum quiddam accidisse. nam statim circa eum ignē, qui siluam videbatur posse depasci, enatæ potius vites, hederæ, thyrsi, & huiusmodi arbores, ita eum ignem in orbem cinxerunt, vt coronæ formam expresserint. quo & ignē fœcunditatis auctorem declarare, & Regem elementorum ad decus coronare arbores illæ sunt visæ. fuit certè Vesuuianus hic ignis, vt multis effectis ostendit, cognatus fulmini, quo Bacchus dicitur in lucem editus. atque cœpta iam sunt apud

Hesiodus. *Dio.* *Homerus.* Ignis coronatus. *Paschasius de Coronis.*

ipsum

ipsum Vesuuium hæc tam mira, ac iucunda spectacula nobis dari vera, non ficta. multis enim in locis vites calore vegetatæ ambiunt eum in coronæ modũ. renatum illo igne Bacchum dicas. elapidato solo, & exarenato viriditas iam herbescit. multum quidẽ laboris initio præsertim impẽdi oportuit; proscindenda fuit non semel terra, quæ duriciem contraxerat ex bitumine maximam, cum aratrũ primo vomere striam minimè faceret; offringendæ item glebæ grandes, ac solidæ. cum altius effoderetur terra, superiorũ quoq; Incendiorum sunt inuenta vestigia. ita magna pars agrorũ, quibus squalor insederat, reuiruit. est in parœmia, nihil adeo fertilẽ agrum reddere, quam Heri oculũ; quod nuper maximè præstare potuit, cũ haberet scaturigines lacrymarum. quanquam fœcunditatis agrorum, & quasi reuiuiscentis Campaniæ pignus, vel cinis est. Atq; ita hac in re oppignerauit quodãmodo fidem suam Natura; vt quoniam amantissimæ parentis instar ad mortaliũ cõmodũ maximè propẽsa est, expectare tantisper noluerit, dũ tellus fructuum suauitate nos pasceret, sed præcurrens beneficio circa Vesuuij regionem paullo post Incendium, nectareum, atq; mellitum ex aëre succum nobis eliquarit. nimirum Cœlo ad beneficentiam velociore, quam Terra. magna est apud Vesuuium Cœli clementia; sed nunquam clementius fuit, quam cum desæuijt. ita nihil est in humanis tam triste, tãq; amarum, quod non aliquando lætis, ac dulcibus condiatur. neq; hæc nunc primùm incendiorum beneficia visuntur, quandoquidẽ, vti diximus, etiam cum Puteolanus ager vltimò deflagrauit, apud Leucogæos colles, mellitum huiusmodi succum in superstites arbores depluisse accepimus; hoc verò tempore Campana tellus quodammodo certatura cum Cœlo, etsi non ad beneficium fuit prima, erit certè perennior. ille ipse liquor vitium, qui mox exprimetur prælis, nectari, ꝙ est expressum supernè, non facilè cedet. ita hæc regio, quæ propter incendium videtur infelix, erit deinceps duplici titulo Felix, cuius videlicet arbores propinent nobis, & suum nectar, & Cœleste,

Agri exusti, vt colendi.

Mellitus succus post Incendium circa Vesuuiũ pluit.

quod depluit; atque hoc quidem sulphuri maximè acceptum referre debemus, illud bitumini. Quapropter imprudenter à quibusdam colonis est factum, qui rastris, & ablaqueationibus abusi, radices vitium cinere nudarunt, veriti ne exurerentur; atqui ea ratione potius illas in perniciem traxerunt; & quod in prodigijs Naturæ numeres, tunc emortuæ sunt, cum ipsis ablatus, atque ereptus est cinis. at verò quæ vix extabant cacumine, intra bituminosam materiam sepultæ, ex ijs plurimæ non modò veluti reuixerunt, sed præter spem colonorum, qui de ijs curam omnem iam abiecerant, incredibili fœcunditate se propagarunt. itaque sub ipso cinere, & quasi tumulo ramos, ceu brachia prætendere, cumque adminiculis carerent, reptare per agros, herbarum modo vagari, ac bituminosum succum passim turgentibus vuis bibere. Iam igitur fieri cœptus est reditus ad pristinos huius Cœli mores, ad huius ingenium soli. nunquam auspicatius nupsere populis vites, quam cùm Vesuuius prætulit faces, quippe maritas complexæ arbores, perque ramos earum procacibus brachijs geniculato cursu scandentes, statim æquauere cacumina. nunc maximè adblanditæ sunt vuæ vel oculis, vel palato, quà colore, quà sapore. nunquam antea magis impleti sunt lacus expressarum succo. angustæ fuerunt veteres cellæ vinariæ, deniq; nunquam vinis ipsis fuit maior vel vis, vel gratia. nimirum vbi tellus pingue bitumen cum cinere excepit, inde præcalidi spiritus vigorem vitium radicibus impertiti sunt, vt generosa redderent vina. quamquam ea generositas quanto metu omnium, etiam telluris, immò Naturæ ipsius horrore stetit? hæc suauissimi liquoris abundantia quam amaro profluuio lacrymarũ? sed reuocare libet animum ad lætiora: quanta enim in voluptate bacchari iam cœpimus, cum cernimus quod ille dixit?

Mira fœcũditas vitium post incendium.

. . . . arbores frondescere,
Vites lætiferas pampinis pubescere,
Ramos baccarum vbertate incuruescere,
Segetes largiri fruges, florere omnia.

Apud M. Tul.

IO. BAPTISTAE MASCVLI DE INCENDIO VESVVII

Liber Septimus.

Qui est

De Fine Arcano, quem Deus Auctor Naturæ spectat.

AD PETRVM ALOYSIVM CARAFAM.



Væ de caussis incendij hactenus disputaui, Præsul Illustrissimè, ex ijs multa non modò abdita sunt in maiestate Naturæ, sed etiam cortina Diuinitatis obtecta vix patent, in primis quæ de fine sunt dicta. quanquam enim ad explendos huius Vniuersitatis numeros ea pertinent, dùm humana omnia ortus, occasúsq; reciprocatione voluuntur, tamen ità hæc agi dicendum videtur, vt putemus parenti omnium Deo in primis propositum esse hominem, rem præstantissimam, ac sibi quodammodo cognatam. hunc profectò omni studio, atque industria sibi adiungere optat ipse, qui condidit; hoc maximè spectat, huc tendit; secundis rebus allicit, aduersis terret; mira subinde quædam in Natura operatur, quorum spectaculo ille obstupefactus vereatur auctorem. impia sanè vox Senecæ alioquin sapientis; *præsumendum esse animo, nihil horum Deos facere*; *nec ira Numinum aut Cælum concuti, aut terrã; suas ista caussas habere, nec ex imperio sæuire*, quid hac voce stultius? suas habent caussas; audio. nihil Dij faciunt, nihil ira Numinum; ità sanè, sed vnum id facit, ac verum Numen

Senecæ dictum reprehenditur.

Prin-

Principi caussæ seruiunt ceteræ, sæuiūtq;, cum iubet. habet à Natura Vesuuius incendij fomitem, sed huius Vulcaniæ officinæ clauis est apud Naturæ parentem. eò respiciente tellus intremit, vt Vates cecinit, eo tangente montes efferunt fumum, quæ ambo nuper sumus experti; atq; hæc verba de Vesuuio singillatim interpretati sunt literarum diuinarum periti. fuerunt etiam in hac sententia veteres illi sapientiæ Magistri, ijsdemque pietatis. conflagrabat Tito imperante Vesuuius. permiscebat omnia, cumq; Græci, vera disciplina minus imbuti, quærerent à nostris, quidnam sibi vellet illa tanta flammarū eruptio? responderūt religionis antesignani, illud esse à Deo tanquam frænū iniectū mortalium licentiæ, atq; eam imaginem immortalis esse ignis, quo sontes vruntur Manes; idq; vel ex ijs intelligi posse, quæ nobilis Auctor apud ipsos Plato diceret in Phædone, cum affirmat, eos, qui scelestè vixerunt, in Cocyto, atque igneo Phlegethonte, ac Tartaro supplicijs affici, quæ loca item intra tellurem sint. Atque hoc quidem tempore quantam vim ille ignis habuerit ad emolliendam mortalium peruicaciam, satis declarарunt scaturigines lacrymarum. ecqua verò machina expugnandis animis admoueri validior potest? ecquis tam altum dignitatis obtinet gradum, quin se cum ipsius montis ruina demittat? & quò se altius illa cinerea nubes effert, eò fiat ipse mente depressior? Testor Iustinianum Imperatorem, qui in ingenti terræmotu, quo Antiochia penè desedit, purpuram exuisse, diadema è capite abiecisse, ac cilicinū induisse saccum dicitur. Leo autem Vesuuij huius incendio, quod cinerē Bizantium vsq; proiecit, tanto metu fuisse perculsus, vt Regiam reliquerit, atq; ad templum supplicum more confugerit. Nempè cessant Imperatorum nutus è solio, cum nutant sola terrarum. nulla seueritas est in supercilijs Cæsarum, cum ardent supercilia montiū. extorquet è manibus sceptrū timor. trepidāt, ac fuga sibi consulunt antea victrices Aquilæ, ac cinerem metuunt, quæ fulmen gestant. proijciuntur

Psal. Genebr.

Quid Deus spectet in Incendijs.
Cedrenus.

Quantum faciant Incendia ad pietatem.

Iustiniani et L. Imp. timor, ac pietas in terræmotu, & Incendio.

Procopius Baronius.

IO. BAPTISTAE MASCVLI DE INCENDIO VESVVII

Liber Septimus.

Qui est

De Fine Arcano, quem Deus Auctor Naturæ spectat.

AD PETRVM ALOYSIVM CARAFAM.



Væ de caussis incendij hactenus disputaui, Præsul Illustrissimè, ex ijs multa non modò abdita sunt in maiestate Naturæ, sed etiam cortina Diuinitatis obtecta vix patent, in primis quæ de fine sunt dicta. quanquam enim ad explendos huius Vniuersitatis numeros ea pertinent, dùm humana omnia ortus, occasusq; reciprocatione voluuntur, tamen ità hæc agi dicendum videtur, vt putemus parenti omnium Deo in primis propositum esse hominem, rem præstantissimam, ac sibi quodammodo cognatam. hunc profectò omni studio, atque industria sibi adiungere optat ipse, qui condidit; hoc maximè spectat, huc tendit; secundis rebus allicit, aduersis terret; mira subinde quædam in Natura operatur, quorum spectaculo ille obstupefactus vereatur auctorem. impia sanè vox Senecæ alioquin sapientis; *præsumendum esse animo, nihil horum Deos facere*; *nec ira Numinum aut Cœlum concuti, aut terrã*; *suas ista caussas habere*, *nec ex imperio sæuire*, quid hac voce stultius? suas habent caussas; audio. nihil Dij faciunt, nihil ira Numinum; ità sanè, sed vnum id facit, ac verum Numen

Senecæ dictum reprehenditur.

Prin-

Principi causfæ seruiunt ceteræ,sæuiũtq;, cum iubet.habet à Natura Vesuuius incendij fomitem,sed huius Vulcaniæ officinæ clauis est apud Naturæ parentem.eò respiciente tellus intremit, vt Vates cecinit, eo tangente montes efferunt fumum, quæ ambo nuper sumus experti; atq; hæc verba de Vesuuio singillatim interpretati sunt literarum diuinarum periti. fuerunt etiam in hac sententia veteres illi sapientiæ Magistri, ijsdemque pietatis. conflagrabat Tito imperante Vesuuius. permiscebat omnia, cumq; Græci,vera disciplina minus imbuti, quærerent à nostris, equidnam sibi vellet illa tantã flammarũ eruptio?responderũt religionis antesignani, illud esse à Deo tanquam frænũ iniectũ mortalium licentiæ, atq; eam imaginem immortalis esse ignis, quo fontes vruntur Manes; idq; vel ex ijs intelligi posse,quæ nobilis Auctor apud ipsos Plato diceret in Phædone,cum affirmat, eos,qui scelestè vixerunt, in Cocyto,atque igneo Phlegethonte, ac Tartaro supplicijs affici, quæ loca item intra tellurem sint. Atque hoc quidem tempore quantam vim ille ignis habuerit ad emolliendam mortalium peruicaciam, satis declararunt scaturigines lacrymarum. ecqua verò machina expugnandis animis admoueri validior potest? ecquis tam altum dignitatis obtinet gradum, quin se cum ipsius montis ruina demittat? & quò se altius illa cinerea nubes effert, eò fiat ipse mente depressior?Testor Iustinianum Imperatorem,qui in ingenti terræmotu, quo Antiochia penè desedit, purpuram exuisse, diadema è capite abiecisse, ac cilicinũ induisse saccum dicitur. Leo autem Vesuuij huius incendio, quod cinerẽ Bizantium vsq; proiecit, tanto metu fuisse perculsus, vt Regiam reliquerit,atq; ad templum supplicum more confugerit.Nempè cessant Imperatorum nutus è solio,cum nutant sola terrarum.nulla seueritas est in supercilijs Cæsarum, cum ardent supercilia montiũ.extorquet è manibus sceptrũ timor. trepidãt, ac fuga sibi consulunt antea victrices Aquilæ, ac cinerem metuunt, quæ fulmen gestant, proijciuntur

Psal. Genebr.

Quid Deus spectet in Incendijs. Cedrenus.

Quantum faciant Incendia ad pietatem.

Iustiniani Imp. timor, ac pietas in terræmotu, & Incendio.

Procopius Baronius.

gemmatæ diadematũ fasciç,quæ tanto Naturæ vulneri obligando sunt impares. squalet in incendijs, & quasi maiore fulgore flãmæ perstrictus hebetatur ille fulgor purpuræ. detumet fastus, cum tumet in cumulum cinis. excutit terræmotus Imperatores è throno, atque illa concutit genua, ad quæ proni accidunt populi. pallent, & stupent ora, quæ iura nationibus dicunt: timent eum ignem fascium virgæ, & secures Vesuuium quamuis capite diminutum perhorrescunt. deniq;, quod maximum est, in incendijs templum in Regiã, ara euadit in arcem; nec alibi, præterquam in sola pietate fulcimentum inuenit etiam trabeata Maiestas.

Sparsit igitur,ac disseminauit ignes huiusmodi vbiq; terrarum prudens Deus, non modò vt Naturæ parens ad agrorũ fertilitatem, ceteraq; emolumenta; sed vt summus Imperator, cùm ad declarandam vim, potestatemq; diuinam, tùm ad deterrendos à scelere mortales;hoc est,non solùm vt reficeret fruges, sed vt faceret homines frugi; atq; hoc illo citius, quia magis præcipuum. Possem te, Petre Aloysi, per omnes Mundi plagas quasi manu ducere; nulla enim ferè regio est,nulla gens,ac natio,cui non metus ex his incendijs sit tanquam frænum iniectum; cuiq; conceptacula, ac seminaria huius ignis non Tartareum illum immortalem aliqua ratione repræsentẽt. Habemus, inquam non modò nos, sed etiam qui à religione defecerunt,ac barbari spectacula quędam supplicij illius, atq; ignis, quo torrentur impij: circumspice omnes terræ partes Africam, Asiam, in primis Europam,ipsam quoq; quam vocant Americã,atq; antequã longius abeam, intuere proximas regiones, atq; Phlegræos cãpos, quibus Vesuuius ardens iam inde ab Heroicis temporibus nomen indidit. nos maximè versamur inter flammas subiectis solo ingentibus ignitabulis,& caminis. cur ita?non ignoro id aëris tẽperatione fieri, vt plurimi halitus extrahãtur è terra, qui summa hyeme cogi solent, & summo æstu absumi, quamobrem & hìc toto ferè anno tonat; sed addo

Apud õnes ferè nationes loca sũt ardentia, & cur?
Diod.lib.4.

illud arcanū, ne videlicet deliciæ regionis, ac voluptas, q̃ est Neapoli Ve-
lena Naturæ, nos transuersos ageret; ne hoc maximè tēpore, suuium con-
tota penè Europa laborante, ac gemente, quà contagione, iūctum esse
quà bello, nos tantùm inter Serenis cantus, humanæ condi- oportuit,
tionis oblitos in rosa, & viola, vt dicitur, languidæ liquefa- cur?
cerent voluptates. scilicet hæc solum vrbs otiosæ Naturæ
spectaculum nullas humanarum rerum sentiret vices? idcir-
co dictum est à Sapientibus, *hoc vno malo defloratam labora-* Cassiodorus.
re Prouinciam, ne perfecta beatitate fruatur, ceterum de hac
vrbe, quæ Apollinis auspicio cōdita dicitur; verissimè canas, Alex. ab Alex.
quod de natali eius vrbe Delo Græcus Poëta cecinit. Callim.

οὐδέ σ' Ἐνυὼ

Οὐδ' Ἀΐδης, οὐδ' ἵπποι ἐπιστείβουσιν Ἄρηος.

libenter tibi, Petre Aloysi, patriam in memoriam reuoco, vt Laus Neapo-
quoniam diu abes, oblata necessaria commemoratione lau- litanæ Ciui-
dum eius, extorqueam reditum tuum. Hæc illa vrbs, vt no- tatis.
mine, ita gloria semper recens, immortalis Parthenope vel
sepulcro suo, spectabilis theatro montium, scena collium,
cratere maris; sub clementi posita Cœlo mitissima, ac nisi
me Patriæ amor fallit, Cœlum alterum. retinet adhuc vna
viarum antiquum Solis nomen, tanquam ex hac vrbe sit iter
ad gloriam; ex cuius sinu ciues alios Romanus honor pur-
puratos; alios hostilis cruor purpureos facit; non paucos He-
speria vltima accersit ex magna, vt faciat Magnates. quantus
igitur eorum splendor, quibus Solis occasus vertitur in oriē-
tem? Quid locorum oblectamenta commemorem? excipit
cadentē Solē, & quasi diurni cursus opere functū Pausilypus
ille curarum portus, illa inter alluentium vndarum murmur
amœnissima statio feriatæ Naturæ. curuatur ille sinus in
corniculatæ Lunæ speciem; aptè videlicet coniunctus Nea-
poli, quam Soli sacrauit antiquitas. hic denique est ille col-
lis insignis non modò suspensis Togati Xerxis hortis, sed vi- Plutarchus.
uarijs murenarum, quamquam insidiantibus vitæ seruorum. L. Florus.
Iam quid ego commemorem Misenum, Baias, ac cetera Ma-

ris

Horatius. ris otiæ cuius maris crater argẽteus omninò hanc vrbẽ redderet, vt ille ait, *dulci Fortuna ebriam*, nisi penè ferreus Vesuuij crater amari nonnihil permisceret. Sed ne videar ciuis, & indigena Patriæ lenocinari, excitabo ex alia regione virũ & sapientia, & religione præstantem, hic cum regionẽ hanc aduena lustraret, obstupefactus huius præsertim specie vrbis prorsus hæsit, atq; hæc inter cetera, cũ literas daret, scripsit. *Per felicem Cãpaniã plus, vt dicitur, vnguenti habentẽ, quã habẽt cetera prouinciæ olei; Neapolim peruenies, Parthenopes tumulo claram, Nympharum ædem, Volupiæ aream, Sole, soloq; suo beatam. narro tibi situs amœnitate, maris cratere, collium corona, Insularum crebritate, Promontoriorum aspectu planè primam.* omitto quæ de castris, de magnificis ædibus, præsidijs, arcibus, opibus, atq; id genus alijs commemorat, quibus nulli hanc vrbem secundam facit. illud certè prætermittendũ non est, quod idem alibi scripsit. *Si domo pes effertur; si forũ; si Curia petitur, quocũq; te verteris, in Heroas incurres. Achilles omnes dixeris, generosissimorum equorum nobilissimos agitatores, animis acres, oculis hilares, manu strenuos, humanitate verò, atq; omni vrbanitate ità perpolitos, vt ipsæ eos delicatæ Gratiæ genuisse, atq; in molli sinu educasse videantur. narro tibi, si nunc quoq; liceret Deos ex hominibus facere, ex hac vrbe essent petendi.* magna certè laus, & cui quid addi possit, non video. pergit tamen ille. *narro tibi Campaniam totam, campos dicere possis Elysios, suburbia Hesperidum hortos, ipsam porrò Ciuitatem Neapolim Deorum domicilium, vel si dictum hoc insolenter, aut datum auribus putas, Sirenarum vrbem dicas mellisonarum.* Deniq; sic omnia concludit. *Summa est, in alijs laborasse, in his formandis oris, atq; fingendis luxuriasse mihi Natura videtur. Cyclopem aliquem immanem esse oportet sine oculis, ac mente hominem, qui in istis Naturæ ludis, atq; amœnitatibus non acquiescat. Fractus sum, fateor; inuisam olim desidiam nunc tandem amare occipio.* habes testimoniũ nõ ciuis, sed aduenæ, & hominis in sapientiæ studio, ac labore inuicti, ac ꝓpe adamãtini, q tñ se fractũ

Stanislaus Rescius in ep.

fatea-

fateatur huius vrbis, ac regionis illecebra. quid igitur dicendum de reliquo genere hominum, quibus solum otium est propositum? quamobrem quis nõ videt, diuinitus esse factũ, vt inijceretur hoc voluptati frænum. opponi certè debuit Sirenarum cantibus, atq; lyris aliquando Vesuuij fremitus, ac mugitus immanis, viriditati agrorum squalor cineris, & maritimo Crateri montanus. hæc vrbs Italiæ ocellus caminum apud se habere debuit, vt interdum obiecto incendij fumo collacrymari disceret. hæc Volupiæ, quæ dicitur area, Vulcani quandoq; area fieri; ac ne se immortalem putaret, & vicinum habere rogum, & fœdari fauilla. deniq; ea, quæ ante oculos obuersatur, imago sempiterni ignis ex ardente Vesuuio, in hac maximè vrbe collocari debuit, quæ habet tam multa quasi lenæ blandimenta Naturæ. Igitur apud nos quoq; Charoneæ scrobes, ac specus, & Plutonia spiramenta, quæ vulgo Inferorum fauces dicuntur. apud nos Auernus lacus, in quẽ cũ æstuarijs Acheron influere creditus est odore teterrimo. inde fons in mare prorumpẽs, quem Styga, quem Acherusiam, & Pyrophlegetonta dixerunt: apud nos in primis Vulcani forum vndiq; collibus aridis, feruidisq; circumdatum, quos Phlegræos dixere cãpos, & Leucogæos, squalore, ac liuore sulphuris, atq; assiduo crepitu ignis horrentes. patet hic area illa sulphurea duûm circiter millium passuum. quasi caminus æstuat locus caliginosus aspectu, circum colles infremunt feruore lacunarum, vapore, igni, instabili solo, cui haud tutò vestigijs insistitur propter occultos, quos incendium continenter demolitur, anfractus. ad caput verò eius areæ lacuna inter ceteros hiatus aquarũ maximè feruida, quæ, ob variam ignis, & aquarum vnà erumpentium cum impetu colluuiem, non vna subinde specie visitur, ac modò eadem nauis dicitur, modo abyssus, quæ instar immensi gurgitis luridis scatet aquis, ac tetris, tanto feruore salientibus, vt proiecta quæq; animalia statim excoquat, penitùsq; conficiat: hìc verò immania sæpe occursare spectra, informes

Neapolim aptè Vulcanio foro cõiungi.

Abr. Ortel.

larvæ.

laruæ. exaudiri quandoq; vlulatus, ac gemitus Manium, siuè eo igni expurgari contingat, siuè inexpiabili scelere mactatas veluti victimas concremari. Iam eius montis, qui superiore seculo in eo tractu repente horrendus erupit, quantū vel fama percrebuit, vel flamma concrepuit? Anno quippe vigesimo octauo seculi à Christo decimisexti mense Septēbri, die Michaëli Principi sacro, tanquam iterum hic bellum superbissimis Titanibus indixisset, cum antea diebus aliquot tellus intremuisset, mox terribili mugitu edito dehiscens Tripergulano se in Vico aperuit, tantusq; consecutus est turbo, vt ipsa Mundi moles collabi, ac funditus ruere videretur, quod cū accolæ attoniti spectarent, ex illo telluris hiatu erupere flāmæ cum infinito cinere, ignitisq; lapidibus, fumo, & caligine oppleta sunt omnia. saxa verò ingentia tanto cum impetu librata, cum quanta pilæ è machinis æneis exturbari solent. fauilla lōgè, lateq; dispersa ad vigintimillia passuum; nec brutorum modò, sed hominum miseranda facta strages, agrorumq; vastatio. Porrò circà diuulsionem illam, ac voraginem iecti cineres, atq; pumices præaltum mōtem ambitu quatuor circiter passuum millium excitauere. hæc scilicet spectacula Baianis proxima delitijs Natura constituit. hic tot illos terremotus excitauit, quibus est ea regio ita cōcussa, vt vix retineat vestigia veteris magnificentiæ. vbi enim nunc illi à mortui Maris ostio ad Auernum in Puteolana via per totum tractum magnificarum ædium, ingentium operū perpetui Vici? ruinas tātum miramur, cuius partes pilæ sunt ingentes, ac fundamenta immensæ magnitudinis, vt satis appareat, quantum possit, cū se concusserit, Natura in euertendis vrbibus, oppidis, ac villis; in demoliendis Theatris, Thermis, molibus; in obstruendis aquæductibus; in specubus, ac superbis id genus substructionibus tumulandis. Transeo ad Aenariam non minus ignium, quam fructuum, atq; auri feracem. collis hic fuit Timæi ætate Epomeus nomine in medio eius insulæ situs, qui terræmotibus primū frequentibus concus-

Sim. Portius.

Ænariç ignis subterran.

concussus, deinde incendia maxima aperto hiatu euomuit, quibus conterriti incolæ sedes mutarunt. sed & Lucio Martio, & Sexto Iulio Coss. & postea Cæsare Augusto, Tito, Antonino quarto, & Diocletiano Imperantibus, cōflagrauit. Alberti præterea primi anno tertio ignis profluuium ex hac Insula tam abundè prorupit, vt in suum quodāmodo exitium conspirasse videretur; diruptis enim terræ visceribus, prouolutisq; inusitatæ magnitudinis in sublime saxis, fumo, flāmis, ac puluere immistis. vastati sūt agri, oppressa ingens multitudo hominum, ac brutorum; durauitq; illud incendium binos ipsos menses. supersunt adhuc eius vestigia, locusq; asperrimis lapidibus exustis operitur ferè incultus. hinc ille Poëtarum cāpus de Typhone, qui huic Insulæ sit subiectus; quēadmodum & Prochitæ ob æstuaria, & vaporaria Mimantem, Aetnæ vero Enceladum, & huic Vesuuio Alcyoneum, siue Porphyriona subijciunt; in Puteolano vero gigantes alios fulmine ictos, quorum vulnera sulphureis illis aquis, ac feruidis abluantur. Et quoniam hunc tractum Cumanum cum Aetnæ penitissimis specubus Sapientes dixere coniungi, nos quoq; per eos in Trinacriam contendamus. visa est hæc Insula, quæ Trigoni speciem refert, digna, quæ numeraretur ab Astronomis inter stellas, verùm haud facilè constituas, vtrum magis in Cœlo splēdeat, an sub tellure ardeat. hic certè Aetna, quam Vesuuius dicitur imitari, horrendum illud non modò adeunti, sed longè contemplanti spectaculū. tonat ruinis & alienis, & suis, in tanta feruentis Naturæ peruicacia etiam glacialis. propinat è cratere nouum poculi genus, cum niuibus flammas. quoties illa igneis torrentibus latè circūfluentibus finitimas vrbes oppressit? quoties profuso cinere, libratisq; saxis Trinacriam omnem operuit? arsit sæpissime, sed recentior memoria eius incendij, quod Puteolanum vltimo præiuit anno. Kal. enim Maij, qui dies est ipso flore lætissimus, Sicilia tota tonare cœpit. diebus ferè duodecim crebri sonitus, atq; tonitrua, fragores ingentes, cuiusmodi ex tor-

Boccacius de montibus.

Aetna incēdia. Pindarus, Strabo.

L. Florus.

1537.

Fazzel.

mentorũ bellicorum ictibus edi solent, longè auditi; Idibus deinde eius mensis, sub colle hiatus patuere insoliti; è quibus ignea materies egesta, ac deuoluta obuia quæq; prostrauit, exussit; nec multò post Aetnæus ipse crater tantam subnigri cineris per triduum vim efflauit, vt maria circumfusa, ac trecentis ipsis passuum millibus à Sicilia disiunctæ naues eo cinere sint fœdatæ, denique inter horrendos Aetnæ mugitus summus ipse apex abruptus à cratere, absorptusq; est. eo, qui consequtus est, anno Puteolanus ager arsit, quò verosimilior videtur eorum sententia, qui censent tractum hunc omnẽ æquoris Trinacrię esse conterminum. arserat verò Aetna etiã superiore huic anno, cuius caussam scrutaturus, dum ad os camini propius accedit, vir arte medica insignis Franciscus Niger, incanduit, eodem fato, quo Plinius oppressus. anno item quadragesimo quarto seculi à Christo decimiquarti conflagrauerat. prætere a Federico eius nominis secundo Siciliæ Rege, & antea Rogerio; item altero post obitum Agathæ anno; nec non Caligula Imperatore. arserat etiam inter belli ciuilis flãmas, & L. Cæcilio Metello, & Q. Flaminio Coss. & M. Aemilio, & L. Oreste; & paullò ante Seruile bellum, & anno ab vrbe condita trecentesimo quinquagesimo; & ab aduentu Græcorum in Siciliam vsq; ad sextum annum Peloponnesiaci belli ter duntaxat: quoties verò arserit Heroicis temporibus, Sicanis eam regionem post Cyclopas obtinentibus, memoriæ nemo prodidit. Iam quid de Insulis dicam Aeolijs, quas Vulcanias nostri, Hephæstiadas Greci vocant? Lipara olim ignem non vno ex cratere fundebat. tumulum in hac fuisse narrant, ad quem noctu accedere licebat nemini; omnia hìc cymbalorum, & crotalorum sonitu personabãt, risus etiã cum strepitu, & crepitaculis audiri soliti inter flammas, Genijs videlicet, nisi fallor, malis de huiusmodi incendiorum exitijs, & mortalium incommodis lætitia bacchantibus, nam & in hoc loco postea Ariani Regis Theodorici pyram extructã esse scimus. Proxima Insula Hiera dicitur, quia sacra

Insulæ Vulcaniæ, siue Aeoliæ.

Diodor.

Arist. de Admir.

Gregor.

ſacra Vulcano. hæc repentè olim emerſit è pelago non magis aquis madida, quam grauida flammis; fluctibus circumfuſa, ſed perpetuò ardens. enimuero ex voragine, quæ in medio patet, ingentem fumi nebulam eructat, quandoque fauillas, nõnunquam etiam ignem, ac pumices euomit; emicat per iuncturas lapidum, ac meatus anguſtos pallida flamma, ſed viuida. ferunt olim ecnephia, hoc eſt vento cum procella è nubibus erumpente, permiſtoque immani fragore contremuiſſe tellurem, qua paullatim dehiſcente, ignem primò, mox cinerem exilijſſe, qui latè diſperſus Liparam, ac vicinas Italiæ vrbes, mariaque fœdauerit. narrat Callias in Agatocle, hanc Inſulam ſua ætate continuis arſiſſe noctibus, interdiù verò globos, ingenteſq; moles effudiſſe; quo item tempore Mare ipſum non aliter, quam ſubiectis ignibus efferueſcere viſum ſit. addit idem, in hac Inſula cacumẽ quoddam excelſum fuiſſe cum cratere, ac voragine, vnde igniti lapides inuſitatæ magnitudinis emitterentur, tantuſq; audiretur ſtrepitus, quo tempore Vulcanum exercere ſe in officina putabant, vt ad quingẽta ſtadia ſonitus percrebeſceret. quanquam etiam ducentis, ac duodecim ferè abhinc annis antelucano tempore flammas, atq; ardentium ſaxorum globos in Cœlum tanta vi, tantoq; cum fragore longè proiecit, vt Aeoliæ omnes Inſulæ, ac tota Trinacria cõtremuerit. Porrò hinc tenuiſſimo Euripo altera recedit Inſula, quæ itẽ aliquando flagrauit; nec minus ea, quæ dicitur Didyma. cernere adhuc licet in ea voragines immanes, ac fauces. Strõgyle verò ab orbiculari forma ſortita nomen, liquidiſſimas flammas, lapideſq; pumiceos è vertice, vbi crater eſt, noctù, & interdiù procul emittit; quæ omnes Aeoliæ Inſulæ Socialis belli tempore conflagrarunt. vniuerſum autem eum tractum eſſe igneum, vel illud argumento eſt, quòd iuxta ipſas ſæpè flammæ ingentes ad ſuperficiem Maris è profundis ſpecubus exhalare ſint viſæ, obſtructis fortaſſe meatibus Inſularum; quod accidiſſe narrant Aemilio Lepido, &

L. Aurelio Coss. T. Flaminio item Siciliæ prætore, inter Vsticam, & has Insulas, cum Mare in sublime horrendũ in modum fluctibus intumuisset, mox plerisq; in locis fuliginẽ primùm, deinde flammas euoluit. Hinc porrò ad Aetnam ipsam, à cuius radicibus ad has Insulas quadraginta ferè passuum millia censentur, opertos specus inter se reuertentes, & commeatus esse sub terra, & mutuò incendia sibi subministrare, coniectura est Sapiẽtum. Iam inter Lilybęũ, & Mercurium promontoriùm Corsyra Insula, quę Pãtalaria dicitur, voraginem in medio aperit, cui à fossa nomen; collemq; habet, in cuius vertice crater est à conflagratione appellationẽ sortitus; complures præterea hiatus, lapidesq; combusti cũ nigris arenis visuntur. ad radicem montis specus est, vnde perpetuus erumpit fragor, multæ præterea ruinæ telluris, è quibus fumus exhalat. rubrum ipsum solum efferuescit. Quid quòd aliquot ante annis inter Cyclades non longè à Cẽturino, ex improuiso parua quædam Insula instar nauis emersit è mari recens enata, telluris superficiem adustã habens, tanquam enatasset è Phlegethonte? Sed ne longius abeam, ad Apennini radices Bononiam versus mons noctù ignem, interdiù fumum eructat. nec Bononia ipsa huiusmodi caret ignibus, habet hæc vrbs Vulcanum vnum, Mutina duos. Viterbum verò subterraneis ignibus abundare quis ignorat? Perlustra ceteras Orbis terrę partes. habent Gothia, & Noruegia, alioquin gelidissimæ regiones, ignes suos, quibus cõflagrant. Præter hæc, in Scotia locus, quem aream prunarum, siue Vulcani appellant, abundat, feruetq; bitumine. in Misena Germaniæ regione mons eiusdem nominis exardescit semper, desidẽtibus paullatim fossis. Colonia Agrippina erumpente olim è terra igni latè campos incensos defleuit. Apud Argęum mõtem campi resplendere ignibus soliti, vnde illa tot oculorum in Argo fabula. Iam illa cui tandem ignota? flagrare in Phaselide Chimæram, (vt essent & montium monstra) & quidem immortali diebus, ac noctibus flam-

Posidonius.

Diodorus Solinus.

Alia quædam loca ardentia.

Fallopius.

Olauſ.

Georg. Agric.

Tacitus.

flamma, aliq; hanc imbri; quod idem quibusdã Lyciæ montibus, Hephæstios vocant, accidit, vbi si sulci terræ trahantur, riui sequntur ignium. nam quid ego dicam, Montem apud Medos; & Cestiã gentem in confinio Persidis sæua incendia euomere solitum? cum tamen à Persis coleretur ignis. apud Bactrianos in Scythia Cophanti verticẽ noctu exardescere, ac tanquam in mentẽ reuocare gentis auctorem Zoroastrẽ; quem præstigiatorem narrant igni fuisse consumptum. Susas verò regiam vrbem non tam lilij sui nominis fragrare, quam ardentibus caminis quindecim deflagrare. campos quoque Babylonis ardere solitos, quæ scilicet vrbs in arcanis literis meretricia flagrat infamia. Adde mõtes Hesperios, & Nymphęi craterẽ, & sacrum apud Aethiopes iugum, quandoquidem ipsa incendia consecrauit antiquitas. Adde Olympum montem eũ, qui ad mare rubrum in Aethiopia haud longè ab Heliopoli oppido est; quiq; oriẽte Sole vsq; ad horã diei quintam igneus quasi cũ Sole certare dicitur. Vranium quoque, qui mons lapidem habere dicitur, è cuius vno cratere, miro quodam Naturæ prodigio, tota æstate flãma, tota hyeme vnda prosiliat; in ꝓximo verò sint nõ tetri sulphuris, ac bituminis, sed olei fontes odore cedrino: ac ne omnia confectem, præteruehere nunc Oceanum, vltimam percurre Barbariẽ, ac nuper repertas regiones perlustra; patent quodammodo illic Inferi, atq; impios terrent flamma, fremitu, motuq; telluris. antequam nostri in primis homines apud Barbaros tonarent ore, ac fulgurarent, iam ipsa tellus eos hiatu, quassatione, incendijs, fragore terrebat. In extrema nouæ Hispanię parte inter duo maria non vnum Aetnæ spectaculum oculis Natura subiecit, sed decem circiter montiũ voragines aperuit, quos nostri appellauere Vulcanos. hi lõgè cinerem eiaculantur, & saxa; interdiu verò fumum, noctu ignem euomunt. squalentes vbique campi, & cinere oppleti. ex ipso mari existunt quandoq; fauillæ. Quid quòd Fortunatæ ipsæ Insulæ, quas Canarias vocant, non sine

Boccacius.

Ardentia quædam loca in orbe terrarum recens inuento.

hæc incendij calamitosa sorte sunt? earum vna montē habet altissimum, Gomeram appellant, flammis vndantem, cuius cinis à Ventis circum circa iactatur. In Promontorio, quod Viride vocant, Insula est, cuius incendijs herbescens non semel viriditas squalet, nec alio nomine illustris est ea regio, quam flammæ. Alium quoq; montem se nautæ, dum Oceanum excurrerent, vidisse testantur, cui ob flāmarum globos, quos cum impetu iacit, nomen indidere Vulcani. Vltra verò Oceanum Insula est vna ex ijs, quas Tertias vocant, nulli incendij diritate secunda; hìc nonnullis ante annis patefacta vi spiritus tellus ingentis magnitudinis cautes in altum tanto cum impetu sustulit, atq; prouoluit, vt in Cœlum à Titanibus fieri lapidatio videretur; minores verò lapides tanquā è tormentis excussi in sublime ferebantur, quantum oculorū acies sequi vix poterat. inobscurauit subitò diem tetra caligo; horribiles mugitus, immaniaq; tonitrua mari, terraq; audiebantur. montis porrò fragmina, atq; moles abruptæ quocumq; inciderent, siue in arbores, siue in domos, confringebant omnia, prosternebantq;. tùm veluti dolia quædam sulphureo referta puluere ex ordine deuolui videbantur è montis iugo, vt in vrbium oppugnatione machinis bellicis cōcuti solent arces. ad hæc globi flāmarum, ac cinerei turbines profugos insequebantur, occupabantque, obrutis in via plaustris, armentis, & gregibus. denique ita scaturigines illæ ignium se longè, latèq; fuderunt, vt tota regio vastata sit, ac penè deleta. quæ antea cum legebamus, horrore perfundebamur, ac vix credibilia putabamus; quo igitur animi sensu hæc, & multò immaniora nuper apud Vesuuium vidimus, & experti sumus, tanta cum strage mortalium? Transeo ad alia incendiorum spectacula, quæ apud Barbaros, vt terreantur à scelere, sunt proposita. Gens est, præter alias, Mauricensis inauditæ feritatis; apud hanc rupes flagrātes sunt, ex quibus sepè ignita saxa, atq; immania erumpunt tanto cum impetu, ac fragore, cum quantō nulla tormenta ænea quantumuis

magna

magna globos eiaculantur. ingens vis cineris egeritur, quo infinitè diffuso, in saltibus feræ, pisces in littore, in agris coloni, in vrbibus incolæ opprimuntur. tantis verò motibus terra quassatur, vt qui fortè preteruehuntur, exterriti nautæ in obiectas se incurrere cautes arbitrentur. hanc gentem cū adijsset ille, qui primus ab Occidente lumen attulit Orienti è nostro ordine, Franciscus, nactus occasionem, ipso inflammabat incendio, ipso motu terræ vehementius commouebat. Quid illud quod Tolanis in eadem regione eo viuente accidit, quam singulare? quam plenum prodigij? hi cuiusdā barbari Tyranni siue arma veriti, siue gratiam inituri, à Lusitano Rege, atque à suscepta religione defecerant; ac ne à Lusitanis oppugnarentur, inter cetera præsidia circa muros arcis, quæ in edito loco posita manu erat, & situ munita, stimulos, muricesque ferreos defoderant, in quos se se induerent, qui propius accedebant. ferro decerni nō poterat humanitùs, potuit flamma diuinitùs. non externis est, sed intestinis armis, proprijsq; loci pugnatum. peruerso igitur diuino, humanoq; iure, ac rupto fœdere, repentè abruptus quoq; est vicini montis vertex. ac primò Sol circa meridiem prorsus eripi, inuolui Cœlum caligine, & quodam quasi sempiternæ noctis horrore perfundi omnia; teterrima euolui nubes, vibrātibus linguis ardens. inter hæc è caui montis specu audiri mugitus ingentes, e Cœlo tonitrua; tū scaturigines ignis, torrentesq; flammarum latè diffundi, tanta vis pumicū tanta cineris egeri, vt non modò murices ferreos solo affixos, sed arcis etiam fastigium penè æquaret. iam horribili concussa motu tellure, ruere tecta, domus euerti; pars Tolanorum opprimi ruina, pars in fuga obrui cinere. accessit illud ad cladem, quod etiam accessit hic ad nostram. aquæ ipsæ coniurauere cum flammis, lacus erat propè vrbem, qui siue ingestis è monte saxis oppletus, siue vi spiritus, ac motu ipso telluris excussus, omnē latè regionem demersit, vastauit agros, reliquas domos diruit, homines ipsos, ac bruta secum rapuit, atq;

In Actis S. Franc. Xau.

atq; absorbuit. improuiso malo attoniti Barbari sine hoste victi, manus deniq; dant, religionem, quam abiurauerant, recipiunt. Hic vero iterum mihi existat ille, qui inter sapientes est habitus. poterit nè, cum hæc audierit, ipsi excidere impia illa vox, ex imperio Numinis nec terrã sæuire, nec Cœlum? habent ista caussas suas, non nego, quas secũdas vocant, eæq; sunt verè, ac propriæ appellandæ caussæ, quæ tamen primam agnoscunt; ipsæ nihilominus in suo genere perfectæ, nõ instrumenta tantũ, vt Platonicis est visum, cum vim obtineant effectricem. sed Naturam Deus quibusdam quasi habenis temperat, & quò vult agit; & quanquam hæc dispensatio rerum admirabilium tacitè plerumq; fit & occultè, fit tamen nonnunquam apertissimè. An verò tantum hoc incendium, quo regiones ardent, euertuntur oppida, delentur vrbes; cuius ardore nuper Campania deflagrauit, cuius fragore Italia omnis intonuit, ita Naturæ adscribemus, vt nihil arcano Dei consilio tribuamus? an ignoramus, quæ magnæ auctoritatis viri de coniectis in hunc caminum Pandulpho, ac Ioanne scripserunt? Neq; verò illa ipsa, quæ de gigantibus dicuntur, qui propter scelera in huiusmodi loca demersi sint, sine consilio ficta videri debent. nã præter illa, quæ olim hic inter Vesuuij flammas gigantum spectra sunt visa, in Peruana regione postremò inuenta, in qua montes item sunt perpetuo igne flagrantes, est hoc vulgo persuasum; appulisse olim eò immani mole corporis homines, flagitijs infames, quibus diuinam in se iram concitarint; tùm visum è Cœlo alitẽ labi Dei ministrum, qui fulmina in illos contorqueret, totamq; regionem igni vastaret, relicto inter ruinas bitumine, quod nunc ab ima terra ebulliat, atque exæstuet, quo argumento omnem illum terræ deflagratæ tractum Giganteum appellant; ostentantq; pro spectaculo prorsus enormia ossa, longas crurum tibias, dentes singulos vnciarũ decem; quemadmodum, & hic Neapoli olim Alcyonei gigantis, quem sub Vesuuio ardere, & cruciari dicebant, vnum ex

Senecæ dictum rursus reprehenditur.

Simplicius Card. Bessar.

Incendia non sine arcano Dei consilio contingunt.

Petrus Damianus Ostiensis.

Andr. Baccius

ossibus

ossibus ostentabatur immane. præter hoc Barbari vestigia antiqui illius excidij, atq; incendij ostendunt, montium subuersiones, puteorum in viuo saxo penitissimas scatebras, bituminis nigerrimos fontes; quæ omnia aliqua ex parte similia sunt ijs, quæ in sacris Hebræorum literis legimus, quas literas vel quia non consuluit, vel quia contempsit Strabo, aliquid attulit historiæ veritati minimè consentaneum. putauit .n. ignem illum, quo Pentapolis Palæstinæ regio turpitudinis nota insignis exarsit, è terra primùm extitisse, quæ venas intra se sulphuris, ac bituminis contineret, ac proinde id Naturæ vi contigisse, cum potius constet è Cœlo (quāquam & terram quà motu, quà mugitu sæuijsse, ac desedisse crediderim) diluuium illud igniū diuinitus fuisse profusum, relictis adhuc incendij vestigijs, ac bitumine, veluti sanie præferente regioni vulnus inflictum. Quo ēt in genere non est prætermittendus ille mons, in quo Deus olim se legislatorem obtulit; cum .n. totus ardere, ac fumum agere visus est, haudquaquā existimandum est, erupisse intestinum ignem, qui à Natura penitus abstrusus, atq; abditus antea delitesceret, sed vel species quædam oculis ad terrorem fuit obiecta, vt nonnulli putant, vel potius ministerio Cœlitum eò adducta materies est ad incendium idonea, quà verè superficies montis ignesceret, atq; inde flamma fumo inuoluta sese altius efferret, remugiēte interim horrendum in modū tonitruis Cœlo, & coruscante fulgetris. Sed hic de locis Natura flagrantibus sermo est. quæ tamen loca Naturæ parens instituit ēt ad hunc finem, vt quà vi, potestateq; sua declarata; quà imagine ignis sempiterni ꝑposita, mortales deterreret à scelere. Hoc igitur agūt præter ea, quæ numerauimus loca, in Islandia montes altissimi tres, qui perpetuò instar Aetnæ ignes eiaculantur. Hecla vnus vocatur, alter Hegla, hoc est Sanctus, tertio Crucis est nomen; habent .n. ipsa incendia religionem quandam, atq; pietatem, cuius vis nuper in hac conflagratione Vesuuij fuit maxima. ergo illa Crux, quæ in communi Orbis incendio

Strabonis error de incēdio Pentap.

Mons Sinai an habeat ignes subterraneos.

Vide Abulēsem & cet. Schol.

Montes ardentes in Islandia.

Petrus Greg. proferetur, iam nunc inter Islandiæ flāmas nomen habet illustre. porrò eum ignē nullis aquis superari posse narrant, quæ est natura bituminis: præterea ex his montibus lapides maiore cum impetu, quam qui è bellicis machinis exploduntur, eijci. iam ipsum voraginis fundum ab oculo, quantumuis lynceo, introspici minimè posse. simulacra verò Manium in itinere subinde occursare pallida, exanguia, illuuie fœda, ac miserabili specie, dicentium se ad Heglam pergere. at cū in ea regione prelia fortè committuntur, cædesq; fiunt, tùm maximè horrendos ibi tumultus cieri, eiulatus audiri, globos ex imo igneos, ac stelas ardentes emitti. & quāquam nonnulli ex Physicis putant, hęc oculorum esse ludibria, dicūtq; varia illa spectra ex densis, crassisq; vaporibus effingi; tamen si ea, quæ de locis alijs ardētibus à grauissimis, ac sanctissimis viris dicta sunt, vera esse credimus, non omnino huic narrationi fides abrogabitur; cū constet, Theodoricum Regem in Liparensem, ac Principes scelestissimos duos in hunc Vesuuianū rogum conijci visos. quapropter demiror à nonnullis viris alioquin doctis, ea, quæ apud Aetnā in hoc genere visa narrantur, meras putari nugas; legant verò, quæ inter ceteros magnus Gregorius scripsit. Eumorphius quidam, cū ageret animam, comitem compellabat, Stephanum nomine, qui in eadem vicinia ægrotabat; paratam esse nauim dicebat, quæ ambos in Siciliam deueheret. extincti vno temporis momēto sunt, sed igni addicti, quod vir sanctissimus sic est interpretatus; hominem *in Siciliam duci se esse testatum, quòd præ ceteris locis in eius terræ Insulis eructante igne tormentorum ollæ patuerunt.* Quorsum igitur hæc ardent loca? audi eundem, *hæc Deus ad correptionem viuentium in hoc Mundo voluit ostendi; vt mentes Infidelium, quæ Inferorum tormenta esse non credunt, tormentorum loca videant, quæ audita credere recusant.* Neque verò impijs tantùm Manibus excruciandis, sed pijs quoq; expiandis huiusmodi camini vsui esse consueuerunt; & præter cetera loca, legimus de Puteolano Vulcani foro, &

In locis ardentibus impij quādoq; cruciantur.

Abulensis.

Greg. in Dial.

hoc

hoc ipso Vesuuio. atq; illic quidem Paschasij in primis simulacrum visum, hic verò gemitus miserabiles auditos matris cuiusdam è flamma post obitum ad libertatem aspirantis, ac precum opem implorantis à filio. quod etiam prope Virmicinum oppidum aliquando accidisse narrāt;vbi cū se religioso cuiusdam viro variæ species vita functorum obtulissent, qui dicerent sibi expianda esse commissa, dum viuerent, ac proinde opus esse precibus, statim vicinus mons incanduit, globosque flammarum cum ingenti fragore prouoluit. Atque vt horum locorum ardentium, apud quæ Manes expurgantur,aliquam afferam similitudinem,eam ex ipsis Barbararum gentium moribus, atq; opinionibus exprimere liceat. mirum quiddam in hoc genere narrabat Apollonius, apud Indos puteum fuisse, è cuius fundo sub meridiem se tellus attolleret,deinde cū à Solis radijs calorem concepisset, iterum subsideret. glebam colore nituisse cæruleo inter aurum, argentumq;, cuiusmodi Sandaraca est; iuxta eum puteum fuisse craterem igneum, atq; hiatū terræ,è quo plūbei coloris flamma se proderet. apud hunc craterem Indos se scelere expiare consueuisse.quamobrem puteum quidē culpæ appellabant, craterem verò expiationis,ac veniæ; atque hoc in loco non sine admiratione in feruenti gleba quadam pulcherrimæ Iridis formā Sole aduerso resplenduisse. quā videlicet formam recōciliatæ cum Numine gratiæ esse imaginem sacræ literæ testantur,vt propterea ignis ille quāquam superstitione Barbarorū mentes imbuerat,tamen eum, quo piorum animi expurgantur,repræsentare quodāmodo videbatur.ac certè illa ipsa auri,argentiq; specie,quæ inter ignes effulgebat in gleba, qd aliud nisi purgata virtus exprimitur?

Quidquid horum ignium vsus esse potest etiam ad probandam virtutem, animiq; constantiam? In ea Iaponiæ regione, quæ Tacacucensis dicitur, mons est in mirandam altitudinem exurgens,vndique præruptus; in eo voragines,ac putei multi pleni sulphuris, ac bituminis, qui flagrantē con-

Locis ardētibus piorū animi quādoq; purgātur.

Anno 1096. Chron. Hirsagense.

Philostratus in eius vita.

Crater ignis subterran. Apud Barbaros imago quædā purgantis.

Historia Indica. Anno 1617.

In locis ardētibus quādoq; virtus probatur

tinent limum? ex ijs hiatibus, ac puteis vnus in primis horrendum in modum ebulliens fuliginem emittit tetram, cum mephiti grauiter olente, vulgo fauces Orci appellantur. hæc, vorago ceterarum maxima non multis ante annis patuit dehiscente terra. allatæ nuper sunt nostrorum hominum literæ, quæ narrant, nonnullos eius gentis, quòd veram religionem abiurare noluissent, barbaro quodam inuento, atq; inaudito supplicio in eum gurgitem, limumque flagrantem conijci iussos. spectata in omnibus est magnitudo animi, atq; constantia, in duobus maximè. hi cum montis cacumen ascendissent, cum erumpentem è puteo fuliginē cernerent, ac sulphuris odore percellerentur, non modò non sunt exterriti, sed cùm in eius gentis more positum sit, vt in maximis celebritatibus, ac publicis gaudijs pangant carmina varijs argumentis, hi omni metu soluti hoc attendebant, vt dictionem alligarent metro. itaq; ex ijs vnus, cùm ex altissimo illo montis prospectu tanquā è specula patriam, lares, ac focos despectasset, vltimū ijs vale dixit disticho in hāc sentētiā.

Anno 1627.

Indi quidā pro vera religione in uoraginē flagrantē mōtis iniecti.

Nomen vni Bartholomæo, alteri Ioachimo.

Sat Patriæ, terrisque datum; me sidera poscunt

Ignea; me rapit en flamma, valete foci.

Alterius carmen sic interpretor.

Aethere me longè discretum rebar, at arsit

Vt mihi mons, dixi, clarus Olympus ades.

Quid aliud hi egissent, si fuisset ascensus in Heliconem, & Parnassum ad delitias, non in ardentem montem, atque fumantem ad supplicium? si bibituri fuissent ex Hippocrenes liquido, & gelido fonte, non in feruidum flagrantis limi gurgitem demergendi? ex his certè fontibus quamuis sulphureis diuinioris cuiusdam Poëtæ spiritū hauserunt. atq; Empedoclem quidem (fuit is non modò Philosophus, sed Poëta) legimus, cum diuinos honores affectaret, in ardentem Aetnæ caminum vltro se demisisse, vt, cum inuentus non esset, euolasse ad Superos crederetur, sed ferreæ illius crepidæ ignis vi reiectæ rem patefecerunt, ac decl ara-

clararunt immortali flamma combustum esse mortalem. hos autem, quos, vt veræ diuinitati honorem exhiberēt, & cultū, in igneum illum gurgitem barbarus furor immisit, ipsa excepit immortalitas; ita Deo saluti hominum in omnibus cōsulente, vt ipsæ, quæ fauces Orci dicuntur, aliquando Cœlo transmittant. ecquis erit, quin hunc montem Olympo ipsi anteferendum putet? cùm, vt ille victimarum cinerem perpetuò seruat, quem ob altitudinem nulli circumferant venti, nullæ procellæ proturbent, ità hic eorum, qui se pro religione mactādos obtulerunt, cineres immortales habeat. aut quis neget hunc ipsum montē ei, de quo superiore libro dictum est, dignitate præire, qui liquenti velut auro efferuescere, ac noctem superare splendore dicitur. Iam præuidit quodammodo ipsa Natura quantum quādoq; subterraneus ignis allaturus esset emolumenti, cum incendio etiam pretia gemmarum fecit. quì tandem, inquies? Achates gēma est, in qua aliquando miro Naturæ ingenio terræ desidentis hiatus quidam apparet, ex quo tanquam è camino fumus emitti videtur, qui aërem circumquaque obumbret; Vesuuianam credas, vel potius hanc, in quam iniecti viri fortissimi sunt, voraginem mirè depictam; opus artis existimes, sed Natura sibi vendicat. in quo illud quoque admiratione maximè dignū, quòd vt distinctius appareat incendium, alius est color fumi, alius aëris, qui ex eo caligat; fumus candicat densus, aër subrubet, veluti flamma; mirabitur, opinor, quispiam, atq; hunc Achatem alteri illi Pyrrhico longè præponet, in quo cum Musis fuerat Apollo ipse descriptus; atqui hunc in quo incendium apparet, Achatem his potius dedicandum dicet, qui nouo genere Poëseos non minus de flamma mōtis, quam de Heliconis vnda, vim, afflatumq; pangendi carminis conceperunt. quanquā non satis Naturæ fuit vno gēmæ genere nobilitare Incendia. Opalo lapidi varium decus est; huic purpura, illi viriditas, alij fulgor; sed haud scio, an vllus admirabilior, & spectabilior, quam is, qui sulphuris flam-

Baccius.

Cur Natura in gēmis quibusdā incēdia veluti sculpserit.

Cardanus lib. 7.

Plinius.

flammam imitatur ardentem; vt, quod in Vulcani foro conspicitur, hoc in Opalo expressum habeas. insunt igitur incendijs pretia ipsa gemmarum; vt mirari desinant ij, qui pyropos à Vesuuio proiectos se inuenisse hoc tempore dictitāt, cum nulla res tanti pretij sit, quæ cum pietate, quam non modò hæc Vrbs, sed ceteræ omnes, quocunq; hic cinis incidit, declararunt, conferri queat: præsertim cū in ipsis oppidis incensis non defuerint religiosi viri, qui licet elabi possent, tamen nè miserum vulgus desererent, inter pia monita, atque preces torrente iniqui cineris sint oppressi: quò minus videtur simile vero huiusmodi loca flagrantia re ipsa æterni ignis esse vaporaria, & Ditis ostia, vt vocant, cum aliquando aditum Cœlo aperiant. Vidit hoc etiam ex Ethnicis Philostratus is, qui Apollonij vitam scripsit; negat enim Aetnā, ac ceteros huiusmodi terræ caminos Manibus impijs constitutum esse rogum, vel ex eo, quòd si fortè virtute præditus quispiā illuc inijciatur, beatissimus esse possit: beatam enim vitā non modò in rotam ascendere, sed in istas etiam flammarum voragines descendere posse dicendū est. habere autem hæc caussas à Natura profectas putat, nimirū terram bitumini, sulphuriq; commistam excandescere in flāmam, quanquam hæc fortasse non vbiq; se prodat, quòd si violentior spiritus in eas se conferat specus, tum illam irritatam erumpere, eandemq; magis, ac magis subinde torrentis instar excrescere; tum ab alto præcipitem agi, ac sepè ipso impetu in mare deuolui. hæc ille. Neq; tamen inficiari debemus, vt antea dictum est, huiusmodi conflagrationes, quanquam à Natura sunt, imperio etiam seruire summi Principis, ac sempiternum illum ignem repręsentare immaniter quandoque grassando. Quid? ah non persuasum fuit multis, quoties Vesuuius ignesceret, opulento cuipiam viro, atq; in gazas assiduè inhianti aperiri eum hiatum? cui sententiæ hoc certè tempore vix adhæreo; nempè in tam propensa ciuitate ad omnem humanitatem, atq; pietatem. quis non

Philostratus.

Beata vita pōt descendere in ardētia loca subterranea.

Petrus Dam.

An ad diuitis alicuius mortui pœnas Vesuuij vorago patuerit.

non est nup admiratus eius in egenos, atq; in profugos à flāma incredibilē largitatē, qua ciues primarij, honestissimæq; matronæ inter se se certarunt? itaq; potius hoc incendium contigisse existimauerim, vel ad experimentum virtutis, vel ad communis illius incendij, quo fortasse proximè flagratura sint omnia, significationem; quis enim ex tot malorum colluuione, & ex hac Mundi senescentis facie, non iam iam eius instare suspicetur occasum? Quid quòd hæc ipsa suspicio iniecta iam olim Veteribus fuit, Mundum non alio magis conflagraturum igni, quam Vesuuiano? ex hoc ingenti camino diluuium illud flammarum, quo Vniuersitas obruatur, erupturum? hoc videlicet metuebant illi, qui imperante Tito, cum immaniter Vesuuius exardesceret, existimabant, *aut Mundum in Chaos redigi, aut igni consumi*; cùm enim ex Sibyllinis in primis libris accepissent, futurū aliquādo, vt totus Mundus ignesceret, Vesuuium suspicati sunt illius incendij fontem. & certè niti videtur aliqua coniectura suspicio, qua tandem? quia nullos habet huius montis incendium terminos: nulla Regio est, quàm sibi diuersis temporibus nō vindicarit. Orbis terræ partes ipsas tres, iā sibi descripsit, ac suo iure depoposcit. quid enim aliud agere visus est, cùm semel Aegyptum, ac Syriam, deindè cum Bizantium, ac Tripolim Libyæ, omnemq; Europæ faciem contexit cinere, nisi vt ius illud ostenderet suum deflagrandi vbiq; terrarum. huc accedit, quòd hæc regio Palensana dicta est à Ianigenis, quidā interpretantur incendij ostiū, vndè videlicet eruptura sit flamma Mundo fatalis; quid? num deest Vesuuio Tuba illa, qua genus humanum euocandum esse scimus è bustis? at iam antea dictum est, in illa conflagratione sub Tito auditum esse ex huius montis vertice horrendum quēdam quasi Tubæ sonitum, atq; clangorē. quin ét in hoc incendio inuētam narrant sub feruido cinere Tubam. hinc igitur dicet aliquis, audietur illud ferale Classicum, ac significatio cladis extremæ. Iam gigantes ignei, qui tunc, quasi Iouis fulmen nō metue-

Dio.

An ignisquo Mundus cōflagrabit ae cipiendus sit è Vesuuij foco.

Dio.
Procopius.

Annius.
Dion.

Tubæ olim sonus auditus è Vesuuio.

Tuba in huius incendij cinere nuper inuenta.

metuerent, se se ostentarunt inter flammas ipsas, quos alios esse dicamus, nisi satellites Ditis, ac Cyclopes impios, qui in communi illo incendio horribili specie se se offerent in Orbis terræ casu, atq; excidio grassaturi? quæ suspicio de flamma ex Vesuuij camino deriuanda si quo veritatis fundamento niteretur, certè hæc, quæ proxima illi est Vrbs primò deflagraret, hinc initium acciperet clades: ac tantò propius, atque horribilius illa vastitas immineret, quantò Vesuuius laxiorem iam aperuit hiatum. Illud verò quanti momenti est, ac ponderis? quanti horroris plenum? quòd in hac vltima conflagratione, quædam iudicij visa sit forma. est sanè quòd narrant, horrendum dictu. Apud Herculanum marmoreum excitatum erat monumentum, cum epigraphe Perisani Riberæ de regione à latronibus expurgata; proxima erat infelix arbor, è qua suspensa portio dissecti cadaueris pendebat; furcifer enim quidã paullò antè fuerat hac ignominia, præter necem, notatus; cùm ecce cineris, flammæque torrens disturbat omnia, marmor ipsum inuoluit cinere, atq; obruit, at in tanto impetu ignis, ac turbine solùm feralis arbor inconcussa manet, & extans è cinere. nempè diuinæ seueritatis exemplum omnibus expositum, atq; patens. ea re magis testatum esse voluit Deus se infensum sceleri, quam inscripto marmore. suspensi qui erant artus, combusti quidem sunt, nec tamen excussi. bis igitur damnatus reus, semel, dum viueret, ferro, iterum post necẽ, igni. Illud quoq; addam, quod ad hanc rem facit non minus horribile, vel visu, vel dictu. Conuenerant protinus, & conuolarant ad detrahenda vix dum sepultæ Cãpaniæ spolia latrones, ac fugitiui nonnulli (fuit enim Vesuuius huius generis hominum receptaculum iam indè vsq; à Spartaco.) aggressi petere, vt dicitur, cibum è flammâ. indictum erat Naturæ penè pereũti iustitium, ius tamen violabatur. quis locus immunis, ac purus erit à scelere, quando ipsa, quæ Tartari putantur ostia, et cum flammas euomunt, arces sunt maleficio? ex ea fæce homi-

Iudicij forma quędam apud Vesuuium tẽpore incendij.

Diuinæ seueritatis exẽplũ duplex apud Vesuuium.

hominum vnus, dum accingit se prædæ, circumuenitur subitò igni; quid tum ille? in arborem insilire conatur, sed arborem dum amplectitur, in eo amplexu intercipitur, ac vi inflammati sulphuris, atq; bituminis tanquam sideratus obtorpuit. eo deniq; habitu, ac situ inuentus. stultum certè consilium, nempè confugerat latro, ac furcifer ad arborem, quæ scilicet ei debebatur ad pœnam. tantùm non audita vox Dei Iudicis. *I lictor, infelici arbori suspendito*, nam obnubere etiam caput non oportuit; vt & alijs spectaculo esset, & incursantē in se flammam horribilius cerneret. id Sacerdos, qui hunc ipsum hominem ex arbore tanquam putidum pomum excussit, atq; humo condidit, ad me retulit. ò sententiam, dices, Dei Iudicis prædicandam. ò tribunal illud seuerū apud Vesuuium constitutum. iusserat hoc tempore Regni Præses Emmanuel vacare Curiā, vt saluti animi quisq; sui consuleret. refrixerat à iudicijs forum ardente Vesuuio; putabat igitur furcifer, iā se impunè latrocinari posse, nec animaduertebat translatum esse apud Vesuuium ipsum tribunal. nemo scelestus inultus est. si minus in Vrbe, at extra vrbē Reo dies dicitur, erepto licet per caliginem die. ibi parata est arbor, vbi flagitium est Vesuuio flagrante patratum. etsi tantisper feriata subsellia sunt, dum supplicatio fit, supplicium tamē sceleri semper in prōptu est; nec mirum quòd interim vacet Curia, nemini fas est alterum criminari, præter se ipsum. tonare in rostris, ac fulgurare dicendo nefas est, dum tonat Vesuuius, dum fulgurat, omniaq; permiscet: in eo foro caussa Reo dicatur nō ad clepsydram, sed ad puluerē, atq, cinerem. nihil agant priuatæ caussæ patroni præter Ianuariū publicæ. Sed quorsum hæc à me dicuntur? nempè, vt ostendam, magnam habere cognationem incendium hoc Vesuuij, cùm illo vltimo, atq; communi; vt mirum non sit, suspicatos fuisse Veteres, ex hoc Vesuuij camino in primis erupturas ingētes illas flammarū scaturigines, quibus, dicta homini Reo caussa, Mundus ignescat. Mihi tamen neque hoc probabile

Tribunal Dei apud Vesuuium.

Dio.

visum vnquam est, neq; quod nunnullis placuit, conflagrationem Vniuersi tunc futuram, cum, quæ ardent sub terris; loca omnia simul eructarint incẽdia. & sanè Natura fieri minimè posse videtur, vt vno, eodemq; tempore prompta sit, ac parata vbiq; materia: quãquã non ignoro in Sociali bello septem ipsas Insulas, quas Vulcanias vocant, quasi societate inita simul arsisse; sed hæc propter vicinitatem facilè sibi inuicem subministrare materiã potuerunt; at verò ea loca, quæ vltra Oceanũ flagrant, quì fœdus ineant cum Vesuuio ijsdem statim armis instructa, atq; in perniciẽ coniurata? Exstimauit quoque Albertus, tunc Vniuersum conflagraturum, cum reuocatis diuino imperio è terræ superficie aquis, fluctibus, ac mari ipso vnum in locum coactis, relictaq; arente terra, atq; omni prorsus humore destituta, quod mare nũc fortasse, quasi frænũ indomito igni ẽ iniectũ, tãta futura sint huius incremẽta, vt ex imis cauernis vndiq; subferuescens Mundũ auidè depascatur. Ego verò libentius eius auditori sanctissimo, ac sapientissimo Thomæ assentior, qui commune illud incendium tunc excitatum iri docuit, cũ diuino nutu, potestateq; supernæ omnes caussæ, atq; inferæ conspirarint. Atq; hoc loco prætermittendum nõ est, quod magnus Gregorius innuit. ita enim de his locis, quæ conflagrant, locutus est, vt existimasse videatur, ab ijs prænunciari Vniuersitatis incendiũ; & quò maiore illa hiatu patescunt, vt nuper est in Vesuuio factum, eo propius instare diem, quo Mundus collabatur in cineres. quid enim aliud sibi volunt ea verba? Loca terrarũ, quæ conflagrant, idcirco *laxatis finibus excrescere, vt Mundi termino appropinquante, quantò certum est illuc amplius exurendos colligi, tantò & eadem tormentorum loca amplius videantur aperiri*. cum igitur Vesuuij crater, hoc tempore multò amplior sit factus, atq; immensæ voraginis fauces laxiore hiatu dehiscant, quis non apertissimè præmoneri nos dicat de Mundi breui conflagraturi termino, interim verò cruciatum metuendum esse multorum? Atq; in hanc ferè sententiam

iuere

Strabo. Plinius. Iulius Obseq.

Alberti de cõflagratione Vniuersi sententia.

S. Thomæ sententia profertur de Mundi incẽdio.

Gregor. in Dial.

Crater Vesuuij amplior factus Mũdi terminum instare denunciat.

iuere illi ipsi, qui nostræ disciplinæ fuerunt expertes, ex quibus vnus in Physicis apprimè eruditus, cùm de subterraneis ignibus loqueretur, existimauit, *ita in illis Naturam sæuire, vt exustionem terris denunciet.* quod certè denũciãdi munus, iam pridem Vesuuius ardens præstitit, cùm, vti dixi, ex eo est horribilis ille Tubæ sonus auditus. Tantis igitur terræmotibus, tam ingenti sonitu, ac fragore, tantò conflictu elementorum, tum sæuis Naturæ vulneribus, tot oppidorum bustis, tot, ac tam immanibus exitijs vni præluditur, hoc est communi omnium: nisi & hoc, quo solet flagrare Vesuuius, incendium, etiam commune quodammodo dicamus, quod ceteras quoq; orbis terræ partes, si minus igni vastauit, certè cinere funerauit.

Plinius.

Dio.



IO. BAPTISTAE MASCVLI
DE INCENDIO VESVVII
Liber Octauus.
Qui est
De Præsensionibus, & Prognosticis.
AD PETRVM ALOYSIVM CARAFAM.



D calamitatem tantam huius incendij, quanta nec animo concipi põt, ad tam immane, quod accepimus, vulnus hoc scilicet accedere debuit, vt Mathematicorum quorundã dira præsensio in eo exulcerando tanquã vnguis existeret; Qui iccirco radio illo vtuntur, vt sempiternam prænũcient Italiæ noctem; iccirco puluerem adhibent, vt eum funeratis, ac sepultis Vrbibus iniiciãt, atq; infinito cineri adijciant. q̃ autem genus incommodi impẽdere potest, atq; exitij, q̃ Vesuuio non adscribant? In quo cùm multa sunt indigna, tùm illud minus ferendum, quod ex hoc camino quodammodo faces accendãt, ad Romanæ Vrbis conflagrationem, atq; excidium. quippe religioni maximè funestam hãc flãmam putant. Constituunt ante oculos incensa tẽpla, aras euersas, cõminuta simulacra, Romam deniq; ipsam hostili furore vastatam. Deus immortalis, quæ portenta, quæ monstra: Europam penè totam contexit hoc tẽpore Vesuuius cinere, Romam propè vnam nõ attigit. nullus ibi fragor auditus, qui longè, latèq; per reliquas Italiæ vrbes intonuit. in tam tetra caligine, atq; nocte tantùm illi Sol clarus illuxit. Vesuuiũ tñ

Romæ non esse ominosum hoc incendium.

Romæ

Romæ fatalem prędicũt. quid si, vt olim imperante Tito, iterum illam fœdasset cinere? nunc quòd tanti incendij infinita penè fauilla Romam, vt ceteras Italiæ vrbes, non attigerit, est hoc ipsum felicitatis argumentum. tunc .n. eã cinis operuit, cùm superstitione adhuc erat imbuta, cui consequentis anni portendit incendiũ, exorta è terra diuinitùs flãma, quæ .s. depasceretur Deorum inanium fana. sed obsoleuerũt iam ista portenta, atque cesserunt. ardet nunc Roma, sed murice; color incendit, non calor; perstringit oculos non flammæ fulgore, sed purpurę; habet cineres, non quos Vesuuij specus emisit infaustos, sed quos condit ipsa intra sacras specus Cœlitum faustissimos, quibus se fore confidit immortalem, & vt eleganter quidam eorum dixit: *honorat in cineribus semina æternitatis*. Nihil est igitur, q̃ Mathematici ex hoc incendio in Romanæ vrbis exitium vaticinando deriuent, Non timet Roma tuas, Veseue, flãmas; scit, vel exiguo sãguine te posse vinci pro religione profuso, quo ipsa madet vniuersa. insulatum illud Reginæ vrbium caput non metuit te iam sine vertice. cineribus, quos è specubus exponis tuis, opponet sacros, quos sub antris suis cineres seruat. deniq; hic præsto est Ianuarius, illic Cœli ianitor. si hic ignis, vt quidam suspicantur, est è Tartaro, illi Inferorum adamantini postes cedunt; sin accenderunt hunc astra, ille non modò famã astris terminat, sed imperiũ. assuescat hostis prodigijs nouis. Petrus primus Antistes superbum calcabit hostem ijs pedibus, quibus intumescens olim mare calcauit. lucem Romano cultui dabit, atq; splendorem is, qui alijs lucis vsurã vel vmbra sui corporis dabat. ijsdẽ illis clauibus, quibus Vrbi nouũ aperit terrarum Orbem, claudet aditum hosti. mirũ, sed verè dictum, captiua Roma ne sit, catenato Principi seruit. icciрco huius apud se reseruauit ferrea vincula, vt in promptu catenæ sint, quas inijciat hostibus triumphatura, quo more Lacedęmonij dicuntur tanquam de victoria certi, antequam bellum inirent, Megarensibus eas apparasse. quam hoc admirabile? illa-

Dion.

Ambrosius.

Alex. ab Alex.

illaqueari Roma non potest, quia se retia iactanti commisit: verius de huius religione, quā de Theotimi fortuna dictū, eā reti solitam capere regna, non capi. parere nescit ea Vrbs, cui nouas subinde regiones Occidens, atq; Oriens parit. Trabes illas igneas, quas Vesuuius intentauit, trabeata Roma non metuit: habet secures, quas in eius ceruices intendat, quas tū ille ceruices antea sibi ipse præcidit. potuit igneum cratera propinare mari, non Tiberi. non euoluit ille Romam versus ingentem fumum, scilicet Pontificias Apes lædere veritus. est Vesuuius Aræ similis dictus, in qua suffitus fiūt, at in Vrbe religionis Ara est, quæ calet thure, non sulphure. non metuit bellicum fulmen laureata Roma semper & victrix. dedidicit formidare vim Barbarorum, quæ hoc nomen ab omine iàm transtulit in auspicium. quæ timendas Orbi terrarum sacrauit Aquilas, infestum sacris nō metuit Aquilonē. fatorum decreta cōtēnit illa, cuius decreto, atq; sētētia nullū est fatū.

Plutarchus. *Dio.* *Florus.*

Neapoli non esse ominosum hoc incendium.

At Neapolim certè se Pyromantæ vertent, & quam Vesuuius fauilla vix aspergere ausus est, eam hostilibus flammis vastandam subijcient. cur ita? quia olim Theodorico primùm, deinde Totilæ paruit. atqui metuent hoc tempore religionis hostes eorum facta imitari, quorum non possunt non exitus perhorrescere. cū legerint, Theodoricum marini mōstri specie exanimatum, atq; in Liparenses ignes fuisse coniectum, Totilam verò in fuga gregarij militis habitu tectum à Sagittario nec opinantem telo repentè confossum. quid quod hæc Vrbs iampridem se huiusmodi hostium metu liberauit ostento mirabili? diuinitùs enim videtur factum, vt nē exanimes quidem statuæ impiorum Regum consistere Neapoli potuerint. Statuerat Theodoricus ex Arij disciplina hìc in foro Neapolitano sibi statuam ex pretiosis lapidibus sectis, quadratis, varioq; colore infectis. huius statuę caput nullo auctore dissoluta lapillorum compage defluxit, quid tum? mox Theodoricus ipse vltimum diem obijt, paucis post annis lapilli, qui statuæ pectus, atq; vterum exprimebāt,

Baronius. *Procopius.*

eundem

eundem in modum deciderunt, statim Theodorici ex filia nepos fato suo defungitur. paullò post inferiores lapilli labũtur; mox Amalasuntha Theodorici filia ex humanis excedit. demum obsidentibus Gothis Romam, à fœmoribus ipsis ad imos eiusdem imaginis pedes lapillorum compages omnis dilabitur, ac nullum prorsus statuæ vestigium relinquitur. interpretatio fuit, & Theodoricum, & genus ipsius, & gentem ipsam Gothicam destruendã mox., penitùsq; delendã. quid hoc prodigio illustrius? quid auspicatius, quam vt nullæ eius nominis reliquiæ superessent? quis non sibi persuadeat, diuinitus factum, vt in hac Vrbe ne statuæ quidẽ, quæ Principes religioni veræ infensos repræsentent, stabilimentum habere possint? vt nullo impulsu sponte corruant, comminuãtur, ac prorsus aboleantur. ausus est postea Totila Neapolim eam gentem referre, sed Narsetem habuit vltorem, à quo eiectus, à cuius sagittarijs est interemptus. ità Neapolis huic maximè hostiũ generi semper fatalis fuit. referat verò pedem hostis? f3. hic firmabit vestigia, vbi ne marmoreus q̃dẽ potuit stare.

Sed antequam hæc, aliaq; incommoda, quæ ex hoc incendio Mathematici vaticinantur, nugas esse pluribus ostendam, videris à me (Præsul Illustrissime) præsensiones, ac præsagitiones requirere tantæ calamitatis. Ac primò se offerunt nonnulli, qui non multò ante incendium, quasdam inauspicatas aues à se visas affirmant, quę circa Vesuuij regionem volitarint; ac tanquam oscines hæc nobis fata præcinuerint. Equidem scio, ceteras animantes solere huiusmodi quæ imminent incommoda, præsertim quæ ex aëris contagione oriuntur, quodammodo præsentiscere, atq; ijs in primis affici. vereor tamen, nè ista similia sint Romanorum veterum terriculamẽtis. hi enim cũ videbant auem quandã, q̃ Incendiariam vocabãt, propterea quòd victimæ artubus direptis ex ara vnà cum prunis, ac tecta circumuolitans incendium minitari videretur, ominoso eius aspectu territi Vrbem indicta supplicatione lustrabant. Itaq; his omissis, alij visa cõmemor-

An præsentiri potuerit hoc incendium.

Plinius.

memorant; & obiectas antea formas. multi etiam somnia narrant, quibus antea sub Autumnum maximè pulsi sint animi. sed vera vox illa Sapientum, Autumnalibus somnijs nullam esse fidem, siue quia vt lepidè aiebat Democritus, eo tempore, vt arborum folia Ventis, ita somnia turbulento quodam veluti iactata motu temerè concidant, siue potius, quia sub Autumni finem senescente iam anno, & calore deficiente, densato spiritu, facultas diuinandi hebetetur, & tãquam speculũ fuligine oppleatur. Ego verò & istos irridere soleo; & ceteris Vatibus nõ ita facilè acquiesco; quãq; enim nõ ignoro, maximas calamitates diuinitus præuideri solitas, atq; prædici, tamen idcirco non statim assentior, quòd plerumq; post rem gestam citantur libri Sibyllini, proferuntur oracula, prædictiones, ac vaticinia. obtẽdebatur antea cortina, vacabant tripodes, silebat Pythia. tametsi de eo, quod Tito imperante contigit, incendio Plutarchus ita loquatur, *hæc verò, quæ recens apud Cumas, & Dicæarchæam acciderunt, nonnè pridem Sibyllinis decantata carminibus tempus veluti debens persoluit? eruptionem videlicet Montani ignis, feruorem maris, saxorum, & massarum flagrantium Venti vi eiectionem; tot, tantarumq; simul vrbium interitum; vt qui hodie ea loca perlustrant, cernere nequeant, vbi nam condita fuerint.* Atqui de hoc certè incendio, quod nuper accidit, nullam video in ijs Sibyllarũ carminibus, quæ reliqua Vetustas fecit, fieri mentionem; alios verò ea de re diuinitùs admonitos fuisse non constat; nam quod vulgò de quodam Rustico fertur, non facilè fidem extorquet; aiunt hunc apud Vesuuium commorantem, biennio antequam conflagraret, peruigilio reuiuiscentis Christi, alienatum à sensibus, visum deduci à Genio ad spectandas impiorum pœnas, ab eodem audisse de incẽdio, quod erat excitandum. tùm ipso Anastaseos die, vnà cum Christo quodammodo ab Inferis excitatũ, sed hoc discrimine, quod ille olim inde pulcher, & immortalis extiterit, hic prorsus illuuie horridus, cinere inspersus, fuligine obsitus

Plutarchus.

obsitus in conspectum se dederit, ac visa denunciarit, atqui tam horrendum, inusitatumq; spectaculum, qui potuit non omnium oppidanorũ ad se oculos, atq; ora cõuertere, immò exteros etiam ad se accersere? cur ante incẽdium hæc silentio tegebantur? potuitnè tantæ rei narratio præterire aures huius celeberrimæ Ciuitatis, in qua omnis colligitur aura rumoris? & quod præcipuum est, cum nihil vtilitatis ad quẽpiam indè manarit, ac nullos hic Rusticus pietatis collegerit fructus, quorsum ei diuinitùs id prædictum? quem enim non perculisset illa species Acherontici senis? qui certè fumida ipsa facie non risum, vt aiunt, sed lacrymas expressisset. Thespesius quidẽ Solensis, (si vera sunt, quæ Plutarchus narrat) homo antea improbus, ac perditis moribus, cum scalarum lapsu penè excessisset è viuis, audire visus est à Sibylla. *Vaticinium de monte Vesuio, & Dicæarchea conflagratione*, quibus ille deterritus, cum ad se redijsset, nouũ instituit viuendi genus seuerum, & moratum. Iterum deinde Vesuuius exarsurus à religioso quodam viro est præuisus, cum onusti fœno se obtulissent Aethiopes, Pandulpho, ac Ioanni scelestis Principibus rogum accensuri; nunc cum apud ipsum montẽ non ex vno ordine tot viri degant religione præstãtes, Rusticonè potius rem tam arcanam fuisse commissam putabimus? Sed narrationis fides appellet auctorem. Maior certè suspicio, ac timor incendij potuisset inijci ex concussæ telluris, quæ cõmunis est parens, tremore, qui noctù creber in vicinia maximè antecessit: quippè terræmotũ consequi solet incendiũ. cur igitur hoc nemo est suspicatus? quia vsitatum est, Campaniam eo motu iactari, & quia initio, antequam fumus, ac cinis erumperet, leuior is fuit, & impar tanto vulneri. neque verò quisquam ex Oppidanis præsertim, atq; vulgo, discrimen illud aduertit, quod similitudine tremoris, ac pulsus ab Aristotele sapienter est indicatum; siue tellus spiritu cieatur ad latera; siue sursum, deorsum agatur, cinere ac lapidibus in sublime iactatis, quod Phlegræo campo, & regioni-

Petrus Dam.

bus circa Sypelon, atq; Liguriam contigisse narrat; ac præterea, quæ in tertio libro attuli exẽpla, sub Phaëtonte quoq; Rege post terręmotum secutum esse incendium dicitur; sed illius significationes, & plures, & apertiores Natura dare solet; atq; hoc quidem tempore facilè de terræmotu fieri potuit coniectura. quippe hausta è puteis aqua turbidior est inuenta. diceres eam perturbatam metu ignis aduersarij, cum eius canales cinere obstruxerit, & rectum auerterit cursum, nisi hoc tempore hæc elemẽta inito fœdere ambo ad vastitatem Campaniæ coijssent. nullanè igitur eius ignis potuit esse præsensio? quidam non multò ante supra Vesuuium flammulas noctu, vibrantes veluti linguas, obseruarũt, quæ imminens prædicere viderentur incendium;. Resinenses igneam trabem tanquam in excidium oppidorum, vel in Campaniæ regum intẽtam; alij stellam quasi crinitam. atqui non ista nũc primùm supra Vesuuiũ visa. scimus aliàs, propter vaporaria, quæ apud ipsum erãt, halitus attolli solitos, qui nocturni frigoris pugna visi sint in flammulas exardescere. Atq; olim quidem, Constantino IV. imperante, clarior incendij significatio fuit, nã circa Christi Natalitia sereno Cœlo Cometes apparuit, sed obscurior, tanquã non ausus cum stella nati Dei nuncia luce certare; obtulisse autem sese oculis dicitur circa Vergilias. quãquam alij negant id fieri potuisse, certè Naturæ ordine, cum hæc sidera Aequinoctio verno, Sole Arietis signum ingrediente, oriantur, ꝙ Astronomi videant. ineũte postea Februario, Cometes alter miro fulgore conspicuus ab Occasu ad Oriẽtẽ versus excurrit. Martio mẽse Vesuuius ita exarsit, vt torrente ignis, ac cineris deuoluto subiectos agros exusserit, atq; vastarit. sed quid habet Cometes commune cum cinere? nimirum, & coma calamistro arte ciniflonis inuritur. ignis ille, vt opinor, ideò antea se compsit in Cœlo, vt ꝙ deinde in terris esset excitaturus incẽdium, etiam ad Vniuersitatis ornatum ex fœcũditate telluris pertinere constaret. nã & si initio squalor agris insideat, & muliebres crinium

Platina.

lace-

lacerationes fiant,& Vesuuius ipse arborum detonsa coma glaber horrescat,mox tñ cinis ipse cedit in decus; quid enim aliud sibi volebat ille alterius Cometæ cursus ab Occasu tẽdens in Orientem, nisi ꝙ significatio quædã fuit Campaniæ, post squalorem quasi funeris, ac post Vesuuij rogum reuiuiscentis è cinere?quod illæ ipsæ Vergiliæ,iuxta quas emicuit, indicare videbantur,quippe quæ à Vere sortitę sunt nomen.

Venio nunc ad Mathematicos,qui cùm ceteras calamitates, tùm hoc incendium meditatum iam sibi, præcognitũq; fuisse dicunt,atq; omnia se à Planetis,ac Stellis,siue quæ infixæ Cœlo sunt, siue quæ earum specie ignitæ discurrunt, didicisse iactant; itaq; cum in superioribus deliquijs Solem, Lunamq; viderunt extingui,tunc videlicet suscitandum præuiderunt incendium. Trigonum item igneum,qui non multis ante annis conspiratiòne quadã certorum Astrorum præiuit, tanti mali fontem agnoscunt; quin ẽt Cometàm, qui antea exarserat,itemq; Docetam,hoc est,igneã trabem, vnà cũ illo visum hęc portendisse putant;neq; .n. statim huiusmodi prodigiorum vis,& effecta se ꝓdũt. quo tẽpore vaticinatus ego quoq;sum,sed vt Rhetor,quẽ tunc agebam,magnumaliquod incõmodum Patriæ imminere, omenq; illud sum Diris omnibus execratus; quippe fatalis ea trabs,atq; funesta sidereũ Craterem tangere videbatur, quo Crateris nomine Neapolitanus hic maritimæ plagæ sinus ei formiæ simillimus appellatur. itaq; iam tùm metuebam, ne illa trabs fomitem suffectura esset incẽdio,nisi fortè significauit arbores ignitas,quàs incendij vis cum impetu è monte deuoluit,quæ in subiectos agros incidentes, omnia comminuerunt,atq; vastarunt. Sed istos,qui ex Astrorum cognitione sibi hæc præmeditata, atq; præuisa dicunt, sic vrgeo. cur tam impij fuerint,vt hos publico præconio calamitatis tantæ non præmonuerint ? cur inter suos tantùm clam hæc disputabant ? nimirum videbant, se facilè irrisioni, atq; ludibrio fore obnoxios. Herculem certè insignem fuisse astrologum narrant, qui cum eum diem, quo

Anno 1613.

Anno 1618.

Solis defectus futurus esset, præuidisset, vt se aut diuinum probaret, aut Deum, constructa pyra in flammam se sponte conijcerit; didicisse verò artē ab Atlante in Libya, sphæráq; ab eo sibi traditam ostendisse Græcis, quibus attonitis, ac posteris deinde ad fabulam omnia trahentibus, argumētum dederit fingendi ipsum in cælestibus orbibus sustinendis defesso Atlanti suffectum. cur igitur tantus hic Astrologus, oppidorum, quæ ad radices Vesuuij condidit, Herculani, ac Pompeiorum fata non præcepit? cur astra, quæ sustinebat humeris, non eum admonebant incendiorum? cur non posteris tradidit tēpora, notauit annos, quibus ab ignis eruptione sibi cauerent? atqui nostrorum temporum Mathematici, quanquam longè ab astris positi, secus quam Hercules fingitur; inde tamen rerum futurarum præsensiones deducere se posse profitentur. At enim non nemo ex ipsis iam antea minatus erat incendium in hunc annum, idq; literis ēt tradiderat. audio, sed quid mirū, cum tam multa hoc genus hominum prædicat, vnū euenire? quoties nos fefellerunt, nec tamen miramur? quid ita? quia non vsitatum, ac nouum est ab ijs decipi, atq; deludi. solent ipsi plurima vniuersè prædicere de impendentibus calamitatibus, atq; exitijs, tùm si quid forte euenerit, in conspectum se dant; sin irrita ceciderint dicta, penitus latent, quamobrem sapienter Boethus aiebat, non prædicere illud esse, sed dicere, ac potius iacere, ac disseminare verba indefinitè, incertoque argumentò, quid euenturum sit Vrbibus, Regnis, Imperijs; quibus verbis quodammodo latè vagantibus nonnunquam occurrat fortuna. conijciunt enim tanquam in infinitum mare verba generis omnis euentuum, quorū etsi fortuito quædam contigerint, falsum tamē, quod prædicebatur, existimari debet, quippe quod temerè sit effusum. Neque tamen eo inficias, ex consensu astrorū, atq; motu maximos æstus præcipi posse, ac similia, quæ longo vsu à Sapientibus obseruata sunt; Incendia verò ipsa terrarum certo, ac definito tempore

Apud Plutarchum.

pore futura, meo quidem iudicio, prædicet nemo, nisi fortè diuinitùs illustratus. poterunt Physici tantùm ex loci natura conijcere, fore, vt aliquando refecta, & propagata materia, recalescente spiritu, reuiuiscat incendium, qua coniectura nonnulli Sapientum dixere, Vesuuium, præter superiorum temporum conflagrationes, in posterum etiam exarsurũ. Sed si qua huius incendij potuit esse suspicio, illa certè maxima est. narrant malos Genios, paucis ante diebus cũ ex obsessis corporibus recedere ritè cogerentur, minas intentasse, ac prædixisse (quanquam toti sunt ex fraude, mendacioq; compositi) fore, vt mox ipsi de contumelia pœnas à nobis expeterent; neq; hoc inusitatum in Vesuuio, nam tùm quoque cùm Pandulpho, Ioannique Principibus illi rogum hunc accẽderunt, rem omnem præstanti religione viro prædixerũt? Huiusmodi illud etiam incendium olim fuit Ætnæ, quod à malis ipsis Genijs, qui cœmentarios se fingebant, viatori Siculo prenũciatum esse diximus. quis autem ignorat facilè ijs esse ista prædicere? quos videlicet materies ad incendiũ idonea, atq; prõpta minimè latet; humana verò intelligẽtia hæc assequi, ac diem ipsũ notare mortaliũ ferè nemo possit.

Augu*st*. Niph.

Petr. Dam. Leo Ostiens. Gilbertus,

Lib. 8.

Atq; hæc de præsensionibus satis dicta sit. nunc ea, quæ in posterum impendent, videamus. fuit in more positum aliquando Siculis, vt cùm Aetna subito incẽdio efferuesceret, exploraturi, an aliquid exitij portẽderet, argẽtea sigilla, atq; aurea, tùm victimas omnis generis in ardentem eius voraginem tanquã in aram conijcerent; quæ dona si Aetna fundo exciperet, placido igni, omnia sibi læta, atq; fausta; sin ea impetu flammæ regereret, forasque repelleret, sinistra, & calamitosa nunciari, portendique interpretabantur, rem in omen vertebant, atq; obnoxios se omnibus exitijs fore putabant. antiquata postea superstitio est; quanquam vt fas esset hoc more nunc agere; certè argentum, aurũq; Vesuuio largiri, quis velit, aut possit? ij nè, quos ad summam egestatem redegit? quorum incendit agros? domos euertit? suppelle-

Strabo. Fazzellus.

Mox præsagiẽdi ex Ætnæ incendio

pelle-

pellectilē, ac pecuniam perdidit? victimas verò mactabunt ei scilicet, qui tot millia hominum vno velut ictu cæcidit, atq; exussit? sed quicquid ignis ille portenderit, certè nec libet explorare, nec licet. quid enim? num nos quoq; ineptijs ducimur? quis est tam aut stultus, aut impius qui vel Pyromantia interpretari velit vibrantes illas, atq; igni micantes Vesuuij linguas; aut Capnomantia fumidos obseruare vortices; aut Thepromantia, qua etiam nationes quædam vsæ dicuntur, impendentia fata ex ipso cinere varijs ambagibus coniectare? qui cinis cum infinitus hoc tempore fuerit, materiam illis ineptè vaticinandi maximam suffecisset. sed hæc, atq; omnis illa veteris Hetrurię disciplina longissimè abest à nostra. videlicet accersendus esset, aut Tiresias ille Thebanus vates (quanquam is, quia orbus fuisse luminibus dicitur, huius incendij magnitudinē intueri nequiret,) aut Delphus aruspex, qui consultis victimarum fibris, cum incensi Vesuuij viscera quasi ferrea comperisset, quid aliud nisi arma renunciaret hostilia? aut deniq; Amphiaraus ille, qui primus inuenisse dicitur Ignispicia. hic quia describitur sub terra defossus, multa posset nobis de terręmotibus, de subterraneis ignibus referre. Sed quoniam isthæc apud nos sunt meræ nugæ, non desunt ex Mathematicis, qui hoc tempore de his multa vaticinentur, nosq; deterreant bello, internecione, excidijs vrbium, religionis incommodis, pestilentia; exitijs deniq; omnibus. ita cum putabamus, nos ingenti calamitate iam esse defunctos, in alios scopulos, in alia naufragia, quasi iactati tempestate compellimur. quid hic agam? negem hæc fuisse à Veteribus obseruata? non sum tā rudis, atq; ignarus antiquitatis. nunquā Roma contremuit, vt quidam ait, quin futuri alicuius euentus id prænuncium esset. neq; enim simplex id malum existimatū est, aut in ipso motu inesse periculum, sed par, aut maius ostentum. Incendia verò, inquiunt, quantas semper tragœdias excitarunt? narrant, Albanum montem olim profundum aperuisse hiatum,

Quot modis Veteres præsagirent ex igni.

Plinius.

Obiecta de Incendijs ominosis.

Iulius obseq. Lycosthenes.

ac flammarum globos ingentes in Cœlum euoluisse. quid tum postea? Cymbri, ac Theutones Alpibus superatis magnã Romanorum fecere stragem. illud ẽt quàm calamitosum, quod non multò post accidit, etenim cum immani concussa motu tellus, soloq; in mirandam altitudinem depresso, torrentẽm effudisset igneum, lapidibus pluisset, Sol caligine fuisset obtectus, bruta ipsa in rabiem acta, mox eiusdẽ gentis consecuta miserrima strages est, quam à Pœnis accepit, ac pestis quoq; latè grassata. P. verò Sẽpronio, & Appio Claudio Coss. cum inter ipsos atrocissimo bello confligeretur, tam horrendo cum sonitu, atq; mugitu terra contremuit, vt vulgò dicerent, iccirco communem parentem eo veluti gemitu indoluisse, & cohorruisse, quòd tot hominum millium sanguinem suscepturu esset. In agro itẽ Caleno cum repente flamma exorta, scisso terræ hiatu, fruges, & arbores vnà, cum stirpibus absumpsisset, Picentes noui hostes facti Romanos armis aggressi sunt. præter hæc Sylla, & Q. Pompeio Coss. cum in agro Mutinensi horribili spectaculo duo montes inter se se prodigiosè concurrissent, crepitu maximo assultantes, recedentesque; cumque ex ea collisione ignis tantus esset accensus, vt agros, & villas intermedias depasceretur, fumus eriperet diem, bruta exanimata conciderent, statim ipso anno exarsit Sociale bellum; quo item in bello cum omne Latium, Picenum, Hetruria, atque Campania reliquaque Italia contra parentem Vrbem insurgerent; cum flamma, ferrumque sæuiret, Aeoliæ dicuntur Insulæ vno incendio conflagrasse, vt vel ex eo camino tanta fax belli accensa esse, vel insulæ ipsæ coniuratæ fœdus inter se inijsse ad delendas Italiæ vrbes viderentur, quæ Principem vrbem armis ausæ essent inuadere. Aetna verò quantas semper calamitates, atq; exitia suis portendit incendijs? nam cum aduersus Vrbem arserunt bella seruorum; cum Eunus quidam Syrus, fanatico furore simulato, Syriæ Deæ ceremonias iactans, seruitia concitaret ad arma;

Plinius.

L. Florus.

ma;abditaq; in ore nuce,quã sulphure, atq; igne stipauerat, attonitum quasi prodigio vulgus ad se traheret; Aetna tum suas quoq; flammas euomuit armata sulphure, ac bitumine: quãquam difficilè statuas, vtra pernicior fuerit,flammula nè ex ore serui,an immẽsa vis ignium ex Aetnæ cratere profusa;nã hæc ita vastat agros vt ipso cinere postea reficiat. In ciuili quoq;bello, cum per Vrbis Romanæ viscera cruentum traijceretur ferrũ, ac turbo ille penè domesticæ insaniæ toto furore detonaret, Aetna pariter tonuit, mugitum edidit, flãmis exarsit;immo verò tantæ cædi ipsius Vrbis præiuit incendium plurimis in ædibus excitatum, vt fœdaretur Vrbs cinere,antequã sanguine,ac videretur ardere in rogo Patria, antequam ciues.Hæc, & alia multa Pyromantæ isti commemorant,ac nobis obtrudunt.in primis verò Vesuuio teste nituntur.per singula eius incendia excurrunt,atq; illum,aut cõmunem alicuius morbi perniciem, aut bellum, aut Principũ obitus,aut aliquod religionis incommodum semper portendisse dicunt. huc .n. referunt vtrũq; pestis genus, siue quæ à corrupto aëre,siue quæ à Cerintho,Menandro, alijsq; hæreticis est illata.huc postea, in ceteris eius incendijs, Plautiani casum;Odoacris,& Augustuli pugnas; Inter Symmachum, & Laurentiũ de summo religionis imperio dimicationes; Anastasij Imperatoris occasũ,Siluerij hierarchæ sanctissimi acerbum interitum;huius vrbis obsidionem,nouumq;dominatũ; Constantini IV. obitũ,Saracenorum in Africam irruptionẽ; varios huius Regni tumultus; Nortmannorũ aduẽtum; Græcorum expulsionem;Inter Apuliæ Ducem,& Romanum Antistitem bellum:Aragonẽsium Regũ fasces transmissos, quãquam hoc cessit in decus; deniq; ne sim longior, quicquid hoc tempore in Europa incommodi est,vni referunt acceptũ Vesuuio, quẽ certè calamitatum, atq; exitiorum præconem esse,vel ex eo autumant,q inde aliquando dum arderet,quidam Tubæ sonitus sit auditus.

Dio. Eusebius. Xiphilinus. Sigonius. Panuinus. Procopius. Platina. Blondus. Tarcagnota. Ambr. Nol. Summontius.

Dio.

Mihi tñ nemo persuaserit, hæc,quæ communi rerũ humanarum

narum reciprocatione accidere solent in Orbe terrarum, ad Vesuuiū, aut ad alia, quæ Naturæ præscripto conflagrant loca, pertinere. Quoties verò legimus felices rerum euentus comitatos, vel subsecutos incēdia? atqui isti, illis prętermissis, tantùm aduersa quoque, ac tristia colligunt, atq; opponunt. certè Gn. Cepione, & C. Lælio Coss. cum Aetna immanius flamma sæuiret, atq; omnis Italia eam ob rem suspicione, ac metu malorum imminentiū teneretur; tñ annus pacatus fuit, Viriaco victo: ꝙ cum ex agro Vulsiensi repente ignis erupit flāmarum globis in altum exturbatis, nōne à Romanis Thraces, ac Barbari in Macedonia subacti sunt?

Diluuntur obiecta de incendijs ominosis.

Etiam prosperi euētus incidunt in incendia.

Possem alia multa numerando percensere, sed venio ad Vesuuium, cuius maximè incendia Diris omnibus execrantur; quem immanibus semper euentis infamē incusant; quē fatalem in primis religioni dicere audent: atqui si ille sub Arálio Aegypti Rege arsit, certè is annus ferè incidit in Iacobi conceptum ex Isaaco nati, quo quid auspicatius? quantus hinc se religionis splendor effudit? hinc profectò tanquam per scalarum gradus ei per visum obiectos, continenti quadam Regum, ac Principum serie descēdit in terras Deus. Conflagrauit idem Vesuuius multò post sub Tito, sed huius pietas in reficiendis ruinis admirationi fuit; nempè is amissas Campanię delitias restaurare debuit; qui deliciæ humanis generis est dictus. At .n. per hæc tempora Cerinthus impius somniabat nescio quem alium à Deo Mundi Opificē; docuit igitur illum Vesuuius incendio eum agnoscere, cuius nutu posset ipse Mundus ignescere. Menāder quoq; conatus est Dei Matris Virginis maculare candorem; incanduit igitur Vesuuius, & excanduit: Indixit postea Seuerus Imperator religioni bellum, nonnullos ét è nostra disciplina igni combussit; resplenduit tum Vesuuius, sed horum splendor ex ipso rogo multò fuit illustrior. quo item tēpore verum fulmen in Iouis simulacrum incidens, ꝙ manu gestabat, fictum fulmen absumpsit, sæuiente quodāmodo in seipsum Ioue, ac tāquam

Religioni nihil malè ominatur Vesuuius.

Annius. Sabinus.

Dioi Suetonius.

Baronius.

Bardus.

rabie percito, cum iam se conteni videret, præfecto in primis Augustali tum falsam Iouis diuinitatem abiuráte. At .n. illud incendium Plautiano, qui apud Seuerum gratia florebat, ac paullo post est interfectus, fatale fuit, & ominosum: accipio, si placet, omen. cui tandem fatale? Plautiano. nempè infestissimo veræ religionis hosti. Post hæc Vesuuius ternis arsit incendijs, cum Aegyptum, Syriam, Lybiam, Bizantiũ in primis contexit cinere, at tum Eudocia iunior nupta Hunnerico Genserici filio, Arianum pertęsa torum, Hierosolymam petijt, contemplatura ibi diuinæ pietatis maius incendium. Et quãquã mox Anthemius Imperator breui flore nominis ornatus à Ricimero genero spoliatus non modò est Imperio, sed vita, tñ ab hoc paricidij pœnas sæuissimus morbus excegit. Deindè cum eiusdem montis igne vastata Campania esset, Theodoricum impium licet Regem, quippè ex Arij grege, pium tamen experta est certè in condonando tributo. quo item tempore Gallicanae religionis naui Remigius præfectus erat, cuius opera, & labore Clodoueus Rex ad portum salutis enauigauit. Capta vero à Belisario Neapoli Vesuuius immugijt tantũ, atqui humaniter cum incolis actũ est, cum interim illo perstringente aures, Siluerius Campanus Hierarcha Romanus ob inuictã animi constantiã omniũ oculos ad se conuerteret. Conflagrauit etiam, cum Benedictus obijt, nẽpè cui mors gradus fuit ad gloriam (recensitus .n. est postea in Cœlitum fastis,) & cuius gubernacula Ioannes Syrus excepit vir doctus, & moderatus in primis. Rursum exarsit eo anno, quo Vldaricus præstanti virtute Præsul Augustanus ritè est Indigetatus; illustratus etiam prodigio; quippè Rusticus quidam cum die festo ei sacro feriatus esse nollet, fœnum, ꝙ plaustro conuehebat, animaduertit tandẽ in fauillam, ac cinerem sine igne mirè dilapsum. quod profectò maius est visum prodigiũ, quam, qui tum flagrabat, Vesuuij cinis. occupauit eodem anno flamma Romæ Petri delubrum, quod tamen statim diuinitus restinctum est; siuè hoc

ciuium

Dio. Baronius. Procopius. Cassiodorus. Procopius. Platina. Baronius.

ciuium lacrymæ, siue potius mererentur illius, dum viueret, scaturigines lacrymarum? Flammas quoq; Vesuuius edidit, cum Ferdinandus Castellæ Rex clarissimus Regnum amplificauit,atq; ornauit.Exarsit etiã cum Leo Summus Pontifex Berengarij scripta damnauit igni. quo etiam anno Cogenes Dux eius gentis,quæ trans Rhenum est à Boristhene fluuio, vsq; ad Pannoniæ campos, cum suis veram religionem est amplexus. Præterea intra biennium semel, atq; iterum conflagrauit,siue cùm Victor oppositus Innocentio,propugnante Bernardo, se ad huius pedes victus abiecit; siue cùm rescissa sunt acta Pseudohierarchæ. At enim Innocentius tunc est à Rogerio captus. audio. sed mox honorificè restitutus. Deniq; cũ initiò superioris sęculi fortissimus Imperator Carolus quintus hoc nomine natus est,tãtis natalibus pręluxisse Vesunium narrãt.Hęc,aliaq; felicitatis argumenta,tantarũq; rerum successus Mathematici (rem indignam) non modò suo puluere, sed ipso Vesuuij cinere contegunt; ac solũ tristia quæq; ac sinistra ex annalibus decerpunt;idemq; in hoc postremo incendio faciunt. ita ne verò? ecquando vnquam habuit Christiana Respublica tam firma propugnacula? tot viros, & literis, & virtute præstantes? quanta nunc felicitas est non Vrbis modò,sed Orbis sub Vrbano? quã eximia siue Cæsaris, siue Regum,ac Principum virtus? deniq; quã egregia huius in primis Ciuitatis,vel inter Sirenis illecebras,pietas? non potest fuligo illa Vesuuij tantum inobscurare splendorem,nec infinitus ille cinis immortalem harum rerum famam obtegere. Libet verò, libet in hac Mathematicorum sententia profligãda,& diutius, & acrius insistere,quippe religionem tangit,qua nihil est præstantius,& Reipublicæ ipsi, si vera loqui volumus, vtilius; nempe nihil tam imperij diuturnitati est magis aduersum,quam diuina peruertere,ac falso cultu imbui animos. delirasse verò arbitror olim Aegypti Reges,qui variam, atque permistam in populis sibi subiectis religionem admisere, quòd putarent, si vna obligati essent,

Amb. Nol.

Laus Christianorum Principũ huius tẽporis.

Lipsius.

posse aduersus Reges ipsos facilè conspirare. Quid est igitur cur Pyromantæ coniungant cum incendio Vesuuij incendia delubrorum, ac fatalem Romæ flammam hanc fore prædicant? an quia mons hic sub Tito arsit, quo ferè tempore quorumdam hæreticorum furor ardebat? at quid hoc ad Vesuuium? ecquando hic religioni non potius (vt ita loquar) fauit? quippe qui præter ea, quæ commemoraui, in eo ipso, quod opponunt, incendio Herculis, ac Veneris, impudicorum numinum, fana, quæ tunc in hoc iugo erant excitata (vt Faunos omittam, ac Satyros, quibus nihil fœdius, & inquinatius) vnà cum simulacris partim redegit in cineres, partim suo more prouoluit in mare; vt videlicet, Venus cunas repeteret suas, & Hercules Argonautas; excussit verò tùm quodammodo à se oẽm Vesuuius superstitionẽ, cùm se illo motu concussit: quid quòd cinis ipse Romã vsq; delatus impietati ominosus fuit? quippe eo; qui proximè consecutus est, anno exortus repente ignis è solo, quod antea contexerat cinis, fana inaniũ Deorũ, quæ tunc ibi erant in primis verò Serapidis, Isidis, atque Neptuni, Pantheon quoque, ædemq; Iouis Capitolini vnà cum vicinis ædibus combussit. diceres, ex illo Vesuuij cinere conceptum æstum erupisse in flammam superstitioni fatalem. itaq; Serapis, idẽ qui Sol, exustus, ea tantùm effulsit luce, quam accepit à flãma. expalluit item Isis, eadem quæ Luna, antea Vesuuij cinere, postea suo. at Neptunus, qui hic in suo Regno, hoc est in mari arserat ex feruidæ materiæ torrente eò delato, Romæ etiam in continente arsit. ipsum Iouis fulmen conflagrauit igne non suo. denique, quod erat commune Deorum domiciliũ, factus est vnus omniũ rogus. sed neq; hoc omine contentus Vesuuius tunc fuit, immò fontem ipsum superstitionis suo cinere obstruere est aggressus. quo tandem modo? nempe in Aegytum vsq; eodem tempore fauillam proiecit, eam videlicet, in quam delapsa in primis erant, quæ apud se habebat, profana delubra, vt fauilla eò delata idem quoque

Martialis. Scholiastes.

Xiphilinus.

fatum

fatum turpiũ Deorũ fanis, quibus Aegyptus maximè abundabat, denunciaret, quãquam ea iam cœperant à Nostris incendi. Hiccine igitur ille Vesuuius, qui tam infaustus aris, ac templis veri Numinis dicitur? cum tamen ipse potius Ara dicatur, in qua suffimenta fiant. ac certè hoc tempore, cùm tot agros, tot oppida vastasset, inter ædificiorum ruinas, atq; excidia, multas sacras ædes eluveritus, in primis magnæ Dei matris; siue eam ædem, quæ ab Apuliano dicta montis radicibus est penè affixa, siue alterã non longè à mœnibus huius vrbis, cui à Succurrendo verè, ac meritò nomen est, hìc enim flamma substitit, furoremq; omnem repressit. Quanti verò sint facti motus animorum, quantus fuerit pietatis æstus, in secundo libro declaratum est; atq; vt apertius constaret, ex hac Vesuuij flamma nihil incommodi aduersus religionem posse deduci, hoc ipso tempore nonnullis, qui impietatem abiurare præfracto ingenio nolebant, in ignem Olysippone coniectos esse accepimus; in Hispania verò ad sacrum tribunal coram Quæsitoribus caussam ritè actam eorum, qui à Romana religione non starent; adfuisse ei spectaculo, ac iudicio Philippum ipsum Regem, ac præsenti maiestate tueri voluisse caussam religionis quasi suam; huic aduersantes igni damnatos. præluxit igitur, aut prælusit Vesuuius igni suo impiorum ignominiæ, atq; supplicio. Equidem incõmoda illa, quæ Pyromantæ ex hac flamma in veram religionem euentura prædicunt, satis accomodatè eludi posse censeo ea, qua Vitellius interpretatione vsus dicitur; qui cũ esset ab vtriusq; Germaniæ legionibus acclamatus Imperator, cumq; in ea communi gratulatione repentè incendiũ esset excitatum, consternatos milites metu, atq; omen execratos, bono animo esse iussit, cum diceret, *flammam illam nomini suo, atque gloriæ illuxisse*.

Florus. Dio.

At enim, inquiunt, ardet interea bello Germania, turbatur in Belgio; quasi verò facẽ belli Vesuuius admouerit, quoties hoc feriato nõ dicã lõgè in Europa, sed in Italia est fer-

Soluuntur obiecta de ominosis incendijs.

ro, flammaq; sæuitum? ac non multis ante annis, quàm ille ignesceret, quàm multa calamitosè acciderunt? quid miserius peste, quæ Italiam penè omnem est latè depasta? quid horribilius, ac luctuosius terræmotu, cùm in magna Græcia, tùm in Apulia? omitto Manfredonium Turcarum excursione deletum; quæ si fortè accidissent ardente Vesuuio, non minus hic flagraret infamia, quam flamma; si inquam biennio ante incanduisset, aut se commouisset, huic vni tanti belli motus, huic immanissimam pestem, huic multorum Principum obitus tribuissent. Quàm nec verè, nec probabiliter illa dicuntur? Vesuuius arsit, vt Plautiani significaretur interitus. scilicèt tantus concussæ Naturæ tumultus, ac perturbatio fieret, vt omen haberet Præfecti militum casus? flagrat Vesuuius, metuant, inquiunt, sibi Dynastæ; igitur eo deferuescente, ceteri eiusdem dignitatis integra sibi sæcula polliceantur, dum ille iterum extruat pyram. At Poloniæ Rex inuictissimus Sigismundus hoc tempore excessit è viuis. ita sanè, grauis annis, grauior spolijs Barbarorum; suffectus est filius magnitudine animi, atq; pietate non impar. At cædes factæ nostrorum. quid? nullæ ne religionis hostium? an maiores, & celebriores? Ceterū Mars communis est. quandoq; belli fulmen icit militem etiam laureatum: non raro Epiniciū terminatur Epicedio. illluditur sepè victori in alea, ludoque Martis à victis, nec semel ad metam hæsit triumphalis currus axis illisus. excutit nonnūquam è manibus globum terræ excussus è machina globus ignis. Deniq; omnia humana velut in æstuario semper sunt; quodā fluxu, refluxuq; decedunt, atq; accedunt. Non est igitur, cur nonnulli, vt se viros eruditos ostentent, atq; in vetustatis monumentis, annaliumq; memoria diligenter, studioseq; versatos, tantùm incommoda, quæ incendia Vesuuij, vel comitata, vel subsecuta sunt à capite accersant, ac reuocent; nec ea modò, quæ ad hanc Vrbem, atq; ad Italiam spectant aduersa, sed quæ in Orbe terrarum acciderunt, nobis obtrudant. dictum est à Sapientibus

Dio.

In humanis semper aduersa coniūcta esse cum prosperis.

bus, Vesuuium per occultos cuniculos, ac specus sub terra, mariq; cum Trinacria, cum Gręcia flammarum habere commercium, sed isti ius eius, ac vim multò longius, atq; amplius ad omnium fata regnorum pertinere arbitrantur. cur ita? an quia cinerem diuersis temporibus per Orbem terrarum circumtulit? quippe Asiam, Europam, Libyamq; fœdauit. at iniquè faciunt, cùm tantū calamitates colligunt, prætermissis rebus secundis, ac lætis. Ecquando res humanæ aequabilem tenuere rationem? quin hic turbulentæ, alibi tranquillæ essent? quin vna sæpe in gente Fortuna, vt ita loquar, non vna ratione luderet; nimirum quæ amica varietati respuit constantiam quis ignorat, quam diuersa vis eius sit in vtrāq; partem? dum hi florentissima vsi gaudent, illi grauiore conflictati mœrent. nempe perpetua nunq̃ est, stabilis nusquam, interdum integra, & excitata, sæpissime debilitata, atq; afflicta; plerumq; spoliata, atq; iactata. ita fert conditio rerum, vt nihil infra Lunam sit fixum, immotum, constans. vaga prorsus est, commutabilisq; ratio vitæ; atq; vt impetus Cœli conficit vicissitudines anniuersarias, ita sæpe reipublicæ, atq; ille regnorum orbis tanta celeritate conuertitur, vt vix impressam orbitam videre possis. miscentur ista ex dissimilibus, ac temperantur. lenibus aspera non modò succedunt, sed permista sunt, atq; conserta. neq; verò ista tanquam absurda, atq; absona Vniuersitati rerum obstrepunt, sed quemadmodum sonus, dùm acuta cum grauibus temperat aequabiliter, concentum efficit; ita dicendum est, quadam temperatione, secundis, atq; aduersis rebus humana componi. Vidit hoc Homerus, cum finxit Iouem duo habere apud se Dolia; vnū bonorum plenum, alterum verò malorum, ex quibus variè res mortalium misceat.

Georg. Agric. ex Strabone, Pindaro, Apuleio.

Δοιοὶ γάρ τε πίθοι κατακείαται ἐν Διὸς οὔδει
Δώρων οἷα δίδωσι κακῶν, ἕτερος δὲ ἑάων.

nec minus sapienter est illud à Theseo excogitatum. instituerat hic, priusquam veniret in Atticam; sacra quædam, quæ

cum

cum ludis, ac lætitia peragerentur; quædam contrà, quæ cũ mœrore, luctuq; ceterum cum appulisset in Atticam, quoniã multos reperit squalẽtes, ac mœstos ob mortẽ Regis Aegei, qui desperato filii reditu è saxo se præcipitem egerat, multos contra lætitia gestientes ob ipsius Thesei reditum, institutum est, vt ἐν ὠσχοφορίᾳ, quæ celebritas à gestandis ramis est dicta, qui sacris interessent, duas has emitterent voces, ἰω, ἐι quarum prior gratulationis est nota, & in epinicijs cani solita, altera luctus, in epicedijs. Hæc videlicet est imago mortalium vitæ, vt læta sint permista cum tristibus. qua in sententia non modò Græci fuerunt, sed etiam Romani, qui in vno, eodemq; sacello Angenoriæ, atq; Volupiæ, ab angore, ac voluptate sic dictis, sacra fecerunt. Cur igitur Pyromantæ contendunt, hoc esse ardentis Vesuuij fatum, vt omnis inclinatio temporũ in eum vnum incũbat? vt status, inflexiones, conuersionesq; communes ætatibus ei vni tribuantur? cur eas tantum calamitates, bella, cædes, excidia vrbium, pestilentias, Regum obitus, regnorum vices, casusq; cõmemorant, quæ in huius montis incendia inciderunt? cum hi rerum orbes aliàs maiore cũ sonitu conuersi sint, quiescente Vesuuio, nec malè ominãte. quamobrem si in istorũ sententias parum sapienter editas, ac minus firmas Veritas inuaderet; næ maiores de ijs ruinas ederet, quam, quæ ab ipsis temerè congestæ narrantur.

Plutarchus.

Atqui adhuc ex Mathematicis quidam nobis minari non cessant ex Astris. horoscopum vltimi huius incendij se obseruasse dicunt prorsus horrendum, atq; fatalem. quippe tertia ferè hora noctis exacta eius, quæ antecessit matutinã ignis eruptionem, cum primum concitatus ille spiritus, atq; succensus eluctari exitum cœpit, motu telluris nõ ita graui, sed crebro; Martem aiunt fuisse in Leonis, vt ipsi loquhtur, gradu sexto, ac vicesimo; Saturnum autem in quarto, & vicesimo Scorpionis. vtrumq; maleficum sidus putant, præsertim cum in angulis fuerint, hoc est in idoneo, & accõmo-

Mathematicorum minæ ex Astris.

Horoscopus huius incendij.

dato

dato quasi ad insidias loco. quod cum contingit, terræmotus in primis, atq; incendia; contagio quoq;, ceteraq; exitia consequi soleant. sanè quid horribiliùs, dicet aliquis, hoc horoscopo? atqui non hoc contenti, alios etiam malorũ fontes aperiunt. Paullo ante, inquiunt, quàm Vesuuius conflagraret, Luna defecerat; quo tempore Mars quadrato, vt vocant, aspectu, qui apud ipsos omninò sinister est, illam obtuebatur; Mars, inquam, natura igneus, ac sæuus in gradu Leonis decimoquarto; cum Luna deficeret decimoquinto Tauri, oppositumq; haberet, atq; aduersum Solem, & Saturnum, illum quidē in Scorpionis decimoquinto, hunc verò in decimonono. Deus immortalis, quantum hinc exitiorum? vbi Luna laborat, Scorpius ferit, Taurus cum impetu ruit; mugienti Vesuuio similis; Saturnus auido, atq; hianti ore terræ hiatum refert, vbi deniq; Mars ardet, ac furit. ad hæc, quoniam Lunæ deficientis incommoda tot perdurant menses, quot illa laborat horas, cum in Cœli meditullio, vbi maiore vi pollet, fuisse dicatur, integram æstatem perniciosam fore prædicabant, atq; ipsa Maij Floralia deflorandis Campaniæ reliquijs datura principium. Iam præter Lunæ defectũ Italiæ fatalem, addebant etiam Solis, qui non multò ante hoc incendium contigit, quanquam sub altero finitore; quo tempore Mars idē in Cœli vertice intra septimum Leonis gradum eminebat, imminentium certè malorum vel auctor, vel index. quid enim repetere possis à Marte, nisi bella, interneciones, exitia? verùm enimuerò nunquã Mars repetet ab hac Vrbe ciuium sanguinem; hanc enim calamitatem ne metuamus, Ianuarij efficit sanguis. Sed quid est, ꝙ à Vesuuio tam crudelia fata portendi dicant? quando reddidit hoc olim incendium Theodoricum ipsum ex barbaro mitem; atq; iccirco ille fortasse post mortem in Liparę potius, quàm in Vesuuij caminum, vbi Pãdulphus, & Ioannes deflagrãt, iniectus est, quod minus consentaneum videretur, eius montis exuri flammis, cuius ruinis tam amanter, ac piè subuenerat. quid? Cassiodorus.

Dion. nonne hic idem antea mons exarserat sub Tito? qui ad lugẽdam calamitatem, ad excidia reparanda statim accurrit, quid agebat tunc sæuus iste Mars? cur excitatus incendij fragore non adfuit? nõ pila cõmouit? extant adhuc post tot secula in hac Vrbe monumẽta marmorea, quę collapsa gymnasia publica ab eo restaurata testantur. est profectò citandus litteris, qui literatorum Academias excitauit è puluere. At.n. Mars

Summontius. in meditullio deinde Cœli fuit, Sole Arietem, cui Neapolitanam hãc regionem subijciunt, ineunte. Accipio sanè omẽ, robur igitur, atq; audaciã nobis sufficiet, quos inde despectat.

Italię forma geographica. Plinius. Leand. Alb. sed nimirùm Mathematici omnia ad terrorẽ referunt; Arieti nos subijciunt quasi gregem ferro mactandũ. quid indignius quam vt auspiciũ illud ætatis aureæ, quod ex aurato vellere sumere poterant, in omen verterẽt? neq; verò, quia Italię forma querno folio similis est, iccirco huc illuc, quasi vento quouis eius Imperium trãsferri posse dicẽdum est, cũ liceat potius quercu felicissimum illud Saturni seculum interpretari. ꝙ si eadem Italia cruris etiam, ac pedis imaginẽ referat, nõ propterea ex Aegyptiorum mystagogia hostibus seruiet, præsertim religionis, quinimmò eo pede conculcabit illud ipsum, quod fingunt Astrologi, minax fatum. Intueantur verò diligentius hanc ipsam Italiæ formam; habet .n., vt periti alij

Plinius. docent, imaginem ẽt quandã Clypei, ac potissimum Amazonicæ peltæ, ea quippe specie à Natura fingitur. satis igitur sè ipsa defendet, vel aspectu suo. quis aũt ignorat, Italiam virtute, ac rei bellicæ gloria semper se præstitisse Amazonẽ? præter hoc, quod mammas habet, ob rem videlicet pecuariã, & vbertatem soli, ac cetera, quibus alimur. quãquam vt verè dici posset Amazon, aduri se sinit incendio, & altricis Campaniæ quasi mãmam ignibus subijcit. At ardente, inquiunt, Vesuuij iugo, nonnunquam hæc Vrbs seruitutis subijt iugũ. Possem dicere casu, tunc id contigisse, ꝙ mox pluribus disputabo, sed esto, alia nunc sunt tẽpora, suppetunt maiora pſidia.

SS. Agnelli, & Ianuarij patrocinia. adsunt in primis propugnatores Cœlites, siue Auuerrunci,

siue

siue Soteres. adest ille vexillifer hanc Vrbem tueri visus, cũ non tam victrices aquilas explicaret,quã triumphalẽ Crucẽ. præsto alter est, cuius vel abscissæ ceruices seruitutis iugũ à nostris repellunt. is aliquando visus in castris mutare tiaram galea,lituum lancea.extinguet furoris hostilis flãmam,qui furentis Vesuuij non semel extinxit incendium . ea verò, quæ nunc detonant bella,breui componenda esse confido.

Sed parum videtur Mathematicis, minari ex hoc incẽdio stragẽ,atq; infectam cruore tellurem,nisi infecto ẽt nos terreant Cęlo.hunc .n. ipsum aẽrem,quem spiramus, perniciosum fore prædicunt, quo exemplo? quia cum olim hic cinis Romam peruasisset,mox consequuta lues dicitur, vbi nã gẽtium? Romæ. cur non in hac Vrbe potius Vesuuio proxima? cur non in tota Campania?intelligant igitur aliarum caussarũ concursu hoc accidisse.quamquam non ignoro afflari à terrã solere noxios huiusmodi halitus; atq; in illo quidẽ terræmotu,qui in hac ipsa Vesuuij regione,olim sub Nerone fuit,sexcentarum ouium gregem exanimatum ferunt. sed nimirum, vt sapienter à Seneca dictum est, facilius pecora sentiũt malum , quæ vt auidiora sunt, aperto Cœlo plurimùm vtuntur. oues mollioris naturæ,quæ propiora terris ferunt capita, afflatum diri aẽris circa ipsam humum excipiunt citius , quam homines erecti,& excitati,à q̃bus antequã is trahi possit,copia sinceri aẽris,quæ Regionis huius natura est,potest extingui. Accedit infinita vis sulphuris in hoc incendio,quo certè corrigitur magna ex parte vitium . Panormitanos quidem in pestilentia sulphure vsos accepimus,q; remedij genus Sapiẽtes antea docuerant. milites verò in regione Ternensi nullo alio magis aduersus hoc malũ p̃sidio se tuentur,q̃ sulphureo, ac saligneo puluere , quo è machinis bellicis exploduntur æneæ pilæ. diceres,illos cum peste tanquam cum ipso hoste pugnare.atq; huius quidẽ incendij fragor, quo Vesuuius nuper intonuit,adeo similis illi fuit , vt Dalmatæ in primis hostilem tumultum rati, se armis accinxerint. Quid ea cõmen-

Non metuẽdam esse pestem ex hoc incendio.

Seneca.

Dioscorides.

Leontius.

Paulus Zacchias.

 datio

datio, quam Homerus sulphuri tribuit, parua nè est? cum illud

Homerus

κακῶν ἄκος, hoc est malorum depulsorē appellat? quapropter non modò in lustrationibus est à Veteribus sulphur adhibitū, sed Dijs ipsis suffitus ex eo factus, thuris loco. Illud ēt aliqua ex parte nos metu liberauit, q legeramus, cū olim Aetna

S. Augustinus

exundaret igneis globis, ac mare ipsum exardesceret, cumq; magna vis extinctorum piscium fluitaret, Liparenses, qui eos auidius comederunt, fuisse ventris contaminatione consūptos, ac Liparam Insulam pestilentia desertam; at in hoc Vesuuij incendio, q excurrit in mare, huiusmodi cibus innoxius fuit. itaq; minus halituum virus metuebamus, nè Cœli tractum inficerent; quāquam ne suspectus huius acerbitatis, atq; sæuitiæ aër videri posset, paullò post incendium, circa Vesuuij regionē suauissimo rore, ac nectare nos demulsit. Addo inusitatam vim frigoris, & acerrimos Aquilones, qui statim per dies multos consequuti sunt; quibus perflatus est aër, & expurgatus. neq; verò eadē ratio est halitus, qui in terræmotibus afflatur è terra, atq; eius, qui cum incendio est coniunctus; hic .n. igni ipso excoctus est quodāmodo, atq; digestus; alter ille impurus erūpit, & crassus, & virus olēs. q̃d plura? cū toties legamus Vesuuiū exarsisse, semel, aut rarò fit de cōtagione mentio. sed vtcūq; se res habeat, prȩsto est huic Vrbi Bizantina, quȩ dicitur, Dei Mater, quȩ hac in re maximè fidē obligauit suam. nuper cū Italiam ferè omnē, immò Europā immanis, ac sæua lues absumeret, cum in summo metu essemus, salubri tñ Cœlo viximus; .s. id excubijs tribuatur, quātumuis sedulis, cum contra tot sint tāquam appositi ad fraudem aditus in hanc Vrbem terra, mariq;. Quāquam quid est, q pestem minentur? parumnè laborauit, & nunc maximè laborat infelix Patria lue? at cuiusmodi lue? nēpe ea, qua tenerrimæ in primis flosculus ȩtatis elanguit; vel pueritiæ, vel infantiȩ. quid hac peste acerbius, aut immanius? quȩ horribili quasi flamma tonsillas accendit, quȩ oppressis faucibus, intercluso spiritu, ne eam detestari possis, eripit vocē. Ac Physici

ſici quidem putant *crematorum cinere anginæ, tonſillis, ac ceteris faucium vitijs ſe poſſe mederi*; atqui hoc tēpore cum nō modò ipſius Veſuuij penè infinitus, ſed tot millium exuſtorum hominum cinis ſuppetat, huic tamen morbo eiuſmodi medicina vel impar eſt, vel inefficax. *Plinius.*

Quo etiam in genere non deeſt aliquis, qui tantùm abeſt, vt ſpe rerum meliorum, vt ille ait, *Statius.*

. . . . *inſani ſoletur damna Veſeui*;

vt potius damno nos terreat eiuſmodi, quod omni calamitate videri poſſit infeſtius; morbus is eſt inſaniæ, atq; amentiæ. Riſi primùm, cum hoc accepi, ſed poſteà quā veteres Scriptores conſului, expaui protinus, atq; exhorrui. cur ita? quia cum Neronis tēpore, vti dixi, Veſuuiana hæc regio concuſſa tremuit, motę poſt hoc mētis aliquot, atq; impotes ſui erraſſe dicuntur. perierant eò terræmotu greges, ſed ne omninò bruta perijſſe viderentur, facti ſunt ipſi homines bruti, ideq; fuit quodāmodo fatum montis, & mentis, cum ſimul ambo ſint mota. ſiue halitus terræ, vt inſanirent, effecerit, ꝙ alicubi fit, ſiue potius metus, *difficile .n. eſt*, vt ille ait, *inter magna incommoda non deſipere, ac nemo vnquam ſine aliqua iactura ſanitatis expauit etiam in priuatis damnis, quid vbi concidunt Vrbes, ac populi opprimuntur?* itaq; ſi calamitas illa, motuſq; telluris homines redigere potuit in inſaniam, quis non exiſtimaret, tantò nunc rem minus abeſſe à periculo, quātò calamitas eſſet grauior, quā non modò concuſſa ſunt oppida, ſed euerſa Campania, atque immenſo cinere ſepulta; Huc accedit quòd tempore belli Socialis contigit; cum enim Vulcaniæ Inſulæ, quæ & Aeoliæ dicūtur, flāmis immaniter exardeſcerent, ac mare ipſum efferueſceret, ferūt nautas eo ſpectaculo attonitos, ac metu oppreſſos, cū in Liparam reuertiſſent, vel in comitialem morbum, vel etiam in amentiam incidiſſe. nam quid ego dicā in illa Albani montis conflagratione, belluas ipſas in rabiem, ac furorem verſas fuiſſe? quæ cum ità ſint, quid hoc incēdio deteſtabilius? verū huic malo occur-

Non metuēdam eſſe inſaniā ex hoc incendio.

Seneca in q.nat.

Iulius Obſeq.

occurrit hoc tempore, quodãmodo Sapientia, cùm oppidanos extorres, ac rerum omnium egenos, excepit in ædibus suis, hoc est in amplissimo huius Vrbis Lyceo; cùm procerũ, ac Principum sumptu aluit, cùm deniq; suis velut vlnis fouit. quo illi beneficio recreati, deposito magna ex parte mœrore, atq; luctu sui cõpotes fuerunt. opposita ergo diuinitùs videtur amentiæ, quæ mentem de statu demouet, ipsa Sapientiæ sedes. ceterũ quantum abest ab insania non vulgaris quorundam ratio doctrinæ, qùi hac de re cum laude scripserunt? vt non minus in ingenijs, quam in agris fertile incendium fuisse, & ipse Vesuuij cinis suis immortalitatem quandam Scriptoribus, si me excipias, tribuisse videatur.

Fráncisci Spinæ ꝑdictio de Mũdi Catastrophe cõfutatur.

Restat, vt supremo certamine cũ Mathematicis nonnullis congrediar, qui hæc, aliaq; huiusmodi exitia altius repetunt: atq; à magnis, vt vocant, Coniunctionibus, hoc est Astrorum congruentium complexionibus horribilem quandam Mũdi Catastrophen (vtar ipsorum voce) accersere non dubitarunt, atq; eam sub huius ipsius anni, quo hæc scribere sum aggressus, finẽ nobis impendere dicunt. hinc illæ minæ, quibus indicitur concursus malorum omniũ, atq; colluuies. proponũtur alterna fata Regnorum, & quasi celeris quædam Orbis, & incitata conuersio; deniq; alia Mundi facies ante oculos constituitur: quæ si vera essent, quid ageret nunc Diogenes ille Cynicus, qui cùm animaduerteret in Græcia, atq; Athenis in primis magnam fore cõmutationem Reip., conuersionemq; rerum, cum ageret animam, lepidè, vt solebat, rogauit suos, vt contra morẽ Atheniensium, qui supini, vultuq; in Cœlum verso sepeliri solebant, pronus ipse, ac vultu inhærente terræ sepeliretur: cũq; oẽs mirarentur, idq; à patrijs ritibus alienum esse dicerent; immo verò, inquit, ritè facio, imminet enim ingens reuolutio rerum, in qua Orbis terræ conuersione, me quoq; conuerti necesse erit, itaq; qui nunc pronus tumulor, mox resupinus inueniar. Sed vnde nam hæc, quæ instare dicitur Mũdi Catastrophe; ducit originem? Iam-

Laertius.

pri-

pridem, inquiunt, Astra cõiurauere. quæ tãdẽ illa? non modò certa quædam, quæ perpetuò splendent, sed ẽt, quas pseudostellas appellant, quæ superioribus annis tantisper inter stellas visæ, nõ multo post euanuere. ab ijs quamuis extinctis hoc incendium excitatum dicunt; atq; inde multa etiã, quæ impendent exitia, calamitatesq; deducunt. neq; verò mirãdum esse aiunt, hæc tantò post subsequi. enimuerò Cœlestia corpora tum demùm agunt in materiam, cum parata iam est, atq; idonea; interea illa tanquã defluuijs supernè irrigatur, & quadã agitatione versatur, vt maturitatem accipiat. Hinc cõplexionẽ illam, consensionemq, astrorum, qua ducẽ Hebręorũ, illũ Naturæ arbitrũ significatũ putant, multò ante pcessisse dicunt, ꝙ idem de Stella visa Hipparchi tẽpore affirmant, quæ Romano Imperio tres annos, & octoginta piuit. quibus cõstitutis Mundi Catastrophen ad hoc tẽpus iccirco deuoluunt, ꝙ maxima cõplexio Astrorum, perueniat ad Stellã, quæ in Cassiopeæ cathedra fulsit, quæ directio iuxta Signiferi gradus in huius anni terminum incidat. quo ferè tẽpore cõplexio altera in Trigono igneo, ad quem superioribus annis factus est transitus, perueniat ad Trigonum Martis sinistrum, qui in radice, atq; Horoscopo congressum ipsum Astrorũ maximũ Tetragono respiciebat. præterea alterũ illũ, qui consequutus est, Astrorũ nexum, hoc ipso ferè tẽpore dirigi aiunt ad Trigonũ Stellæ, quæ vltima refulsit. rursum anno, qui fuit superiori proximus, absidẽ Saturni de Sagittario ad Capricornum fuisse mutatam. mutatione autẽ absidis planetarum, pręcipuè Saturni, res quoq; humanas permutari maximè solere, atq; peruerti; cumq; termini sint Mercurij; atq; is ppe Sagitarij Stellas, immò in Sagitta ipsa reperiatur, inde quasi iacula emitti, ac non modò eluuiones, motusq; terræ, sed pditiones, atq; excidia portendi Regnorũ. in primis verò metuendam esse stellam, quæ Cathedram Cassiopeæ tenuit, ꝙ in Tauri fuerit signo, ꝙ vocant fixum, quo calamitatis stabilitas indicatur. eam porrò, cùm album colorem mox commutarit

tarit in rubrũ, haud dubiè ſtrages, atq; interneciones fuiſſe minitatam. fatalẽ quoq; alteram fuiſſe Stellam in igneo Trigono, quę ex flaua mox apparuit crocea, è veſtigio purpurea, atq; rufa, quodam adamantis more, qui Solis radios fulgore vario ſui conuerſione reuibrat. Hiſce ineptijs Mathematicorum quorundam detinentur ingenia. ſcripſit de hac Mundi Cataſtrophe quidam, qui ſuis ſe compungit acuminibus, etiam nominis, vt propterea haud tutò ad eius ſententiam accedere liceat. verumenimuerò, quæ in Caſſiopeæ Cathedra ſedit Stella, quaſi magiſtra, ſatis docuit, cũ euanuit, ea etiã, quæ hac de re Aſtrologi docent, eſſe vaniſſima. alterius item Stellæ emiſſa è Sagittario tela, cũ illa mox omnem amiſerit lucem, facilè aberrare potuerunt à ſcopo: .ſ. ab extinctis iam Stellis metuendum ſit, ne nos extinguamur. ab ijs Veſuuij quoq; incẽdium excitatum eſſe dicamus. fatales in poſterum quoq; nobis erunt, quæ iã pridem ſuo defunctæ sũt fato. ſcio Solis, Lunæq; defectuũ, & Cometarũ in primis multò poſt dãna ſentiri, ſed libertatis arcẽ iſta ne oppugnãt quidẽ, nõ modò nõ euertũt. Ceterũ q d dici põt indignius, quã à Stellis indici bella, eripi Regna, atq; Imperia? & quod maximè vel impiũ, vel abſurdum eſt, ab ipſo Cœleſti corpore quodãmodo dirui aras Cœlitum, incẽdi tabulas, ſimulacra, delubra? iccirco nè in Cœleſtibus formis Cathedras collocant Siderum, vt inde doceant vel nugas, vel etiã impietatem? iccirco cõponunt è Stellis Aras, vt eas in terris euertant? Crateres effingunt, vt propinẽt nobis ipſi venena? Sed nimirum, quæ de Stellis prænunciant, pręſertim illa, quę aduerſa ſunt liberæ mentis iuri, ea tã ſolida ſunt, q̃ ſolidũ eſt illud, quo Cœleſtes orbes, ac formas ſimulare ſolent, vitrũ. at iniecit frænum loquacitati nuper Vrbanus Hierarcha, & verò ſpectabat ad eũ, qui Stelliferi claues Orbis tenet, Stellas ipſas à calũnia vindicare. Video nonnullos, qui hæc cautius diſputant, fateri ſe nihil afferre certi, atq; huiuſmodi rerum Sidera ſigna eſſe non cauſſas, tamẽ facilè fit, vt ſi minus

Vrbani viij. decretum in Aſtrologorũ horoſcopos.

d impietatem, certè ad ineptias defluant. Hinc illa ex eorũ Academijs multò ante deprompta. Signaculum, quo Deus Hebræos ab alijs gentibus secreuit, sub Andromedæ sidere fuisse datum, quæ ambo quid habeant inter se cõmune non video; nisi fortè, quia vt Andromeda à ceto, ita gens Hebræorum ab Aegypti Rege, qui cetus quoq; seu marinus dicitur Draco, libera fuit. Quid cum aiunt traditas esse leges à Mose sub imagine Cassiopeæ in Piscium signo? fortasse quia ille tanquam è Cathedra ceremonias docuit, ritusq; sacrorum. sed quò pertinent pisces? num quia ex aquis enatauit ad Regiam? at certè non vsus arũdine, sed pedo. Chaldæorum idem gentẽ in complexu Saturni, Iouis, ac Martis collocant, propter igneum Iouis fulmen, quòd videlicet illi diuinitati commissum crederent ignem. Ad Aegyptios vero spectare dicunt congressum Saturni, Iouis, & Solis, atq; idcirco ab illis imagines Astrorum vnà cum Sole cultas. Saracenis autem, quia in omne libidinis genus effusi sunt, Venerem tribuunt. Mahometo etiam impio fuisse aiunt Horoscopum Saturni, Iouisque congressum in Scorpione, cum Lunæ congressu, & irradiatione quadam bellica Martis; ac propterea ex Luna hoc habere, vt eius instituta rudia sint, atque crassa, ex Marte vero, vt eius disciplinæ professores sæpe nostro madeant sanguine. hæc, hisque similia in arcano Cœli libro ex Astrologis nonnulli se legisse iactant; se autem solos intelligere characteres Astrorum ibi non modò conflagrationem hanc Vesuuij, & Campaniæ vastitatem, sed ipsam quasi volubilis Mundi Catastophren, hoc est alteram faciem, & fatalem quandam rerum conuersionem, se præcepisse. Equidem scio huiusmodi magnis Planetarum complexionibus multa admiranda infrà Lunam effici solere, nam etiam Poëta quidam doctus, & elegans ità cecinit.

Ineptiæ quorundam Astrologorũ

Nec dubium, quin & noctis nitor aurea Luna,
Quin & Saturni graue sidus, & æquior Orbi
Stella Iouis, quin pulchra Venusque, & Martius ignis,

Fracastorius.

Ac reliqua astra etiam mutent elementa, trahantque
Perpetuum, & latè magnos dent undiq; motus.
Præcipuè sedem si quando plurima in unam
Conuenere, suo vel multùm deuia cursu
Longè alias tenuere vias. hæc scilicet annis
Pluribus, & rapidi post multa volumina Cœli
Eueniunt.

Inter cetera verò Astrorum ità iunctorum effecta, enumerat magnos æstus, ac terræmotus.

Aestates alibi magna exdentur; & ipsa
Flumina speluncis flebunt arentia Nymphæ,
Aut Venti cuncta inuertent, aut obijce clausi
Excutient tellurem imam, & cum turribus Vrbes.

Sed hæc vis à Natura potuit Astris tribui, quia liberũ animi ius minimè tangit; illa verò, quæ isti vaticinãtur excidia, & Religionis incõmoda ad Astra qui pertinent? Quo in genere, quæ de Othomannici Imperij casu disputant, ea magis optanda sunt, quàm credenda; putant enim cũ permutatione absidis Saturni in Cancro Mahometi disciplina acceperit incremẽtum, eandem permutatione absidis in Capricorno, quæ illi aduersa est, decrementũ, atq; exitium accepturam. Verùm hanc Turcici imperij vastationem, eiusq; amentiæ finem non tàm à nexu, consensuq; Astrorum, quam à nostrorum Principũm conspiratione effici posse verius dicendum videtur; quam voluntatem, ac mentem vtinam illis inijciat Deus, vt ea, quæ præter superiores defectus nuper ter defecit, ac lumen amisit, Luna Othomãnicis signis fatalis existat; vtinã quoniã in Euxinum ipsum pontum, atq; in quasdã Asiæ regiones eum cinerem delatum aiunt, ominosus ille sit Mahometi cineribus, atque busto. fuit enim persuasum veteribus, Vesuuij cinerem ei regioni, in q̃ eum Venti proijcerent, esse fatalem. certè hoc anno, cum hæc scriberẽ, excusso Turcarum iugo multi, cum ipsa triremi, qui captiui facti fuerant, profugerunt, hostibus etiam interemptis.

Ostẽ.

Neque

Neque verò hoc in genere illi reprehensione vacant, qui inctissimi Senis cuisdam vaticinationem ad Italiæ claem, ad Romanæ direptionem Vrbis trahunt, in uam Religionis hostes hoc tempore debacchaturi sint. Atqui multa Vates ille verborum inuolucris texit. multis titur ambagibus, quas isti ineptè, ac futiliter interpretatur. Aenigmata illius sine Oedipo dissoluere se posse confidunt, ed plerumque fit, vt cum res, quas prænunciarunt diras, c tetras, alios sortiantur euentus, minis risum moueant. Quo in genere nec iniucundum, nec ab re alienum est illud, uod paullo ante quã hæc Vrbs à Belisario caperetur, conigisse legitur. In ipsa triumphi pompa, & gratulatione quidã ibyllini carminis interpres omnia luctu, & eiulatu confunere, ac permiscere cœpit. adesse iàm clamabat fatalem Mundo diem, quo conflagraret Vniuersitas rerum, atq; vltino labefactata motu concideret. Sibyllæ carmen hoc erat.

Ioachimi vaticinia à quibusdam male intellecta.

Antonius Brixiensis.

Procopius.

Africa cum fuerit Romanis victa sub armis,

Tunc Mundus cum prole cadet.

Lepidum vaticinium malè intellectum.

pertissima certè videbantur verba, & quæ non admodum explicatione indigerent. capta erat non multò ante Africa; uic cum reliquis terrarum partibus minabatur vaticinatio, ic prædicebat fore, vt Mundus ipse cùm sua prole, hoc est um hominum genere periret. sciebant in ceteris carminibus Sibyllam vera præcinuisse, vt dubitari non posset, quin hoc etiam habiturum esset euentum; multa quoq; prodigia circa ea tempora concusserant animos. videbant item senescentem quodammodo Mundum, ac tot bellis attritum, vt propterea impendentem ceruicibus vltimam calamitatem, ic fracti Mundi casum meritò extimescerent. & quoniã Mũdum conflagraturum eadem Sibyllarũ carmina prædicebãt, alij deuolutam è Cœlo flammam, alij è tellure, atq; vt olim sub Tito, ex hoc ipso Vesuuio prorumpentem trepidi opperiebantur. Iam in tanto metu omnium, ac perturbatione ecce tibi lætissimus nuncius. hic iubebat omnes bono esse ani-

mo, ac soluto, Mundum enim cum sua prole, quod Sibyllæ præcinuerant; iam cecidisse. insanire hominem putabant, ac mente motum, qui ea loqueretur; ille affirmare, atq; testari à se visum fuisse Mundũ cum prole deiectũ, atq; collapsum quid multa? vide quæso lepidũ vaticinij euentum, pugnabat tum aduersus Gothos fortissimus quidã Belisarij Dux, Mundus nomine, huius Mundi filius eodem animi robore Mauritius strenuè in acie ceciderat. Mundus pater dum Gothos rabie, ac dolore incredibili persequitur, vlturus necem, in sua ipse victoria à fugientibus hostibus vnà cum filio interficitur; atq; hoc erat illud Sibyllæ vaticinium, quod interpretis ignoratione mortales omnes metu cõcusserat, *Africa deuicta Mundum cum prole periturum*. ita confusio tanta, ac perturbatio, tãq; horribilis exitij denunciatio in risum abijt. Iam si in interpretatione verborum, quæ videbantur apertissimè eam calamitatem communem significare, tam ridiculè est erratum, cur isti ænigmata Vatum, qui obscurè, & inuolutè loquuti sunt, se clarè intelligere temerè iactant? cur Romæ direptionẽ, Italiæ vastitatem, deniq; illam Mundi Catastrophen, quam sibi fingunt, tanto cum verborum fastu, tonitruq; denunciant? relinquant hoc præstigiarum, atque offuciarum genus Chaldæis, & ærufcatoribus; neq; .n. quæ liberè geruntur de religione, de bello, ceterisq; rebus, Oceani instar sunt, qui quasi Lunæ comes, cum ea simul senescit, adolescitque, vt inde sibi ad persuadendum argumenta pareant, res omnes humanas tanquam Stellis moderatricibus duci, & regi, libertatemque quasi habena quadam ab ijs gubernari. Sanè non minus ipsi errones sunt, quam Sidera, quæ sic appellant. quid enim minus ferendum, quã consilia hominũ, & arbitria, & varias voluntates, appetitionesq; & declinationes, & repentinos mentis impetus, recessusque moueri, agitariq; ex Siderum reciprocatione potius, quã ex dispari, variaq; agitatione animorum, vt planè homines, non quod dicitur λογικὰ ζῶα, sed ludicra, ac ridenda quædam,

dami ἀδιάφορα esse videantur, si nihil arbitratu suo faciant, sed ducentibus Stellis, & aurigantibus.

Quæris quid ego, ex hoc incendio præsenserim? Sanè nihil ominosum, nihil infaustum; tantùm vehementem æstũ, qui etiam annorum subsequentiũ Autumnos torruit: præter hoc nihil, nisi arborum fœcunditatem, copiam frugum, vilitatem annonæ. neq; enim sine caussa fabulati videntur Veteres, cũ dixerunt Bacchũ genitũ ex matre Semele cõbusta, q̃ fulmen afflauerat; nẽpe Vesuuiana quoq; Regio tot vitium tanquã altera Bacchi mater comburi debuit, vt ferax esset, at quò igni? cognato fulmini, & qui bitumine alitur, vt nobis è terra vberiora suppetat alimẽta; Testes in primis Aetna cuius caussa Sicilia Italiæ horreum, ac nutrix est dicta; cuius flammæ flore, vt cum Lucretiò loquar, campi florescunt; cuius cinere immortaliter pinguescit tellus, ac viret; q̃obrẽ Sapientes ita tradiderunt, cum quidem cinerem, cum initiò grauis sit incolis, ac molestus, postea regionem beneficio afficere, reddere illam vitiferam, ac frugiferam; vsq; adeo verò pingues reddi oues, vt adipe multo rumpantur, atque intereant, nisi quadragesimo quoq; die sanguis mittatur ex auribus. itaq; nihil Aetna commodius, quæ quò vberius ex hominum oculis elicit lacrymas, eo vtilius ex ouiũ pinguẽscentium auribus elicit sanguinem. Testis deniq;, vt cetera omittam loca, hæc ipsa Vesuuij regio, quæ idcirco abundat candido lacte, quia non semel incanduit; iccirco ardenti mero feruet, quia flagrare solet igni. mirum Naturæ consilium, quæ vt lætos faciat agros, inspergit cinerem. ex illo incendio est ignitius vinum, quo, mœrore posito, ad hilaritatẽ animus accenditur. ex illo cratere montis est, quod in Symposijs laudatur, nectar. fauilla vitalis est vitibus, pingue bitumẽ acuit vim telluris. Nunc quoniã in more positũ fuit apud Veteres, vt post suprema officia funeris, in cineres iam soluto cadauere, rogũ ipsum vino perluerent, cũ Cãpaniæ cadauer satis arserit, reliquũ est, vt Vesuuius abũdè vina pferat, qbus pfũdat quodãmodo rogũ, ac perluat.

Quid auctor præsagierit ex hoc Incendio.

Fœcunditas soli ex bituminoso Incendij cinere.

Strabo.

Galenus.

Rosinus.

IO. BAPTISTAE MASCVLI DE INCENDIO VESVVII

Liber Nonus.

Collationem continens superiorum incendiorum cum vltimo.

AD PETRVM ALOYSIVM CARAFAM.

Eustathius.



Lias malorum, vt in summis malis dici solet, esset hæc appellanda, quam scribo; nisi Vesuuij cineri, qui omnẽ penè contexit Europam, parua esset Ilium vrna. atq; agnouit quidẽ Ilium suæ calamitatis auctorem.

Virgilius.

Instar Montis equum,

at Campania Montem ipsum. ex illo incendiarij eruperunt, ex hoc incendium. ex illo Argolici Principes extiterunt armati, ex hoc olim horribiles prodire visi gigantes inter flammas cum bellicis Tubis. appelles, licet, Vesuuium Plautina voce.

Dio.

Plautus in Most.

. . . *mali mæroris Montem maximum.*

sed haud scio an magis idoneis verbis hoc idem significari possit, quàm quibus est idem poëta Comicus vsus in re Tragica. videbitur.n. fortasse cuipiam hæc Regio inter Aenariam, Cumas, & Vesuuium posita, ita quodammodo cum Natura conqueri posse.

Plautus in Mer.

Montes tu quidem mali in me ardentes iamdudum iacis.

Et quod miserabilius est, vetera quoq; reminisci cogimur mala, & quasi eruere, quæ suo iandiu sepulta erant cinere. nimirum cùm nuper coloni altius effoderent terram, vt ex-

pur-

purgarent, & exarenarent, in multiplices offenderunt superiorum incendiorum glebas, & crustas bituminoso cinere duratas, & ferruminatas; ita in tanto vulnere nuper accepto veterum quoq; vulnerum refricatæ sunt cicatrices. Iam si huius incendij cum alijs eiusdem montis, conferantur incómoda, & cuncta vno velut aspectu collecta cernamus, videbitur quædã quasi malorum panegyris, & qui à Veteribus dicti sunt Catenati labores, cum alia sunt ex alijs mala conferta; ita aduersæ res omnes in exitium conspirarũt, & quod in annua cõuersione fieri solet, vt mota sidera tonent, ac suos flexus tẽpestate significẽt, ita hoc tẽpore pestilẽtia, incẽdijs, eluuione, tumultu bellorũ Europa est agitata, & q̃ quã in minore sibi videbatur esse cura, metuq; Campania, tũ inclusum erat penitùs in venis, atq; visceribus malũ. Homerus Sirenes facit desidentes quidẽ in pratis, & herbidis locis, at inter extructos ossium aceruos; q̃ de nostra Sirene Parthenope verius dixeris, quæ iacet, ac mœret inter aceruos cadauerum cóbustorum; atq; vtinam in pratis potius, q̃ in agrorũ bustis omni herbescente viriditate consumpta. Quãtum fuit huius regionis vulnus, cuius pagos, villas, prædia, oppida, quasi membra conscissa, & lacerata deflemus? quàm tetrum, & immane hoc monstrum, quod cum ederetur in lucem, Sol est visus extingui? q̃ exhorruit Natura; q̃ ipsa tellus ingenti motu conata est à se excutere. quis igitur esse debuit nostrûm omnium sensus, in quo illæ moles præruptæ saxorum, illi flãmarum globi cõijciebantur? illi torrentes cineris bituminis, ac sulphuris deuoluebantur? quid horribilem illum fragorem cõmemorem, qui exteras quoque nationes suspicione belli armauit? quid vaticinationes sæpe, ac sæpius factas de exitio, casuq; Vrbis? quid denunciationes aliorum prodigiorum, ostentorumque? quantò hæc in vnum coacta terrore animos perculerunt, diuinæ præsertim seueritatis indicia? quippe quasi signo dato elementa aduersus mortales impios cum suis armis vnà concurrerunt; atq; vt quædam viuentia sunt, quibus aquas, ter-

Homerus.

ramq;

terramq; incolendi gemina est natura, ita hæc nostra calamitas non vnius elemẽti se finibus tenuit, sed incẽdio, diluuioq; adoleuit. deniq; fuit his annus in nos tanquam arcus intentus. Apud Sirenum scopulos consenescere dicebãtur olim ij, qui in maxima tranquillitate, atq; otio essent, cõtra nos apud Sirenis nostræ scopulos consenuimus mœrore, ac luctu. Atque hactenus quidẽ vera illa paroemia videri potuit de Cãpaniæ delicijs; plus apud illam vnguenti esse, quã apud ceteras regiones olei; hoc tñ tẽpore nulla re magis abundauit, q̃ oleo illo incẽdiario (genus dixi esse bituminis) quod ex huius Vesuuij petris ad radices emanat; ac tm̃ abest, vt fragrãtia spirarit vnguenti, vt teterrimo potius sulphuris halitu afflati simus. his alimentis auidè pastus ignis, est hanc regionem miserè depastus. Illud vero quam inusitatum, ac nouum? quod hæc tam horribilis tempestas Cãpaniæ terminos prętervecta, extra Italiam quoq; longè detonuit: nẽpè hoc incendium ingenti fragore transmarinas ẽt gentes exterruit; & quasi diluuio cineris immenso latè Orbem terrarum operuit, vt non modò nostrum, sed cõmune penè videri posset incendium, cuius vbiq; vestigia cernerentur. Itaq; si fauillã spectes, ac materiam infinitam egestam, operta sunt maria, immo verò contracta, fœdatæ regiones, sepulti agri. si caliginem, meridie nox horribilis offusa exteris maximè. si vim incendij, arsit ẽt mare. si perturbationem Naturæ, mõs ingurgitauit se mari, tum illud euomuit, ex eodemq; cratere & ignes effudit, & fluctus. si terræmotũ, toto ferè anno in metu fuimus, ne solũ desideret, atq; in ima nos raperet. si tumultum, & fragorem, exhorruit non vna gẽs, ac natio: si diuturnitatem mali, multos post menses terra flagrauit, ac fumum egit, agris versis in busta, ẽt post biennium solo adhuc vibrante, atq; nutante. si magnitudinem calamitatis, demersa sunt torrente ignis, ac cineris integra oppida cum incolis, deuastati agri, armenta multa, & greges extincti. si concursum deniq; aliorum malorũ, coniurauere ad exitium cum flãmis aquæ, ita præcipitãtibus, vt ita loquar, fatis, euersa

ac penè deleta pulcherrima Naturæ portio, Campana regio.
Sed vt magis atrocitas huius incendij appareat, propius accedamus ad singula, ac superiora cum vltimo conferamus. sentio rē esse perdifficilem, nam pter illud, q sub Tito accidit, mira fuit in tāta re scriptorū, vel taciturnitas, vel incuria. Ego quæ in singulis narrantur incommoda, proponam, inter seq; componam; tuum est decernere, quid maximè sentiendū esse videatur. Atq; vt prisca illa omittam, quæ obliuio ipsa vetustatis extinxit; fuit in illo incendio, cū Titus imperaret, maior fortasse terræ cōcussio, nam Plinio è Miseno recedenti vehicula, q̄ quam lapidibus cōfirmata, in contrarias partes agi videbātur, at crebriores apud nos terręmotus, ac diuturniores, ex ijsq; sub initiū vehemētes multi. certè in littore nō pauci, in campo alij pernoctarunt.; vna illa nocte, quæ incendiū est consequuta, vt quidā se numerasse affirmant (neq; .n. erat sopori, & quieti locus inquieto solo) quinquagies mouit tellus, uno die centies quinquagies. mitiores cōsequuti sunt, posteaquam uis illa concitati spiritus euadere cœpit, atq; infinitam materiam egerere. Quòd uerò etiam nunc, ut olim, *æternam illam, ac nouissimam noctem* sint interpretati, testātur non modò Cāpani, sed ij etiam, qui in transmarinis regionibus ignari caussæ interitum. rerum omnium, ac Mūdi naufragium metuebant. cū ante occasum repentè Solē eripi, inuolui omnia tenebris animaduerterēt; cum ellychnia quoq; accenderent, ut se agnoscerent, cum ingenti fragore complerentur aures. Neq; uerò altero illo metu eius temporis caruimus, quo tùm multi fictis terroribus uera pericula augebant, *cum alij Misenū ruisse, alij ardere falsò dicerent*, atqui nobis multò horribiliora uaticinātes minabātur, fore, ut mox certo die, atq; hora ingenti patefacta tellus hiatu, nos funditus hauriret, patriaq; ipsa desideret. Quid dicam de cinere? peruasit ille tunc Romam, immò uerò Africam, Syriam, atq; Aegyptum longius fortasse quam noster; quāquam hic non modò Picenū, Apuliam Dauniam, atq; Peucetiam, sed Dalmatiā quoq; cōtexit, Plinius Epist.

ac se in Pannoniam versus, Danubiumq; protendit, quinetiã narrauit nuper nauta, cum in Euxino Ponto esset, pluuio se cinere persusum : naues quoq; in Aegæo mari, non alia magis redierunt onustæ merce, quã cinere; q genus mercis magno potuisset esse compẽdio, ediscentibus mortalibus, altissimos etiam, ac validissimos Montes aliquãdo perire; sed illud prorsus mirum, ac penè incredibile, q hic cinis tanta cũ celeritate, hoc est eodẽ die paucis post horis, tot centena passuũ millia præteruolauerit. ille sub Tito cinis non item. sed Romæ id accidisse legimus paucis post incendium diebus, at nostro cineri hora fuit pro die. Quid p̃terea? multæ tunc imagines immanium gigantum visæ dicuntur in fumo, & clangor quasi tubarum auditus. sed primo quidem hęc ad terrorem faciunt, non ad magnitudinem calamitatis. deinde metus plerumque hoc facit, vt multa sibi oculi spectra confingant; in freto .n. Messanensi circa diei ortum varias animantium, hominumq; formas in aëre cerni solitas accepimus, quarum aliæ penitus immotæ essent, aliæ inter se dimicarent, demum ad Solis radios euanescerent; cuius rei Polycletus, & Aristoteles meminerunt, atq; à Philosophis ea redditur ratio, q in aëre denso, atq; obtuso diuersæ animantium effingantur species, quibus subinde formam, auræ dum perflant, accommodent variã. in ora item maritima Hyccarensi prope specum quandam, vbi gigantum ossa visuntur, albescẽte die militaris exercitus, atq; classis visuntur aëreæ imagines; idemq; supra fontem iuxta Pachyni promõtorium accidere aiunt. adeò facile est illudere oculo leuissimo sensuum. nam & nos ipsi in huius fumidæ nubis voluminibus iubatos leones, draconum spiras, specus ingentes, montes impositos montibus, & huiusmodi Chimæras videre videbamur. ita Poëtis fingendi, Pictoribus materia est oblata pingendi; quippe color ipse varius erat, & verò cum illustrabatur à Sole, aureus. hinc igitur Pictores cerneres, qui nubem exprimerent coloribus varijs, cum nos interea decolores essemus, vel certè vno tantum notati pallore; illinc Mathema-

Fazzellus.

thematicos cum suo radio, atq; puluere, cũ omnes in caligine versaremur, ac cinere. omittãtur igitur Panici isti terrores. obsoleuerunt iam gigãtes illi. interfecti olim in hac regione, vt aiunt, ab Hercule fuerant, & visi sunt quodãmodo iterũ reuiuiscere, at postea q̃ Ianuarij se tutela Neapolis sepsit, nunquam illi sunt ausi se rursum ostentare. nimirum huiusmodi monstris edomandis non Herculis claua requirebatur, sed Põtificius Ianuarij baculus. Atq; hoc ẽt caussæ fuit, vt ille tubæ clangor è uertice Vesuuij deinceps nunquam sit auditus. videlicet cessit lituus ille bellicus lituo Pontificio. verũ quid sibi tunc volebat Vesuuius tuba? calamitatisnè vt esset preco? bonanè vt Campanię tãquam in auctione subijceret acerbissimæ voci præconis? an, vt quasi signo dato bellum indiceret vastaturus, ac deleturus oppida? quãquam, quia in more positum apud Veteres fuit, vt in funere illustrium, ac magnorũ virorũ adhiberent tubam, nempe grauis soni, cõtra vero in infantium obitu tibiã acuti, certè in totius Cãpaniæ funere, immò in ipsius Vesuuij, qui vnus est è summis Montibus, & illustribus, dũ suo se tumulo conderet, quis neget oportuisse adhiberi tubã? Addunt in illo incendio veteri mugitus mõtis auditos, & quędã quasi tonitrua, quò tñ tũ peruaserit fragor, silent. certè si inusitatum aliquid, ac singulare hoc in genere accidisset, is, qui cetera diligentissimè scripsit, non omisisset; quid verò nuper? quã horribili fragore hæc tempestas ignis, hic turbo longè, latèq; intonuit? non auditæ sunt è Vesuuio tubę, sed acceperunt in primis Dalmatæ tubas, decepti sono, quasi cum armis progressuri aduersus hostẽ, ignari se decernere ferro cum flamma. Iam etiam illud conferamus, dicitur tanta tunc fuisse vis cineris, vt ipsum mare compleuerit. quid hoc tẽpore? incredibile dictu est, quantos gurgites expleuerit; quæ saxa tam vasta, quas moles tã ingentes reperiri posse diceres? exhauriendos esse montes, vt profundũ illud æquarent, vt ad passus amplius trecentos mare contraherent, p̃ter eam materiã, quæ longius excurrit, ac tegitur ipso mari. itaq;

Mm 2 no-

nouam habemus maritimã plagã,non modò è Vesuuij visceribus,sed ex incensis agris,ex deuolutis arboribus,ac nemoribus,ex domibus,ex integris oppidis, & quod acerbissimum est, ex cadaueribus flammæ impetu eò deturbatis cõstratam, adstrictãq; bitumine. neq; tantùm,vt olim,pisces exusti, sed magna ẽt piscationis,quę in eo loco magni cõpendij erat, est facta iactura;ipsi ẽt retium iactus non sine iactura sunt.narrãt, qui verricula inde trahunt,ob materiã eò delatã,implicari retia,atq; conscindi;euerri aũt nihil aliud nisi cinerem, arborũ truncos,lapides,hoc est ruinas domorum,atq; oppidorũ, quę turbo ille igneus in mare deuoluit. itaque cum de Theotimo Duce legamus,cum ei ad voluntatem omnia fluerent,ac sine vllo labore victoriã ex hostibus reportaret, ita fuisse in tabella expressum, vt prospera Fortuna tãquam piscando in retia, eo dormiente,conijceret turres, Oppida, Vrbes, Regna; hìc contra sinistra Fortuna depingi possit, quæ in retia contrudat dirutas domos,agros incẽsos,oppida euersa. Rursus in vetere illo incendio narrant mare resorberi visum. num hoc tantùm prodigij nuper defuit? immò verò non huius Vrbis solum, sed ceterarum circumquaq; littora destituta sunt mari. exhaustus est maritimus crater aquis, cum montanus abundaret igni. hęsere in arena nauigia nautis attonitis. Age nũc ꝙ præcipuũ est, stragem ipsam conferamus. narrant .n. tunc de pecoribus primùm magnam fuisse factam; atqui nunc greges, atq; armẽta periere quãplurima. accessit & hoc incõmodi, ꝙ in Apulia ingenti cũ agriculturæ iactura, boum vis magna perierit, qui pasti sunt herbis vnà cum cinere. Reliqua est strages hominũ. Herculanum, & Põpeios, sedente Populo in theatro, incẽdiũ oppressit. magna clades, & quam effugerit fortasse nemo; sed illud in mentem reuoco, paucis ante illud incendium annis, hoc est ferè quindecim, maximo terręmotu cõcussã desedisse Põpeianam celebrem ea tempestate Cãpaniæ urbem, & Herculani partem ruisse; dubiaq; cetera, atq; nutantia fuisse relicta. quãobrem quis dicat, vtrãq; Vrbem tam breui tẽpore

Plutarchus.

Seneca.

re in pristinā celebritatem, ac frequētiā restitui potuisse? nuper verò Herculanū decē millia, & amplius hominū numerabat. adde Oppida ferè viginti, quà flāma, quà diluuie, aut semiruta, aut planè deleta; extincta verò ex vniuersa multitudine quatuor ferè millia hominū. sed esto maior facta sit in illo, q̄ in hoc incēdio strages, quid censemus? nū cū ijs, qui superfuerunt, melius actum, q̄ cum extinctis? .s. ijs pōt esse vita iucunda, qui ad lugendum Patriæ casum, ad deflendū interitū suorum relicti sunt semiustulati, ac semiuiui? viuunt, sed in cinere Patriæ, in semirutis domibus, verius in sepulcris, torridi macie, si minus igni, spirantia cadauera, spectaculum acerbissimæ calamitatis. Patrios repetunt focos vnde expulsi sūt à flamma: mortui repente non sunt, vt longa morte tabescerent; ita non sunt exusti igni, vt seminudi vrantur frigore; ita spiritum ducunt, vt respirare à calamitate non liceat, ita enatarūnt è fluctibus calamitatis, vt tanquam naufragi ad littus eiecti iaceant. quotusquisq; est, qui dulces liberos amissos, qui parentes, qui coniugē, qui integram familiam extinctam non defleat: erepti sunt flammis, sed reseruati lacrymis: Præter hæc quantò tandem digniores cōmiseratione censemus huius ætatis Oppidanos, quàm illos veteres, qui quàm impij fuerint, vel ex eo constat, φ idem, qui adfuit, narrat; alij quippè in tanta calamitate fictorū Deorum opem poscebant. alij diuinitatem nullam esse credebant, atque omnia fato agi. quid hoc tempore? cum ad religionem, nostrorum præsertim hominum opera, essent exculti, quanta fuit significatio pietatis? quoties vidimus ipsis Bacchanalibus, cùm maxima esse solet vitæ licentia, Herculanēses, ac Pompeianos indicta supplicatione, compositoq; agmine in hāc vrbem cōcedere, in nostrum templum confluere, præter itineris incommoda, summa iam hyeme, et voluntario fustuario laceros, & cruentos? nuper verò paullò ante hunc turbinem, quantis ijdem precibus contenderunt à nobis, vt ipsorum oppida lustraremus, quò animorum labes omnis elueretur? diceres eos præ-

sensisse

ſenſiſſe calamitatem: age porrò quã diuerſa fuerunt ſtudia, quibus intentos occupauit flamma? non in ſcenica leuitate, ſed in Chriſtiana pietate; ſedebant olim illi in theatro tum, cùm ex amphitheatro Veſuuij, (eam enim ſpeciem mõs refert) procella detonuit, qua ſunt oppreſſi, nempè vt reſponderent ſibi inuicem loca, quà illecebra, quà pœna, ita theatralis illa voluptas amphitheatrali ruina puniri debuit. quãta erat ea ætate licentia theatri? quanta illa ſcenæ corruptela, dum Comicæ fabulæ inſertis amoribus implicantur? iteratur ibi actione ad imaginem veritatis expreſſum nefas, ne labentibus ſeculis exoleſcat, quod aliquando cõmiſſum eſt; ſepulta penè obliuione ſcelera reuiuiſcunt in ſcena. exponitur Venus; & turpitudo venuſtas eſt. videas eneruẽ, & fractũ in adulterio Martem; Iouem verò cum ipſis fulminibus ſuis ardentem, nempè eum, *Qui templa Cœli ſummo ſonitu concutit.* (Terentius.) qui fucum mulieri faciat, atque nunc plumis oloris albeſcat, tunc fœdiſſimus; nũc aureo imbri difluat, tũc viliſſimus. quid de ceteris Dijs dicam? quæ deircò dabantur fabulæ, vt religioſa viderentur ipſa flagitia. & quoniam Herculanenſes eo tempore Venerem maximè, atq; Herculem conditorẽ colebant (vtriq; enim in hoc iugo Veſuuij, excitata fuiſſe delubra diximus,) (Martialis. Scholiaſtes.) facilè mihi perſuadeo, quod maximè probabile eſt, Venerem ipſam, tunc in theatro datam, aut Herculem, ſiuè frementẽ, ac furentẽ in nece natorum, ſiue potius in Oetheo monte extructa ſibi pyra ſponte ardentem. proindè ſatis accõmodatè factum eſt, vt vnà ipſi cremarentur Herculanenſes. Cõfer nunc Oppidanos noſtri temporis, vbi tunc erant cùm ſe effudit incendiũ? num in theatro, vbi geſticulator mimus, an potius in templis, atq; delubris, inter Cœlitũ aras, nõ ficti Numinis, ſed veri cultores? relucebat certè in extinctorum vultibus, quamuis fuligine fœdati eſſent, pietas, ac religio: armauerant ſe precatorijs globulis; aduerſus ingentes flammarum globos; tendebant in Cœlũ manus, cum vis eſſet à terra: demus igitur, illud incendium huic noſtro

ante-

antecedere spectris gigantum, tubarum sono, cinere longius fortasse diffuso, strage mortalium; at hoc nostrum certè habuit illa incommoda propria, nec vsitata, fragorem videlicet ingentem transmarinis etiam regionibus auditũ, quo Italia, penè tota cohorruit, quo Dalmatia se accinxit ad pugnam, deindè cinerem tam subitò paullo post latè diffusum; prætere a oppletos infinita materia gurgites, nouũq; littus, plagãq; constratam; postremò, quod præcipuum est, calamitatũ aliarum concursum, hoc est eluuiem illam eodẽ tempore vastantem agros, euertentem domos, oppida demergentem. hæc omnia, cum illis collata, quantò tãdem tristiora sunt, & grauiora? Iam illud quanti ad calamitatem augendam ponderis habere dicas, atq; momenti? quòd tandiù post tot vulnera, atq; exitia, in metu fuimus; neque enim, vt olim, vno, aut altero die tempestas vniuersa detonuit, vt postea quasi fato perfunctis tranquillè, & quietè degere liceret, sed integro mense in caligine, in fumo, in cinere versati sumus. fœdauit is cinis, nõ modo occidentem, iam annum, sed alterũ quoq; nascentem. in primis verò nouem illi dies post accensum, montem, tanquam verè nouendiales sepultæ, ac funeratæ Campaniæ fuerunt, caliginoso semper Cœlo, condito Sole, nec alia luce explicato Mundo, quã funestę flãmæ funalibus. quàm crebri terræmotus? quã multę eluuiones? quot vndiq; nuncij demersorum agrorum, & oppidorum? quid postea toto fermè anno? quoties intempesta nocte, aliquando etiam interdiù iactatione telluris excussi sumus? at nihil certè in malis est diuturnitate asperius, nihil atrocius perpetuo metu. ac at tanto post tẽpore nondũ acerbissimi vulneris obducta cicatrix est. squallent agri multi, iacent oppida sepulta cinere, Vesuus adhuc minatur egerens fumum. quæ omnia, si ad calamitatis magnitudinem vim habent plurimam, iam facilior mihi ostenditur cursus ad incendia cetera, in quibus minora, quam quæ sub Tito contigerunt, commemorantur exitia.

Resplen-

ἔλαμψε Resplenduit sub Seuero Vesuuius, nec aliud narratur incõmodum, quàm quod splendore ipso Plautiani, viri dignitatẽ, gratiaq; florẽtis gloriã inobscurarit; hoc verò tẽpore ita exarsit, vt conderet Solem, sepeliret diem, ac præter vibrãtes in nube cinerea flãmas, omnia caligine oppleta essent. fabula est, Hercule nascente, geminatã fuisse noctem; historia, Herculano cadente, occupatum à nocte diem quã horribilis, ac tetra caligo fuit, quæ non tantũ huic regioni, sed transmarinis etiã est offusa? cum aut perturbata putarent Mundi statuta, legesq; Naturæ mutatas; aut accedere iam Iudicem Deum. accenderũt lumina, ut sese dignoscerẽt, an quasi extincto Mũdo funalia? cinerẽ mirabantur, ignari quonam ex camino esset acceptus. At .n. illud horrendum, quod addunt, tantos tunc extitisse Vesuuij mugitus, ut Capuam vsque exaudirentur. magnum uidelicet quiddã, atq; inusitatum, qui hoc scripsit, se afferre putauit, quod Capuam peruasisset fragor, quàm uerò urbem? nempè eam, quæ iter unius diei à Vesuuio distat. confer, quos edidit nuper, mugitus, quibus Magna Græcia, quibus Apulia, quibus Piceni exterriti, quibus denique omnis Illyrica regio cohorruit; Ac tùm quidem Plautiano ille ignis exitialis fuisse dicitur, homini audacissimo, qui gratia magis, quam uirtute ualebat, nunc aũt innocẽtibus multis, immò ante aras religiosè uersantibus uitam eripuit.

Dio.

Dio.

Pergo ad cetera; exarsit multò post ter Vesuuius, semel singulis annis; euomuit uiscera, atq; omnem Europę faciẽ minuto contexit puluere. at in hac ultima cõflagratione, nõ modò tenui puluere, sed immanibus ẽt saxis Campaniam oppressit, nec modò sua uiscera, sed mare ipsum, quod exhauserat, euomuit; Illud quidẽ tũc accidisse fateor adeo mirum, ut non nemini uisum fuerit incredibile, quod Bizantium usq; peruolauerit cinis; ac Tripolim Libyæ peruaserit. at certè nuper accepimus à nautis, Euxinum pontum, quem tunc prætervehebantur, cinere fuisse perfusum, qui cinis etiam in Pannoniam uersus excurrisse dicitur: infinita uis cineris

Procopius. *Marcellinus.*

Bodinus.

certè

certè non defuit, ꝙ si fortè minus, q̃ olim excurrerit, Ventos incusa. Verũ quã inauditum, ac singulare illud nunc accidit, vt intra paucas horas cinis sit tã latè, longèq; diffusus, vt idẽ tam altè, hoc est triginta passuum millibus, & amplius, se supra nubes euexerit, imminens Orbis terrarum, ac minitans mortalibus commune bustum Vrbium, atq; Regnorum?

Conflagrauit postea sub Theodorico Rege suo more Vesuuius. deflorata tunc prouincia dicitur; nunc etiam deplorata, ac maxima ex parte deleta dicatur, spoliata nõ Oppidanis modò, sed Oppidis: per Italiã penè totam cognosci quidam scribit, quando illa indignatio cõcitetur; quæ nunc exterruit ẽt vlteriorem Europam. addit, ità immurmurare solitum Vesuuium; *vt vicina loca terrificet*, at quam remotè nuper est ille fragor auditus? quæ regio, tametsi longissimis disiuncta spatijs, immani tonitru concussa non tremuit? quanquã quæ de illo incendio narrantur, non tã ad id, quod eo tempore factũ sit, quã quod fieri soleat, pertinere videtur. Non ignoro, eam calamitatẽ fuisse sanè magnã, vt proptérea laxata sint à Theodorico tributa; quæ verò nũc est facta iactura bonorũ, quibus opibus resarciri poterit? deiectas, atq; incensas arbores, vastatos tot agros, spoliata nemora, quot annorum spatia, etiã si omnia renoues, reparabunt? qua cura, qua arte, quo sumptu sepulta tellus arena, ac bitumine adstricta effodi poterit? quæ vis æquabit aggeres, fossas implebit, oppressũ solũ lapidibus, saxis, ac molibus ingentibus, expurgabit? qui Geometræ lites diriment tantas, confusis terminis, ac limitibus non modò incendio, sed eluuie? incenderunt .n. discordes animos dñorum non magis Vesuuij flãmæ, quã aquæ. hinc lites de alluuionib. & inundationibus, dum prædijs quisq; suis cauet, & consulit. terminorũ itẽ tanta est facta confusio, vt si fortè Geometriæ scientia esset abolita, posset hoc tempore reuiuiscere; quippè narrant, propter continuas finium confusiones, quas Nilus incremento aquarũ efficiebat, dũ alijs adderet, alijs adimeret, & immutaret figuras, obrueretq; signa, quibus propria discer-

Cassiodorus.

Strabo.

nebantur ab alienis, cũ dimetiri agros identidem oporteret, Geometriã fuiſſe inuentã. Adde tot pagos, tot oppida, vel ſemiruta, vel deleta; quo ærario deducentur coloniæ? qua pecunia reſtituentur ædificia, muri, ædes, ſiuè ſacræ, ſiuè ꝓfanæ?

Procopius. Poſt hæc Neapoli à Beliſario capta mugiſſe dicitur Veſuuius, nec tñ in flãmas exarſiſſe; itaq; periculũ intra minas fuit; hoc verò tẽpore cũ immani mugitu exterruiſſet Italiam, quaſi impetu quodã, in Cãpaniam ruit; habet .n. Natura ipſa hunc quaſi Phalaridis taurũ, qui inteſtinis ignibus, ſe, ſuoſq; adurat, ac torreat; ſed quantò hic horribilior vel mugitu, vel igni? qui tot hominũ millia, tot oppida torruit, atq; abſumpſit? Herculẽ poëtæ celebrant, ꝙ Taurum ea feritate, vt ignẽ ex oculis, atq; ore profunderet, edomuerit, & interfecerit; Herculanum tñ ab eo conditum nuper vidimus, & horrendo Veſuuij mugitu concuſſum, & inteſtino igni combuſtum.

Sigonius. Exarſit poſtea idẽ Veſuuius, atq; hoc tñ narrant incõmodi, ꝙ *omnia virentia ſint exuſta*. ſed quantò hoc acerbius accidit, vt præter agros, viridiſſima quoq; ętas, ac flos infantię lãguidus exaruerit, tãquam ſubitò quodã turbine, ac tẽpeſtate conuulſus? nã quid ego dicã, Veſuuiũ ipſum, qui ex hac Vrbe vndiq; viriditate veſtitus, cum voluptate videbatur, nunc glabrum totũ, ac ſpoliatũ, ac tantùm opertum cinere, incredibili ſqualore obſitum, non ſine luctu ſpectari?

Glaber. Conſequutum eſt illud incendiũ, ꝙ cõmune fuit cum alijs non ſubterraneis; nam & in Italia reliqua, & Gallia multa ædificia conflagraſſe dicuntur; confer verò illa cum incendijs bellorũ, quæ ardent hoc tẽpore in ipſis Septentrionibus; quæ flãma? Deus immortalis, ꝗ̃ funeſta? quã diuturna? ꝗ ne longius ſerpat, ac noſtris ẽt regionibus adhæreſcat, vota facimus.

Anon. Caſſin. Deindè multò poſt tantũ dicitur ignis ex eodẽ monte ꝓfuſum, vt torrentis inſtar, vſq; ad mare decurrerit. atqui nos mare vidimus ita efferbuiſſe, vt putaremus nihilominus è ꝓfundo ipſo incendiũ extitiſſe, cũ maritimus qui dicitur Crater æquè igneſceret, ac montanus. Adde infinitã materiã ingeſta

gestā mari longè contracto, tanta mole, vt momento tēporis portū effecerit importunè. scopuli iam intra terram sunt, qui antea fluctibus tundebantur; oppida contrà intra mare, q̄ domibus frequentabantur; è monte in altū cum fluctibus proiecti sunt pisces; bruta in mare deuoluta. itaq; penè didicimus, *in aëre piscari, in mari venari*, vt est in paroemia; perturbatis videlicet Naturæ rationibus, terminisq; confusis.

Eodē impetu deuolutum postea narratur incendiū sulphureæ resinę quodā quasi torrēte, quo tēpore horrenda illa visa contigere, de Pandulpho, ac Ioāne consceleratis Principibus, in eū rogum iniectis; quò nunc miserabilior clades, quæ non duos, sed tria ferè hominum millia innocentium oppressit, in tēplis maximè, & circa aras. ac tū quidē visi dicuntur Aethiopum forma Genij mali, qui Vesuuio fomitem subijcerent, ac tædas admouerent; nuper verò, cum è corporibus abire ritè cogerentur execrationibus, atque diris, eandem nobis flammam interminati fuisse dicuntur. Leo Ost.

Conflagrauit centū ferè post annis idē Vesuuius intra bieniū semel, atq; iterum, ac primò non modò hanc regionē, sed Lucaniā, & Magnā Græciā puluis, atq; caligo dicitur operuisse, deinde verò Beneuentū, & Capuam. scilicet conferantur ista cū caligine, ac cineris eruptione, quæ nuper est facta, cùm penè omnibus Italię vrbibus ēt transmarinis, eo ipso die, quo tēpestas erupit, tantū sit tenebrarū fumi, atq; fuliginis offusū, vt faculas meridie accenderent parentaturi Campaniæ. Anon. Cassin. Falco.

Deniq; vt postremum illud circa initium superioris sæculi cōmemorem incendium (si tñ incendiū illud, aut fuit, aut dici debuit) certè tam paruum, ac nullius fermè momenti fuit, vt dubia narratio sit, & suspecta; triduo tantū teter aër fuisse dicitur, ac pluisse cinere subrufo. nolo igitur esse longior in re tā breui. Quòd si quis adhuc de magnitudine calamitatis nuper acceptæ contendere vellet, testarer diē illū, nisi nobis statim caligine fuisset ereptus, cū collecta tot annis pestis, subitò erupit, obsita fumo, atq; fuligine, tonans ingenti fragore, grauiter Ambr. Nol. Vide in nostra Chronologia.

olens sulphure, immania eiaculans saxa. cũ tellus, quà mugitu, quà motu; Cęlũ quà nube, quà cinere; mare quà fremitu, quà fuga cõem interitũ, atq; exitiũ, & Chaos alterũ minitaretur.

Atq; vt magnitudo exitiorũ, quæ hoc vltimum incendium Campaniæ attulit, sit apertior, libet in singulis ferè pagis, atq; oppidis aliquantisper insistere, q in primo libro, cũ impetu ipso incendij narratio raperetur, facere minimè licuit; colligam tñ, atq; perstringã, quæ pluribus dici possent, incõmoda, atq; dãna. erit id fortasse non ingratũ posteris maximè, vt cũ aliàs Vesuuius exarserit, conferri cũ hac ea calamitas possit. quam tñ calamitatẽ tã immanẽ, iã nunc à Campania deprecor, ac, si licet, imprecor, vt ea potius in Vesuuij ipsius recidat caput, quo si diminutus est, in eius certè viscera, quæ si iã euomuit, in reliquias eius, hoc est cineres, atq; bustũ. Igitur statim, atq; est crater montis abruptus, repentè illę ignium scaturigines cum multiplicis generis materia mistæ præcipites agi cœperunt, obuia quæq; secũ rapere, excindere annosas arbores; agros, nemora obruere; armenta, greges opprimere; villas, domos, tẽpla, ac cetera ædificia à fundamentis euertere, atq; in mare deuerrere; deinde horribili spectaculo cũ Vesuuius mare exorbuisset, hoc ipsũ euomere, atq; vnà cũ aquis, quæ effundebantur è Cęlo, eas, q ruinis supererant, partes oppidorũ, atq; agrorũ eluuione immẽsa demergere. Excitemus verò nunc è cineribus tot oppida; euocemus è bustis tot hominum millia, numeremus exitia; requiramus agros, vineas, xysta, villas amœnissimas, frequentissima vrbium instar municipia, si possumus, indagemus. deleuit certè calamitas multis in locis ipsa vestigia; vbi nunc Herculanũ celeberrimũ oppidum, atq; vrbe maius? aut sepultum est, aut sepulcrum ipsum. cineres in tantã altitudinem excreuere, vt æquent ipsa tecta; suis se ruinis tota Regio texit. vbi Põpeij? prẹter turrim, nihil ferè superest, è qua videlicet possit esse pspectus ad crudele spectaculum laceratæ Cãpaniæ. nouum littus, ac plaga pcurrit in mare, quæ maritima plaga ex vulnere Põpeiorũ est; mirũ tñ quiddã hìc accidit.

Vastatio oppidorum ex hoc incẽdio

cidit de Bizantinę Dei Matris velo,ꝙ tenuissimum à feruent-
tĩ cinere illęsum, inuiolatũq; inuentũ est. didicit Vesuuij flã-
ma cogn[illegible] Aetnæ vereri velũ non dico Virginis, sed Virgi-
nũ Principis. Perge iã Resinam versus. obrutus est eius ager i-
gneo torrente cũ parte oppidi; quãquã ꝙ maximè videbatur
obnoxiũ præcipitanti flãmæ, magnæ Dei Matris delubrũ, re-
liquit intactum, aliò diuortijs aquarũ factis. fertur hoc tẽplũ,
cum hanc regionem Religionis Princeps Petrus inuiseret,
dedicatum. agro quoq; proximo mirè pepercit ignis. ceteri
agri q̃. longissimo tractu, non modò confusos habent termi-
nos, sed squalẽt ꝓrsus, sepulti arena, atq; cinere, oppressi lapi-
dibus, spoliati arboribus, quas ferè oẽs auulsas, atq; incensas,
vnà cũ ruinis oppidorũ impetus ignis in mare deuoluit. Nam
de Octauiano quid dicã? erat oppidum id frequentissimũ in-
star vrbis intrà mõtis ipsius radices positũ; hoc turbo igneus
cum ingenti fragore occupauit; ædificia pulcherrima, hortos
amœnissimos, antiqua nemora obruit; greges, armẽta, homi-
nes multos obtriuit, incredibili clade facta; luci vastati, prędia
multi prouentus arena plurima sunt operta. ingentes arbores
cũ latuissent sepultæ feruido cinere, inuentę deinde sunt tor-
ridę prorsus, tanquã calcariæ fornaci subiectæ. itaq; sine arte,
atq; labore carbones venierunt. At Locotroculũ, vulgò Tro-
chia, saxorũ, ac cinerum cõgerie, aquarum ẽt torrente, quãtã
accepit cladẽ? eò .n. quercus, atq; omnium generũ arbores
prouolutæ, ac tãq̃ machinę trabes intentę sunt ad excidia do-
morum, atq; tẽplorum. Polena verò eluuione propè tota de-
mersa, atq; obruta est, quò ẽt è montis voragine lapidatio fa-
cta. Quid Massa Summana villis, & ædificijs ad voluptatem à
Natura, atq; arte cõposita, nõnè deleta ꝓrsus est? cũ eò ignea
procella, ac plenus bituminis torrẽs sese effudisset. erupit ve-
rò ille turbo, atq; tẽpestas tãquã armata fulminibus è specu
ad Vesuuij radices sortita inauspicatum à Coruis nomẽ. In Se-
bastianum simili vulnere sæuitum, cuius pars ferè dimidia cõ-
sũpta est. idẽ fuit fatum Sarni, & Scaphati. occupauit in primis
ille

ille torrēs igneus, ac sese effudit in Porticū, cuius tertia est ferè pars disiecta; sepultæ domus alto cinere; ex Principe tēplo tñ relicta turris est, q̄ continet horologiū inter [illegible]as, monumentū eius tēporis, & Solis erepti. Iā proxima Punici nominis villa, q̄ omni amœnitate affluebat, turrim habet reliquam, longè tñ à mari, quo ponè alluebatur, vt ex ea vȝ circumferre oculos possis ad agros incensos, oppidaq; vastata. Boscus oppidū, solitudo iā est. Summanum penè totum eluuione demersum, cinere obrutum, saxis oppressum. Anastasium quāq̄ tutela Virginis, cuius tēplum habet proximū, nō multum detrimenti accepit, incolarum tñ numero decreuit. narrant Religiosi viri, qui aderant, visas fuisse Dei Matris genas, q̄ ex antiquo vulnere, ꝙ impius quidam furcifer inflixit, mirè cruentæ apparent, solito magis liuentes tanq̄ ex recenti plaga. nimirū sciebat, Vesuuium sanguine maximè deterreri. porrò Neapolim versus Barram oppidum huius vrbis satis celebre exitij non immune fuit. Concrematum item Georgianum apud Cremanū locum est, ac penè cōsumptū, colonis, & agris incensis. Excurrit quoq; incendium Leucopetrā versus, ac demum ad fores tēpli, ꝙ Virgini sacrum est, cui verè à Succurrendo nomen, cursum inhibuit, ibiq; occupato tñ agro, tēpestas resedit omnis. At Bulla, locus dicitur, vnde aquę vrbē versus ꝓfluentes ebulliunt, nūc intumuit alienis. in paludibus viriditas nulla, squalor tantū insidet. Iam in Nolanā maximè planitiē è finitimis montibus aquæ cum impetu inundarunt, arena, cinere, saxis, arboribus, atq; omni ex genere materia collata, cū ingenti vastitate agrorū. Marianum, Vitalianum, Sicinianum, ac ꝓxima loca grauata immenso cinere altè corruerunt, aquarū quoq; diluuio demersa. Titianum torrētibus ex Abella monte in p̄ceps actis ex parte obrutum; in Pomilianū ēt confluentes aquæ, itē in Cauianum, villas, agrosq; vastarunt. Palma arena, & cinere squalet; eluuione domus nonnullæ deiectæ. planities verò ingenti quasi lacu, & potius mari exundauit. Lauriniū cum pagis penè tumulatum. Mōtefor-

tium,

tinm,Abellinum,Tripaldã,Serinũ,Solofram,Brufcianũ aquę, ac cineres obruerunt;Caftro nouo ipfa vetuftas tantũ officere nõ potuiffet.Cœmetinũ oppidum, à Cœmeterijs dictum, torrente cineris fepulchrum veriffimo nomine pferebat. Arpaiã,Paulifios,& qui Rotundi nominantur agri, tanquã volubilis Fortunę lufus fuere.Ceruicarã quoq;velociffimus torrẽs tanquã omine quodam oppidi, magno cũ impetu inuafit; altiffimas arbores extirpauit, atq; deiecit. Carminiani fontes obftructis cinere,terraq; meatibus aliò diuerterunt.Forinum multa ex parte fqualẽtibus horret agris. Cifterna fato quodã fui nominis exundauit aquis,fed magno cũ agrorum damno.

Satis ne tibi videor oppida peruagatus,agros,villas,ac pagos?quanq̃ non omnia recẽfita funt loca.quantum priuatim, ac publicè exitiorũ? fanè,qui rõnes fubducunt ex deletis oppidis,aut femirutis; ex vaftatis agris, atq; nemoribus; ex oppreffis armẽtis,atq; gregibus;ex amiffa fupellectile, ceterifq; bonis, horrẽdum pnunciant; iacturã factã bis centies cẽtum millium aureorum;certè folũ ex Vefuuio Monte periti rerum affirmant puentum annuum effe folitum decies ferè centum millium aureorũ.In illo quidẽ terrẹmotu,qui fub Nerone cõtigit,quo Põpeij,& magna pars Herculani diruta eft, ingentis cladis inftar fcribunt,fexcentarũ ouium factã fuiffe iacturam; quid dicendum videbitur hoc tẽpore,quo decẽ millia,& amplius animaliũ funt extincta,hominum verò ferè quatuor millia? mitto in cellarijs tria millia vini dolia exhaufta, fed infinitum eft omnia perfequi.

Iactura bonorum facta in hoc incẽdio.

Seneca.

Nunc qm̃ fingulorũ,q̃ vaftata sũt,mẽtionẽ feci locorũ,vniuerfæ ipfius Cãpaniæ faciẽ horridã nouo fqualore, ac pallore defcribã.alia nunc facies eft regionis, ac prope alia regio,illa nutrix Italię in ignis pabulum ceffit.excitabo hìc tibi teftẽ ex ipfius Vefuuij cineribus, in quibus olim eft fepultus; is haud facilè cõftitutũ habebat,quonã potiffimũ ex fonte deduceret Cãpaniæ laudes,*qualiter*,inquit,*Cãpaniæ ora per fe, felixq; illa, ac beata amœnitas narrari debet?* at euanuit iã illud nomẽ, ærũno-

Campaniæ laus.

Plinius.

nosius nunc, aut infelicius nihil. vbi iam beata, q̃ dicebatur, amœnitas? quid squalidius vel agris, vel colonis? illud verò q̃ venustè dixerat, *vt palã sit vno in loco gaudẽtis opus esse Naturæ* gaudentisnè, an lacrymantis? vnum certè in locũ quidquid ad luctum facit, collatum est, atq; cõgestũ; strages mortalium, interitus animantiũ ceterarum, vastatio agrorũ, euersio oppidorum, flãma, cinis, eluuies. Et illa, quæ addit, q̃ nunc versa sunt omnia? *tota ea vitalis, ac perennis salubritatis Cœli tẽperies est, tam fertiles campi, tam innoxij saltus, tam opaca nemora.* ea nè regio hoc tempore appellaretur vitalis, in qua passim cadauera visebantur abiecta? ibi Cœli salubritas, vbi ambustorum nidor, ac putor diù fecit de cõtagione suspectos? ibi fertiles campi, vbi sepulta tellus tot menses arsit? Vin' etiam colligam in hanc rem elegantis alterius scriptoris vel verba, vel flores? *Omnium,* inquit, *non modò Italiæ, sed toto Orbe pulcherrima Campaniæ plaga est.* at fuit potius. accede, agnosce, si potes. insanabilem accepit plagam; tota squalet, prorsus horret. *nihil mollius Cœlo.* at inde in nos reciderunt durissima, quæ Vesuuius exturbauerat, saxa, verius ferreæ massæ: *bis floribus vernat.* vernat, an æstuat? ego verò alium hic non agnosco florem, nisi eum, qui à Poëtis appellatur, *flos flammæ*, quamquam istiusmodi flos Campaniam potius deflorauit. *nihil vberius solo*, illudnè solum, quod feruidis lapidibus est constratum? nisi ideo dicatur vber, quia tumet non humoris lacte, sed cinere. *Liberi, Cererisq; certamen*, immò verò certamen ignis, & aquæ, quà enim incendium, quà eluuies in hac regione deuastanda, delendaq; certarunt. *nihil hospitalius mari*, nempè, quod horrendo murmure nuper infremuit, quod arsit, q vel retroactum est, vel resorptum; cuius hospitium aggestis molibus, infinitaque materia contractum est. sed, vt ego quoq; orationem contraham, rem breui complectar. In tam acerbo quasi funere, Vesuuius Campaniam vnam fecit vrnam & cinerum, & lacrymarum.

Alia Campaniæ facies.

L. Florus.

Lucretius.
Cassiodorus.

IO. BAPTISTAE MASCVLI DE INCENDIO VESVVII

Liber Decimus.

Continens Topographiam eius Montis.

AD PETRVM ALOYSIVM CARAFAM.



Hemistocles Atheniensis, cum pdium suum venderet, præter communes laudes accersiri solitas à situ, à soli natura, à Cœli temperie, ab vbertate frugum, atq; prouentu, ad extremum per præconem illud addi voluit, καὶ ἀγαθὸν ἔχειν γείτονα, hoc est prædio illi bonum adhærere vicinum; quasi nihil magis allicere posset emptorem, quã boni vicinia. quis .n. ignorat, quantum contrà detrimenti malus inferat plerumq; vicinus? non modò excantatis propter inuidiã agris, quod leges duodecim tabularum minis execrabantur; sed incensis, vel alio incommodo affectis. Atqui præco ille Cãpaniæ, qui de Natura scripsit, cùm multas congessisset huius Regionis laudes, vt in fine superioris libri vidimus, hoc tñ prætermisit, eam malum habere vicinum; nihil ausus de incendijs Vesuuij loqui. sed huius vicinitatis incommoda ipsi quoq;, cũ propius accessisset, fraudi fuerunt. quãobrem ego consultius agam, si cùm alibi ostenderim, quantum boni siue agris, siue ægris huius montis viciniã conferat, hìc ẽt ostendam, quantum, cũ aliquando incandescit, afferre possit exitij, vt huius vicini natura cognita sit omnibus, penitùsq; perspecta. Sanè illud Plautinum vsurpare Campania possit *Plinius.*

Nunc ego verum esse illud experior,
Aliquid mali esse propter vicinum malum. *Plautus in Merc.*

Ceteri quidem,qui flagrant,Montes intra fines suos se continent,at verò Vesuuius vestigijs incēdiorũ suorum transmarinas ēt vrbes,vel potius Orbem terræ notauit. atq; hoc tẽpore cũ inter nationes cõmercium abstulisset, & belli tẽpestas,& sæua contagio, vni Vesuuio cõcessum est,cinerũ merces importare quò vellet. Iccirco tandiu feriatus fuit,vt feriret immanius.arridẽs illa inter opacas arbores scenę facies quãto nos postea luctu obruit?huic vni sobrio esse non licet, nõ modò quia craterẽ habet,sed q.a inter praela,inter lacus, cellasq;vinarias est positus,totus vitifer,totus lethifer.vt fertilis gleba sit, & pinguis,quanta prius macie soli fit? squalere oportet agros,vt vireãt,ac cerni nõ prius arua,q̃ busta.quãtũ erat illud virus, q in visceribus Vesuuius claudebat, q tanta cum molestia euomuit? q̃ atrox illa flãma,quæ ipsum,qui eã edidit,exedit? an non vipereum dicendum est illud malum, q parentem lacerauit?at soluit (vt ita loquar) auctor ipse incendij pœnas,solutus in cinerẽ, & fracti fœderis, ceruicibus fractis. tanquã .n., vt nostro more loquar, strictæ secures in eius ceruices Manibus eorum, quos oppresserat,litauere; & quasi publicũ paricidã Diræ deuouissent, ita cineribus mortuorũ suos ipse cineres dedit inferias ; & quos obruit ruina domorum,& conflagratione patriæ,ijs suo casu,exitioq; parentauit. Sed vtrũ maius pdigium, q Vesuuius licet absciso quodãmodo vertice,q supplicium incẽdiarijs leges indicũt, tũ adhuc vibrantibus ignesceret linguis è nube, an q has illi linguas absciderit Ianuarius ? nẽpe huius non elinguis est sãguis, æstuat orando caussæ nostræ patronus.est .n. ęt clamor sanguinis,huius maximè q efferuescit.hoc clamãte, mugire, ac tonare Vesuuius desijt; nihil postea valuit; & si subinde motu minas intentare videretur,sed more anguium(hos aũt obliquo ipso incendij tractu exprimebat) qui obtrito capite frustra se reliquo corpore cõmouent, atq; contorquent: aut si mugitu Taurũ imitatur , cornu altero iã retuso, atq; cõfracto minus deinceps habebit viriũ, minus impetus, quo nos feriat. quo antea Vesuuius supercilio (sunt .n. & montiũ super-

percilia) q̃ toruo nos intuebatur?quod tñ quasi actus furore præcipiti sibi ipse abrasit. sed illud quis non iure miretur, ꝙ is, qui tantas edidit strages, tñ exhorruit sanguinẽ? quãquam par erat metui Patroni sanguinem ab eo, qui Patriam fecerat metu exanguẽ, & mortalium vinci lacrymis eũ, qui Cęlũ obtexerat fumo. Sanè cũ Neapoli ab hoc Monte impenderet exitium, atq; ille in nos quodãmodo ruere videretur; in tãta etiam commotione telluris, vnicuiq; ciuium aliqua rõne illud poëtæ accommodari poterat. *pl. in epid.*

. . . . nisi quid auxilij in tete est, absumptus es,
Tantæ in te impendent ruinæ. itaq; in te irruunt Montes mali,
vnus parturijt Mons, sed si aggestam materiam, atq; aggeratam menti subieceris, Montes nati sunt plurimi. accessit prodigiũ duplex, vel ꝙ hi maiore quasi corporis mole ꝓdierint, q̃ parens sit; vel ꝙ ortum auspicati sint à cinere. nisi, inquã, hoc in nobis præsidium esset inuentum, pietatis, ac precum; nisi hæc Vrbs magnæ Dei Matris, ac Ianuarij in primis ex Cœlitibus suffulta patrocinijs fuisset, desidere facilè potuit, ac non tã mali mole, quã mali mõte obrui. Nunc quoniã Vesuuius sepultus iacet in suo cinere, tutius ad ipsum exitij fontẽ nobis accedere licebit; ꝙ ẽt iccirco extremo loco facio, quia ipse Vesuuius, quasi veritus, ne incendiarius haberetur, se initio densa nube cõtexit; etsi statim Natura ingenti fragore reclamans prodidit omnibus reum.

Distat Neapoli Vesuuius octo ferè millibus passuũ, deducit radices in orbem, ac subinde sese rotundo, ac tereti magno veluti corpore sensim in arduam, & surrectam altitudinem attollit. atq; olim quidẽ fuisse omni ex parte mons celsus dicitur, sed erũpente postea igni, media desedisse, ita partibus in se coëuntibus factũ, vt ad effigiẽ amphitheatralem inflexus, vastam planitiem (Atria vulgo vocant) in caueę formam inter duo iuga includat. alterum cornu ingentem pyramidẽ refert, ꝓpter quã quasi regio more sepultus iacet, in seq; decũbit; siue in vno colle pyramis est, in altero pyra. tanquã. n. in mausoleum se ipse recepit suũ funeratus, in so- *Dio.*

lioq; collocauit, non alijs vnguentis, atq; odoramentis differto, q̃ sulphure, atq; oleo illo incendiario, q̃ è petris effluit. Habuit antea vaporaria, quę morbos varios desudatione corrigerēt. itaq; sudorē primò à nobis Vesuuius expressit, postea lacrymas. à meridie excurrit in mare, clauditq; ripā Sarni fluminis. viginti quatuor ferè millia passuum in ambitu colligit. de Italicis loquor, non Geometricis. libet hìc ēt in tanta calamitate eius montis πρόσωπον à Poëta lepidè effictum proponere. apud quem, cum à Parthenijs quæsitum esset per iocum, quæ forma, quo esset ore Vesuuius, ita describitur.

Persona Vesuuij efficta

Ventre quidem modico, at medio de pectore gibbum
Protendit, quanta est Bauiæ cretatilis olla,
Qua miscet suibus pultes, farcitq; catinum:

Iouin. Pont.

& paullò post

. . . . *Napeæ*
Hunc rident, rident & Oreades, ille superbum
Nutat, & inflexo quassat nigra tempora cornu,
Quod longè horrescit setis hinc inde reflexis.
At caluum caput, & nullo vestitur amictu,
Stant mento sentes, horrentq; ad pectora dumi,
Ah vereor, soror, & dicam tamen, huius ab ore
Curuantur geminæ sannæ, quarum altera pontum
Tetra petit, fluctusq; ferox, & littora verrit;
Altera Sarastris fauces, saxa horrida Sarni.

Vesuuij mōtis mensura.

sed vt ad seria redeam, & institutā topographiam persequar; Colligit hìc mons in ambitu viginti ferè quatuor millia passuum. à radicibus ad cacumen quatuor millia, & amplius numerātur; à mari meridiē versus tria millia. eminebat antea Vesuuius altius altero iugo triginta circiter passus, nūc infra illius verticem decumbit ducentos, decem, & octo. atq; illud quidē iugum altitudinē habet respondentē littori ad perpēdiculum passuum ferè mille, atq; centum; huius aūt descēsus intra voraginem antea continebat trecentos ferè, ac triginta passus; tùm sensim contractæ in angustum fauces breuē areā sexaginta circiter palmorū squalentē semiustis lapidibus effor-

formabant. nunc vorago dehiſcit paſſus quingentos, & amplius intra crepidinē, vnde fumus initio è nouē quaſi caminis erumpere videbatur, è quibus multi nunc, præcipitatis molibus, obſtructi. hinc cōuoluti vortices fumi ſeſe efferunt, aut nigricantes, aut candicantes; qui poſtea concreſcunt in nubem, frigida maximè tempeſtate, atque humida, & Africo in primis flante. Crateris diameter ſupernè paſſus continet octingentos ferè, ac ſeptuaginta; ambitus verò, qui ad ellipſis figurā accedit, tria millia paſſuū, eoq; amplius. Os igitur voraginis nunc multò patet immanius; Crateris labris igne conſumptis, iam tanti camini culmen in focū ipſum corruit, & ſuo ſe obtexit cinere. gigantes olim inter eius flāmas excurrere viſi ſub Tito, at noſtra ætate non itē; nihil .n. iā illi cōmune eſt cū gigantibus, quādoquidē magna ex parte decreuit. quò maior erat illa montis quaſi corporis moles, eò maiore collapſa cū impetu, ac ſonitu ruit. Hic ille Crater eſt, vndè virus illud acerbiſſimum aliquando Veſuuius ꝓ vitium nectare propinat, hunc prorſus illū dicas, qui appellatus eſt à Veteribus *κρατὴρ κακῶν Crater malorū*, cui ēt imprecari ſoliti, *αὐτῷ κρατῆρι γίνη κακὰ*, vt *in ipſum Craterem reciderent damna*, quæ infert. ꝙ ſanè euenit penè diffracto. *φιλοτήσιον*, olim appellabant *amicitiæ Craterem*, quo res turbulentas cōponebant; eoq; Scythæ in primis quantumuis barbari vſi dicuntur; contrà Veſuuij Crater quātas inimicitias, ac lites excitauit de confuſis agrorū terminis, quos neq; Heri ipſi dignoſcunt, de uertendis torrentibus, quos oppletis elicibus vno impetu ſolet effundere? nulla Crateris illius fides, .ſ. non frāget fidē, qui ſuo ſe ipſe furore diffringit? aut firmabit fœdus, qui tanto cū motu ſe concutit? Iam poſt hoc incendium egeſta materia, laxior eſt montis Crater, cōtrà maris contractior ingeſta. Erat quidē antea deſcenſus intra ipſā voraginē, non tñ omni ex parte, quippe Neapolim verſus ꝑruptæ rupes imminebant; quo loco ſcraber, & ſqualidus, ceterùm Octauianum verſus, ſiluoſus erat, & herbidus. Vorago nonnullis videbatur referre ingēs amphitheatrū, & Crateris la-

Crater Veſuuij.

labrum quasi caueæ sedilia; nauim potius alijs, vt mirũ non sit, ꝙ hauserit maris aquã in hoc cõi naufragio. circumcirca nonnullas, *tanquam Vulpium foueas*, siue lustra fuisse scribunt, quæ videlicet satis indicare possent frũdulentã quodãmodo Vesuuij naturam, ignẽ sub herbescente viriditate cœlantis. porrò qui in eam voraginẽ antea descenderant, narrant, siue glandẽ æneam emisissent è tubo, siue lapidem immisissent in fundũ, miros tumultus edi solitos, & multò maiorẽ resultasse vel sonitus, uel vocis imaginẽ. nã & montium flexus, crebriq; vertices, & conflexa cubito, aut confracta in humeros iuga, & concaui intus sinus, dũ scindunt inæqualiter aërẽ, id efficiunt; hinc horrendi illi mugitus cõpleuere aures. Intumuerat Vesuuius aliquot ante mensibus, in eo vertice, quo mari subiecto imminebat; æquata, quę desidebat, vt alibi dixi, voragine. idq; factum, nõ, vt quidã arbitrati sunt, spiritu terram eluctante (quì .n. attolli poterat tumor tantus, quẽ maxima cum vi fieri necesse erat, sine vllo prorsus motu mõtis ipsius, cuius in se partes nexæ sunt) sed, vt ab oppidanis accepimus, rupibus, vt fit, eò collapsis.

Scotkus Pighius. *Plinius.* *Vide lib. 3.*

Est aũt Vesuuius inter Montes singularis, & sibi vni constans, alterius ex Apennino nullũ habens coniugiũ; quãobrẽ à nonnullis dictus est cœlebs, & castus; nisi ꝙ olim Veneri sacer fuit, quæ in hoc iugo habuit insigne delubrũ; siue quia eam poëtæ cum Vulcano coniunxerant, siue potius propter loci venustatẽ; nẽpe iccirco à venusto quoq; scriptore dictus est *Vesuuius pulcherrimus omnium Cãpaniæ montium*, nunc & Venus abijt, & venustas; & cultus Deę defecit, & cultura soli; illud optandum, hoc deflendũ. *friget* nunc illa *Venus* ẽt inter flãmas, quia *sine Baccho*, exustis iã vineis, & dirutis cellis vinarijs. Habuit ẽt Hercules, quia subiecta cõdiderat oppida, in hoc eodem monte delubrum; quo in loco noua incidit in monstra, hoc est in igneos illos gigantes, qui visi sunt olim in incendio excurrere inter flãmas. Satyri quoq; in densissimis Vesuuij lucis culti, fœda Numina, siue potius mõstra, naribus aduncis, fronte cornibus aspera, setoso corpore, pedibus capri-

Veneris tẽplum olim in Vesuuio.

Martialis - vide Scholiasten. *L. Florus.* *Terentius.*

Herculis tẽplum olim in Vesuuio.

Dio.

prinis; hoc illis accõmodatum satis, vt in incendijs fugã arripere celerius possent. his postea castissima Dei Mater, multis apud Vesuuiũ templis insignis, fuit opposita. Est ad radices mõtis olei scatebra, quę è petris emanat. hoc Vesuuius nuper, tanquã aduersus nos luctaturus, se perfudit, quamobrem, & arenam ẽt sparsit; sed victus cõi pietate cecidit, & casum testatur ipsius decrementum. Decurrebat olim ex hoc monte inter ceteros Draco fluuius, contabulatis aliquando turribus à Narsete munitus; cuius virtute deterriti Gothi, ne funderent sanguinem, in montem, qui lacteus vocabatur, concesserunt. hunc Draconem hoc tẽpore putant multi tanquã è latibulis erupisse, ac proserpsisse ad Cãpaniæ perniciẽ, quippe incendiũ consecuta eluuies est, cõniuratis fluuijs, imbribus, & ipso mari, quę resorptũ mons euomuit, q̃q̃ ab isto Dracone nihil incõmodi erat metuendũ Neapoli, cui Dracones cessere in salutis excubias. Aliũ quoq; fluuiũ (errant, qui castrum putant) nõ longè à Vesuuio excurrisse legimus, Vesurim nomine; apud hunc Decius pro exercitu se deuouit. sed hoc tempore maius fuit pietatis argũmentum; quippe non vnus, sed plures ex religiosis in primis ordinibus, qui apud Vesuuium habitabant, cum fuga sibi consulere possent, ne aras, ac tẽpla desererent, ne oppidanorum animi destituerentur necessarijs præsidijs, spontè deuouere se flãmis: vt omittam eos, qui ex hac Vrbe non religiosi solũ viri, sed patricij, ac primarij, statim initio, frustra deterrente Vesuuio linguis è nube vibrantibus, terræmotu, cinere, mugitu, ad reparandas sacrarũ ædiũ ruinas, ad leuandam miserorũ egestatẽ, immo verò ad eruẽda è cineribus cadauera, aduolauerunt, ac penè in medium rogum insilierunt. Porrò erant in Vesuuio, antequã eum deprædaretur ignis, venationes, atq; aucupia. occurrebant nemora, siluæ, quibus à dextra, lęuaq; cõuexa iuga, atq; in theatri modum inflexi colles opacabantur; nunc exesa habet latera, & sulcis exarata, imperuia tñ aratro propter soli duritiẽ. offendebatur antea in asperos, & cõbustos lapides Põpeios versus; nunc vbiq; incendij squalent horrenda vestigia. circa

Draco fluuius.

Procopius.

Vesuris fluuius.

Abraham Ortel.

Liuius.

Boccacis.

Cra-

Craterē solo defixi cōti, extrahebantur statim prçusti, & sulphurea quadā incrustatione delibuti. Est inde longè, latèq; oculorū quasi panegyris quædam. vniuersa verò, q̄ subiacet, Regio antea tāquā topiario quodā Naturç opere spectabilis patebat; nunc spectaculum infiniti cineris luctuosum. frustra requiruntur oculis, vel opaca nemoribus loca, vel consita vitibus, vel herbida pascuis, ac tota illa, quæ præiacet ora, quā dispositæ in quincuncē arbores vestiebant. formā aliquā ad eximiā pulchritudinē aptè cōpositam cernere videbamur, ea varietate, ac descriptione, q̄ Natura omni elaborasset industria. quercus, & populi patentibus diffusæ ramis in vastā proceritatem surgebant, amictæ vitibus geniculato tractu ad cacumina conscendentibus, quæ inde p̄cipitatæ ad solum, ea erāt feracitate, vt vnius liquor expressus lacum impleret. .s. insignis antea fuit Vesuuius lacrymis, vt vocant, suis, nunc insignior nostris; atq; illud Græcanicum vitium nomen, in Troianas abijt flammas.

Iter ad Vesuuij craterem.

Iam ausi sunt sub ipsum cōflagrationis initium, perlustrare montē, explorare omnia nonnulli in primis ex Mathematicis; nec defuit illis in itinere puluis, quo vtuntur, infinitus, atq; arena. tetrā caliginem subiere cū radio. tū execrati deinde sunt quidā ex ijs audax cōsilium, metu penè exanimati, & tanquā fanatici ex ijs, quæ viderant, regressi. circūfusa subitò nubes fumi volubilis Cęlū oculis, ac mōtē ipsū eripuit. nihil occurrebat nisi arena, & cinis immensus, recētes ostreç, atq; cōchylia resorpti maris indicia, immania saxa, voragines, atq; hiatus, ingentes aggeres terræ, atq; inuisi antea colles noua p̄genies euiscerati Vesuui; scrobes itē, ac rimæ sulphur olētes, vnde fumus erumperet: vbiq; squalor, & nuda tellus.

Fazellus.

Soliti quidē sunt, qui Aetnā ascēdunt, in ascensus sui memoriā incidere nomina in arborū corticibus; id nobis in ascēsu Vesuuij omni ex parte glabri facere minimè licuit. Iam non sine anhelitu emensi eramus salebras, superato montis iugo, cum ingens horror incessit animos, perstricti oculi sunt tam immani spectaculo; siue in ipsam fumantem voraginem inciderent,

derent,

derent, siuè per subiectam planitiē camporum discurrerent. apparet in montis latere vulnus, ꝙ accepit primum; vnde ꝓ calido sanguine bitumē fluxit ignitū, sed restinguendū mirè ab æstu sanguinis. supernè i[...]edio hiatus maximus, & Crater horribilis porrectus in amplū sinum, & patens ore latissimo; paullatim ad imum vsq; se contrahit; ex eo tanta vis adhuc fumi vndantis, tā inuoluti globi efferebantur, vt inferiorē vetarent aspectum. non tñ idem semper æstus; seruanda erāt interstitia temporum, & venti, qui aliò differrēt, ac distraherent nubē. deniq; auribus potius se Vesuuius, q̃ oculis credebat, quibus in hiatū admotis, instar immensæ ollæ igni maximo appositæ, atq; efferuescentis subterranei sonitus, ebullientesq; feruores ita exaudiebantur, vt gradum statim reuocare necesse esset. hìc Mathematici diligenter omnia contēplati sunt, atq; dimensi, ea ratione; qua dixi.

Deinde conuertimur ad miserum spectaculum conflagratę Cāpanię. infinitus ex hac velut altissima specula ꝓspectus patet, quippe nullis penè locorum terminis circūscriptus per immensa spatia cāporum, & interiecti æquoris excurrit. Erat verò antea prospectus ille sanè iucūdissimus; cū viridissimos colles, ac nemora, cū frequentissimas vrbes, & suburbia magnificis ædificijs, ac topiarijs exculta, cum Crateris maritimi formā, velificantes naues vltrò, citròq; cōmeantes, cū amœnissimas Insulas vno aspectu intuebamur; vt nemo esset, quin fateretur, Naturā Orbis terrarū loca, alia aliò fauore cōplexā, at in hāc felicissimam oram vim vniuersam benignitatis, & cumulū effudisse. cumq; alibi non sine quadā dignitate cōsederit, hìc Regiam collocasse. huccine tandem tot, ac tanta munera reciderunt? enimuerò nō modò nunc ꝓspectus ille, qui quamlongissimè ꝓtendebatur, amputato vertice minor est, sed nulla miserior, ac flebilior species cōtuentibus reprę-sentari potest. subijciuntur oculis vastationes agrorū, sepulchra oppidorum, atq; pagorum, ingentes voragines ꝓfluuio igniū, vel aquarū factæ. noua rerū facies, noua regio, ex altera parte Octauianum, Palma, Laurinium, ac cetera busta Cā-

Baccius.

Prospectus è Vesuuio in subiectā regionē vastatam.

paniæ, in primis Nolana Vrbs, quæ hostiles arietes olim eludere potuit, sed cõcussa nunc ob terræ motum arietatione tectorum penè corruit; incursionẽ hostium effugere potuit, non itẽ excursionẽ aquarum natabant finitima oppida, pagi, villæ, vel sepulta iacebant hæc omnia; squalent adhuc ex agris multi cinere, atq; saxis operti. Iam mare versus horribile omnino spectaculum sunt Herculanum, atq; Pompeij. geminũ exitium, ferè par ruina, quę non modò cãpos oppleuit, sed mare; idq; noua plaga cõtraxit. Atq; hoc quidẽ Oppidũ ita de triũphali illa ab Hercule ducta boum põpa dicti fuere Põpeij, vt in omen funeris ea nõ semel versa sit põpa. armenta verò boum alium sortita sunt exitum, nẽpe exusta flãmis, aut obtrita lapidibus. repetitũ nunc est illud vulnus, quod Tito imperante accepit, cum ex abrupto vertice profusæ scaturigines ignium regionem obruerunt, liquatis quoq; saxis, quæ instar ferreæ spumæ furorẽ eius adhuc testantur incendij. quãquam tunc in scenicorũ ludorum spectaculo considẽtes excussorũ lapidũ sepeliuit imber, vniusq; theatri cauea facta est totius ciuitatis vrna; nũc cõtra, noua quadã pietatis põpa, oppidani sponte ad delubra se recipientes, tãquam victimæ apud aras Cœlitum cõciderunt. de oppido verò Resina nũc maxime illud Poëtæ carmen accinas.

Solinus.

Sued.

Iouian. Pont.

Ecce venit Resina auia iunctissima nostræ,
Tristior illa quidem patris de clade Vesevi.

sed cõe Campaniæ funus satis in superiore libro defleuimus. Horum igitur oppidorum, ac ceterorum adiacentium busta è sublimi illa montis specula contemplabamur, nam quæ ad incendium minimè pertinent loca, consultò prætereo.

Vesuuius quàm diuersus nũc à seipso.

Differt igitur nunc à seipso Vesuuius pulcritudine, magnitudine, natura, atq; ingenio loci; qui .n. ob singularẽ sui speciẽ Veneri sacer erat, squalet nunc totus, atq; horret sulcis, quasi rugis exaratus exaruit; nuda, et deserta sunt omnia, deniq; quid esse põt venustatis in cinere? quãquam calamistris in cinere calefactis ad pulcritudinẽ coma crispatur, sed nullam habet Vesuuius arborum comam, nec alia nunc illi cõuenit

Venus,

Venus, nisi q̃ dicebatur, vel Libitina, vel Calua, adeo totus est & cinere funestus, & glaber. De magnitudine verò, q̃d dicã? q̃ tanta erat antea, vt cũ illo Sapiẽtũ iudicio cõferri potuerit Athos; sic .n. de Vesuuio vir ille doctus in primis loquitur, *nubes ipsas, vt mons Athos, videtur excedere, nã propterea è sũmo illius vertice, vt cœlum fuerit serenum, in omnes Regionis adiacẽtis partes despicere vix aliquis potest.* itaq; de hoc monte illud Maronis vsurpare licet.

Athos mons cũ Vesuuio collatus.

Georg. Agric.

Quantus Eryx, & quantus Athos.

Virgilius.

quando & in Vesuuio, & in Erycè Venus culta. Athos verò cũ illo cõferri possit, nõ ꝓpter altitudinẽ solùm, sed propter incõmodum: Aetna .n., & Athos iã olim in molestię, atq; incõmodi ꝓuerbiũ abiere. vt ait Lucilius, quippe Aetna crebris incendijs, & maximis, subiectis agris, atq; vrbibus perniciem nõ semel attulit, & vastitatẽ; Athos ẽt, & ob ingentẽ celsitudinẽ sua vmbra molestus est, q̃ in Lẽmnum vsq; trecentis dissitam stadijs mittit, & nauigantibus impedimẽto erat anteq̃ persoderetur à Xerxis exercitu, ꝙ toto longè dorso protenderetur in pelagus. sed q̃ paruum erat hoc incõmodum, si cũ immanibus exitijs, q̃ Vesuuius intulit, cõferatur? atqui hunc ẽt montẽ perfodi multi operępretium putant, siue ad incrementum ærarij, ꝙ inuentis, vt sibi persuadent, metallis fieri possit; siuè ad decrementum incendij, ꝙ è planitie minus validũ deinceps esset erũpturũ. quippè montes, & receptacula spirituum specus habent, & venas plures materię ad incẽdiũ idoneę, & siphonũ instar eã incẽsã validiùs exturbãt. sed hoc labore Vesuui⁹ ipse nos liberat; sua .n. sese vi ipse ꝓfodit, imò verò defodit. iterum, atq; iterum incendia moliatur, se planè demolietur; ac discet posteritas, nihil esse tam celsum, ꝙ cum aliena vis deest, ꝓpria nõ subruat. Deniq; nõ modò alter est à seipso Vesuuius, & forma, & magnitudine, sed etiã natura, atq; ingenio loci; quid .n. illo antea hospitalius? quid mitius, aut mollius? q̃ placido sinu excipiebat, atq; amplectebatur eos, qui à febris incẽdio euaserant? cõtra nunc quid illo immanius? tot mortalium strage, tot oppidorũ ruinis, tot agro-

A. Gellius.

Pp 2 rum

rum vastationibus factis.nempe ille nō modò lapidibus,atq; flamma metuendus,sed nomine quoq; nō vno ad timorē cōposito,siue Vesēuus,siue.Vesuuius, hoc est fauilla. vnus mōtium sic infremit,sic exardescit,vt exhorrescat non vna pars mundi.mugitor à poëtis est dictus, & exustis anhelans visce- ribus,multò immanior eo,quē Hercules domuit,tauro,quippè mōs hic bicornis nō solùm exterruit mugitu Italiā,sed tāto cū impetu in Cāpaniā ruit,vt alterum cornu sibi cōfregerit,& cōminuerit.Integrā seculi materiā ad cladē paratam in vnam horā Vesuuius cōtulit.horam dico,immò verò vnum, aut alterū quadrantē.nō modò ille ex ore flāmam, sed è pectore tanq̄ ferri massam euomuit, vt hostilis instar exercitus vnus ipse ad stragē flamma,ferroq; sæuiret.ideo sibi spiraculum aperit,vt aliorum spiritum intercludat.sepultus iacet, & adhuc habet in supercilio minas, ēt funeratus se quandoq; cōmouet,suoq; motu incutit nobis metum. quamq̄ iā pridē furorē,quò intus ardebat,quibusdā notis significabat. Accepimus aliquando à pastoribus, ac rusticis,intermicare solitas è Vesuuio noctu flāmulas;quippe halitus siccus, & calidus è vaporarijs excitatus pugna nocturni frigoris exardescebat; quāobrē ēt fieri puto,vt,si erudito scriptori credimus, *hominum capita vespertinis horis magno præsagio circūfulgeant*. destitutus .n. vapor,qui ex humano corpore excernitur, calore Solis,vicinæ noctis appulsu per antiperistasim ignescit; qua suspicione Naturæ operantis vt flāma illa careret,q̄ olim diuinitùs Religionis Principes afflauit,matutino tēpore verticibus insedit. Est aūt hoc cōe Vesuuio cum cāpis Hesperijs,& Argęis,qui noctu,quamquam hoc in ipsis perpetuò fit,intermicant.& verò nuper huiusmodi è Vesuuio flāmulas p̄nūcias incendij ex oppidanis nō pauci se vidisse testantur. olim cū à Romanis contra Mysios pugnaretur,nō parùm terroris incussisse dicitur Barbaris Domitius quidā, qui super cassidem arte quadam flammam, quam motu corporis suscitabat, velut ardenti vertice fulgurans,ostentabat,ne tantum fabulosè dictum de Latino Duce putemus.

Valer. Flac. — *Anno 1626.* — *Plinius.*

Cui

Cui triplici crinita iuba galea alta Chimæram
Suſtinet, Aetnæos efflantem faucibus ignes. Virgilius.

quantum igitur nobis terroris inferret, in hoc quaſi Naturæ cõflictu, Veſuuius Chimeræ ſimillimus, ſiue monti, ſiue mõſtro? ꝙ inter cetera hoc habuit ꝓdigioſum, ut in ſuo caſu, ac ruina ualidius eſſet, ac ſæuius. ſit hoc immanitatis, illud ẽt fraudis; .ſ. apud eum exprimebatur tot prælis uua, qui eſſet oppſſurus oppida tot ruinis. feruebat in uinis, daturus flãmas. orientẽ ꝓfert nobis Solẽ, quẽ ſubitò, cum libet, extinguat. recipiebat, ſe curaturũ ægrorum corpora, qui Cãpaniam fœda ſtrage lacerauit. nec terris ſe cõtinere potuit eius furor; niſi per ſpatia cãporum, quos incendit, in ipsũ pelagus ardẽs excurreret. atque hic eſt ille Veſuuius, qui amœnitate, ac ſui ſpecie ita lenocinabatur oculis. At.n. amphitheatri formã refert, ſcilicet vt ibi funebres ludos quandoque det ſepultæ Campaniæ. oblectabat ea forma multos, mihi certè ſuſpecta ſemper fuit; etenim iam pridem Veſuuius vt amphitheatrum fama efferret ſuum, theatrum flamma obruit Pompeianum. Præterea quid habet amphitheatrum, niſi cædes? cuius arena cruore gladiatorum madet, in quo belluarum inter ſe cõcurrentium pugna ſpectatur. atque vtinam hic tantùm ludus datus eſſet in amphitheatro Veſuuij cæde brutorum, non ẽt hominum. ſparſit ille arenam, ſed ardentẽ, in quam qui deſcẽderet cum flamma luctaturus, deſperaret victoriam. quid niſi horrificum Natura nobis ſpectandum propoſuit, cum in amphitheatri formam Veſuuium compoſuit? nã in huiuſmodi loca prodire ſoliti, qui cum luderent, aleã vitæ ſubibant, publicæ voluptatis hoſtiæ. ſcilicet extrahebatur e ſiluis fera, vt haberet in Vrbe feritatis magiſtros, atq; vt diſceret ab homine inhumanitatem. dedit hæc ſpectacula (quis crederet?) Titus ipſe, qui deliciæ hominum dictus; acceſſit hic ad Veſuuium poſt incendiũ, vidit excitatum à Natura multò maius, quam à ſe amphitheatrum; contemplatus eſt arenam, quam ille ſparſerat; & qui ſpectator fuerat lætus in ſuo, ingemuit in noſtro. quid enim hic niſi cinis, & luctus? oportuiſſet hũc accedere,

Amphiteatri ſpecies in Veſuuio ominoſa.

Dio.

cedere,

cedere eo habitu, quo accedebat Commodus Imperator, q in amphitheatri ſpectaculo non togatos, ſed penulatos ad eſſe iubebat; penula enim vtebantur in luctu maximè; cum interea ipſe Imperator pulla veſte ſordidatus ſpectaret, gladiatorum ſcilicet ſtrages, & belluarum. ſed quam tu mihi belluam cum hac præſertim flamma conferes? num ab hac vlla ſpes fugę fuit? nũ declinatione aliqua potuit eludi? ſẽper igitur illam in Veſuuio amphitheatri ſpeciem iure pertimui. legeram ẽt, aut videram, alijs quoq; montibus, qui incendijs infames ſunt, huiuſmodi ineſſe formam. Mons eſt in regione Tarcatenſi Veſuuio quam ſimillimus. aſſurgit excelſus, & arduus; inferiora denſis nemoribus veſtiuntur, ſuperiora ex incendijs glabra, & horrida; in vertice crater hiatu vaſto in plures circulos circũductos maiores minoribus ad ſpeciem amphitheatri diſcedit; inde per æquinoctia maximè, certis flantibus ventis, cum horriſono mugitu flãma atro miſta fumo, & fauillis erumpit, & omnia latè loca cineribus cõplet: Sed quid opus eſt barbaras nationes adire? apud nos hic in agro Puteolano eadẽ ſpectacula viſuntur; etenim Mons ille, quem ſuperiore ſæculo vis ingens ſpiritus incendium eluctati extulit, excitauitque, inſtar habet amphitheatri, leuiter à ſummitate ſe pandens cliuo. intus tanquã area eſt cum aq̃s, è quibus fumus ſulphurei odoris exhalat. Iam quid de altera loci appellatione dicam? Atria vocant oppidani Veſuuij inter vtrumque cornu planitiem. atqui fuit olim in more poſitum, in atrijs Maiorum fumoſas imagines diſponere, quas in funebri pompa deferrent: ita Veſuuius in eius incendij, q ſub Tito contigit, fumo, gigantum imagines, qui quondam hanc regionem incoluiſſe dicebantur, expoſuit, & quadãmodo protulit in Campaniæ funere. Nam quid ego de cratere ipſo dicam, vnde tanta uis ignium eſt effuſa? niſi quod alij ſcripſerunt. *flammam Veſuuius reddit ità, vt in eo ſuffimenta cuiuſuis generis fieri videantur;* præcipua tamen illa ſunt bituminis, atque ſulphuris. Aram ẽt alter appellat, habemus igitur apud nos Aram, quæ tanta eſt, vt apud eam mactatio

Hiſtoria India.

Dio.

L. Florus.

non

non modò tot milliũ ex armentis,& gregibus animalium,sed ẽt hominũ facta sit. mollissimum antea Cœlũ adhuc nidore victimarum horret. habet Ara hæc tantũ cineris,vt eo compleri ẽt exteras regiones, ac maria.

Deniq; si cũ cęteris montibus Vesuuius conferatur, visus ẽst Sapientibus, *Aetnæ ignis imitator*. præclarum verò sibi proposuit exemplum ad imitandum. cum Aetna de immanitate certat, & vincit. quippe iaculatur hic saxa, sed lõgius; diffundit cinerem etiã largius; tonat porrò ruinis magis horrificis. immane quiddam se narrare putauit ille, qui dixit, *Aetnam in tantum flagrare, vt quinquagena, & centena millia passuũ eructetur arena globo flammæ*. & iterum, *Aetnæ fauillam Tauromi-nium, & Catinam vsque peruenisse feruentem, fragorem verò ad Maronem, & Gemellos colles*, quantò Vesuuius uel immanior, uel prodigiosior? cuius cinis statim non modò ultimã Apuliam, sed Pannoniam; nec Adriaticum, & Aegæum modò mare, sed pontum texit Euxinum; cuius item montis fragor ad trecenta millia passuum est auditus. hoc etiam immanior Vesuuius, quàm Aetna, quòd hæc neminem fallit, cum ferè perpetuò flagret, quamobrem dictũ est *Vernaculum monstrũ*, at Vesuuius clandestinis nos inuadit insidiis; incautos, nec opinantes occupat: latet ignis sub herba. immanior illo est Aetna mole, non damnis. occidit quidem Aetna superioribus annis præstantem quemdam medicum, ad craterem accedere ausum; Vesuuius alterum in historia insignem, alterum in poësi. Iam ambo, quò maiores egerunt moles, eò minores ipsi sese demoliuntur; neq; enim audiendus est quidam è philosophis, qui falli eos dicebat, quibus Aetna diminui videretur, idq; extinctæ propè iam flammæ, atque abstersæ fuligini tribuendum esse. sed Aetna sui testis est casus depressior in dies, doletq; eripi sibi aspectum Vesuuij, quẽ habebat imitatorem, quẽq; antea despectabat altissimè. Porrò si religiones, aut potius superstitiones consideres, eas ità olim diuiserunt hi mõtes inter sese, ut alteri culta sit Venus, alteri Vulcanus; quanquam, si squalentes agros hic cernas,

&

Vesuuius cũ Aetna collatus.
L. Florus.
Plin. ll. 2. & 3.
Orosius.
Franc Nigrũ. Pinium.
Bessum.
Seneca.
Fazzellus.

Virgilius. Claudianus. & ſepulta cinere oppida,uidebitur & ſequior Vulcano Venus, & fœdior. Ad hæc illi Enceladus,huic Alcyoneus gigas ſubiacet. montis utriuſq; uorago in immanem altitudinem dehiſcit. ambo è cratere,cum uitibus abundent, propinant flammas. his fomitem ſufficit uicinum mare craſſum, & pingue,q̃ etiam fluctibus compellit ſpiritus in ſpecus, qui intus agitati luctantur,& excãdeſcunt. Cõuenit item cũ Aetna Veſuuius, dum non modò locum præbet opportunum flammis omnia deprędantibus,ſed fugitiuis etiam,atq; raptoribus. hinc illæ gigantum fabulæ, qui quondam ad hæc loca graſſati ſint; quemadmodum,& Cimmeriorũ, qui apud Cumas ex rapto viuere ſoliti, ſub humo delituiſſe crediti ſunt.etenim uſq; eò mortalium peruicacia effrænata eſt, ut ea ipſa,q̃ putantur Inferorum uel oſtia, uel uaporaria, non modò receptacula flagitio ſint, ſed arces, atq; perfugia. accenditur cupiditas iis incendiis, quæ,ut illam extinguant,excitantur. q̃ritur ad ſceleris aſylum locus ſupplicij, & publicum Dei tribunal latebra maleficij eſt;teſtatur id non modò monumentũ marmoreum Herculani poſitũ de expurgatis vijs, quæ infames erãt latrocinijs,ſed ẽt olim Spartaciũ bellum. deuouerat Spartacus,ac ceteri eiuſdem fæcis homines Romanam Vrbem flãmis; ſcilicet, *prima velut Ara Veſuuius fuit*, eò ſe recepit, vt ex ijs cineribus, igniſq; veſtigijs maiores æſtus animo conciperet, & ardentiorem inflammandæ Vrbis cupiditatem; vbi cum obſideretur à Clodio Glabro, per fauces montis delapſus vitigineis vinculis,ſolutus eſt metu.ità Veſuuius ipſe Campaniæ vaſtatoribus, atq; prædonibus, & viam ſtrauit, & præſidia ſuffecit; ijs enim ad imas deſcendere radices, & ſubito impetu nec opinantis hoſtis caſtra rapuere. verũ Spartacus is à Romanis deinde agitatus, cum fugam in Siciliam pararet,hoc eſt è Veſuuio ad Aetnam confugeret, oppreſſus eſt. habet .n. & Aetna, vti dicebam, latibula fugitiuorũ,atq; latronum; Ac neſcio quid Spartiaco bello ſimile, ac fortaſſe memoratũ dignius in eo genere de Aetna quoq; accepimus. narrat Strabo,ſua ætate Selurum quendam nomine fuiſſe, q̃

Iuſtinus. Cardanus.

L. Florus.

Strabo.

cum

cum agreſtium hominum manum comparaſſet, omnia, quæ circa Aetnam ſunt loca, depopulabatur; nec minus, quam ipſa flamma, vaſtabat.is verò iactabat,ſe eſſe Aetnæ filium,& ſanè parentem aliqua ex parte referebat damnis,atq; exitijs, vaſtatione agrorum, direptione Vrbium, & oppidorum;tandem à Romanis captus, nouo quodam, ſed ſatis idoneo ſupplicij genere affectus eſt; Conſtitutum erat in amphitheatro excelſum, & ingens tabulatum,quod Aetnam montem mole, ac forma exprimebat; ſuperiora loca nuda fingebantur; tantùm cineribus tecta,ac niuibus cooperta;inferiora nemorum, atq; omnis generis arboribus conſita: ſupernè videbãtur è Cratere profundi flammę, cinis egeri, fumus euolui. omnia mira arte perfecta. huc acceſſit,vt tota moles ita eſſet extructa, vt, cum libitum eſſet, repente quaſi ſubito terræmotu labefactata corrueret; infernè verò in amphitheatri cauea immaniſſima erãt genera belluarũ non ficta, ſed vera, quas acuerat fames. igitur ſupra hoc tabulatum tanquam in Aetnæ ſupercilio poſitus eſt is, qui Aetnæ filiũ ſe dictitabat, vt parens carnifex prolis eſſet; cum repente laxatis compagibus præcipitans Aetna Selurum filium, & ruina oppreſſit,& laniandum obtulit belluis,quas ad furorem ipſe ruinæ ſonitus ſtimulauerat. Quid hìc in Veſuuio nuper? iam ſupra narraui,vnũ ex ijs,qui regionẽ latrocinijs infeſtabat, infelici arbori,ad quam,vt ruentem è mõte cinerem vitaret,accurrerat,pependiſſe ſuſpenſum;atq; auidiſſimæ cupiditatis dediſſe pœnas igni, qui bellua ſemper eſt habitus inexplebilis. . . . .

Supplicium cuiuſdã, qui ſe Ætnæ filiũ dicebat.

Herodotus.

Sed libet rem altius repetere, atq; vtriuſq; Montis ortus inter ſeſe conferre.enimverò ſunt, qui exiſtimãt,crebra ipſa, quæ ferè per oẽs ætates extiterunt incendia, perpetua cinerum eiectatione, montem Aetnam extuliſſe; atq; id inde coniijciunt, ꝙ tota eius materia nihil aliud eſſe videatur,quã incompoſita,ac ſuſpenſa in ſe moles cinerum,pumicum,atq; lapidum.quamobrem nonnulli, & hunc Veſuuiũ, qui Aetnã dicitur imitari, eundem ortum habuiſſe ſuſpicantur; præſertim cum proximè in Puteolano agro,eius rei exemplũ extet,

An Mõs Veſuuius primùm extiterit ex incẽdio.

Anno 1538. Simon Portius. Mons è cineribus, qui è terra erupere, conflatus. Ac multò maior, quam de Aetna, potest de Vesuuio ea esse suspicio, cũ nomen huic à fauilla sit. Neq; verò ignoras varios tradi Mõtium ortus. Ac primò minimè audiendi sunt ij, qui Astrorũ vi materiam attrahentium, queãmodũ ferrum trahitur à magnete, Montes excitari dixerunt; cur .n. non eorundẽ Astrorum cursũ sequuntur? At verò ex Philosophis alij alias afferunt caussas, in primis terræmotum; vbi superficies, ita solida est, atq; compacta, vt scindi facilè nequeat; quippe tunc qui sublatet spiritus, concitatus maximè pugna frigoris, agitatusq; eluctatur, attollitq; in sublime tellurẽ. quoniam verò huiusmodi motus plerũq; iuxta mare fiunt, propterea quòd fluctus spiritum obsident, atq; concludunt obstructis vijs, iccircò apud mare potissimum assurgere Montes putant; ex limo autẽ glutinoso, ac pingui, qui agitatione defertur vndarum, caloris vi concrescere lapides, ac metalla, quibus maximè Montes abundant; hinc in eis cerni, dum effodiuntur, sæpè conchylia, testudines, ostreas, ac partes ceterorum animaliũ in mari degentium, immo verò aliquando instrumenta ipsa nautica. desidere interim valles, vnde Montis se moles, & materies extulit. hanc vim spiritus immanem in extollenda tellure, ac nouis Montibus substruendis satis luculenter, & enucleatè Poëta ille descripsit, qui Sapientum iudicio, & dulcis, & ingeniosus est habitus.

Vide Scaligerum. — *Cardanus.* — Montes quot modis ortum habere quidam putent.

Apud Georg. Agric.

Est prope Pittheam tumulus, Troezena, sine vllis
Arduus arboribus, quondam planissima campi
Area, nunc tumulus; nam (res horrenda relatu)
Vis fera Ventorum cæcis inclusa cauernis
Expirare aliquà cupiens, luctataque frustrà
Liberiore frui Cœlo, cum carcere rima
Nulla foret toto, nec peruia flatibus esset,
Extentam tumefecit humum. tumor extat, & alti
Collis habet speciem, longoque induruit æuo.

Iam idẽ spiritus, sicut inclusus quasi carcere, dũ erumpit, Mõtium moles egerit, ita cum liberè foris expatiatur, nactus infinitam

finitam alicubi arenam, congerit in vnum locum, atq; aggerat; ita quoq; colles assurgunt, qui sæpe concrescunt, ac vetustate durescunt; quod accidit in primis anno septimo, & decimo Caroli quinti in Syria iuxta Tripolim; & in regione Lunæburgensi nonnunquam fit. Neq; spiritus modò, inquiunt, sed aquæ nonnunquam montes extruũt, siue in alluuionibus, cum concitati fluctus accessu, recessuque plurimum materiæ afferunt, atq; compingunt, eamq; attollunt in cumulum, siue cum torrentes, ac fluuij primò terram mollem proluunt; deinde proruunt, ac rapiunt duriorem, saxa quoq; deuoluũt; rùm locum multis sæculis ad mirandã altitudinem excauantes, ex vtroq; latere ingentem efficiunt eminentiam, ex qua deinde terræ partes assiduis imbribus resolutæ, extractæque frigoribus delabuntur; saxa ipsa humore mollita in subiectã cauernam decidunt; quod fit vsq; eò, quoad præceps eminentia fiat decliuis. hinc Montes penduli ferè deorsum sunt, cliuos habent, supernè fastigiati, & quadam quasi pyramidis forma, cùm aut vi spiritus exitum eluctantis tellus extuberat, aut agitatione Ventorum arenæ cumuli attolluntur, aut superiora emollita vis imbriũ ad ima prouoluit. Verum.n.verò, vt vniuersè de hoc genere loquar, aliorum doctissimorũ hominũ sententiæ semper adhæsi, qui putant, idẽ esse generationis Montiũ caussam, ac Cœli, maris, fluuiorũ, ceterarũq; Mundi partium indagare. quẽadmodũ .n. hæc sũmus ille, & sapientissimus Artifex ad varia mortaliũ cõmoda ꝓcreauit, ità & Montes. quamobrẽ facilè adducor, vt credam, eadem Montiũ, præsertim eorũ, qui in immanẽ altitudinẽ assurgunt, quã totius Orbis terrarũ, fuisse natalia, atq; eos tunc primum se ostentasse, cũ aquæ Dei nutu discretæ in terræ specus se penitùs abdiderunt; neq; illos audierim, qui in cõmuni eluuione terrarũ id factũ putant, ac tũ primũ aquis in mare ꝑcipitantibus extulisse se Montes. enimverò, cur tãdiù Orbis terrę caruerit Montiũ vel cõmodis, vel ornatu? quãtũ .n. conferunt illi siuè ad aspectus gratiã, vt ꝓpter venustatem Vesuuius fuerit Veneri sacer; siue ad regionis salubritatẽ, vt hanc ob caussã

Cur montes spiritu, vel aquis extructi ferè pyramidati sint. *Greg. Agric.*

Sententia Auctoris de ortu montiũ

Damascenus. Septalius.

eò,qui à morbis conualuerant, se conferre sint soliti; siue ad cohibendū Ventorū impetū, vt iccirco deinceps importunū metuamus mare, cum ijs antea Vesuuius altior immani dorso,atq;vertice se opponeret; siue deniq; ad rerū,quæ à terra nascuntur, fertilitatē,& copiā, qua hæc maximè pars Cāpaniæ abundabat. quid ꝙ, vt generatim loquar, nisi cum Orbe terrarū recens nato Montes statim se extulissent, malè multis arboribus p tot sæcula consultū fuisset,quarum nonnullæ colles amant,& perflata Ventis iuga? iam quænā præcipua matrix fontiū,atque amnium præter Montes? adde, vt quidā ingeniosè scripsit, *Mōtes à Natura prouidè factos ad quasdā compages telluris visceribus densandas, & minimè quietas partes durissima sui materie coërcendas*, cuiusmodi præsidijs,q̄ tellus magis indigebat, quam Cāpania? q̄ creberrimis quati motibus solet; q̄quā hoc tēpore totius viciniæ tremor, peruerso ordine,à concusso monte Vesuuio fuit. Cū igitur montes tāq̄ concamerationes q̄dam in ædificijs sint, hinc fieri nonnulli putant,vt inferiora se se magis, quam superiora ꝓtendant,ad telluris videlicet partes constipandas. q̄quā sunt qui aliā afferunt caussam,cur pleriq; montium fastigiati sint. putant .n. materiam lapidū,ex quibus mōtes extructi sunt,esse ficciorē expirationē cum humoris glutino, ac ꝓinde cū illius ꝓpriū sit attolli sursum, mirum non esse aiunt, cur montes in pyramidis figuram desinant;atq; hinc ēt fieri,vt quamuis Sole,ac pluuijs atterātur,nihil tn̄ de altitudine deperdant, nec extabescant. nisi dicas,cum res humanæ sint obnoxiæ mortalitati, ideò à Natura excitatas esse in Orbe terrarum has quasi pyramides sepulcrales; & cum montes in primis ardere soleant & pyras habere, pyramidum quoque figuram satis eis esse accōmodatā. Ac Vesuuius quidem primùm in vnum fastigium assurgebat, vti diximus, sed incendio desidentibus medijs, plures vertices extiterunt.

Montes quę ad finem à Natura excitati.

Plinius.

Cur montes à Natura excitati ferè pyramidati sint.

Fallopius.

Ceterùm neq; hic mons,neq; Aetnæus iccirco ex incendijs extitisse dicēdi sunt,quia pumicosi,atq; cinerei, sed eos, post coactam materiam, & accensam,excoxit crebra, & ma-

xima

xima vis igniũ, Aetnã in primis ferè semper deflagrãtẽ. Atq; hæc de ortu Vesuuij dicta sint. nunc inquirendum est, vnde illi tot subterranei specus, q̃ prõptuaria sunt fomitis inflammandi, ac receptacula siue halituũ efferuescentiũ, siue Ventorum ignem exagitantium, quibus è locis horrendi mugitus existunt, quoties monstrũ illud, ardente Chimæra maius, Vesuuius parturit. sanè fabulati sunt Veteres, has specus effossas quondam gigantum opera, quorum Princeps, & Dux fuerit Besbicus quidã, à quo nonnulli, hunc montem Vesbiũ dictum putant. gigantes .n. legimus excauasse littora, perq; maria deuoluisse saxa immania, vt ostia Rhyndaci fluuij clauderent. nos verò, qui rationibus, non fabulis ducimur, eas horum specuum caussas existimamus, quas in superioribus libris accersiuimus à Natura; & quas ille, qui de Aetna scripsit, complexus est carmine, ita terræ cauernas rimatus. *Ambr. Nol.*

. . . . . . *non omnis in arctum,*
Nec stipata coit: siue illi caussa vetusta est, *Auctor Carminis de Aetna.*
Nec nata est facies; seu liber spiritus intra
Effugiens molitur iter; seu lympha perenni
Edit humum limo, furtimque obstantia mollit;
Aut etiam inclusi solidum exedère vapores,
Atque igni quæsita via est, siue omnia certis
Pugnauere locis.

Iam illud vltimò quærendum est, vtrum ita Vesuuius integris sæculis deferuescat, vt nulli supersint penitùs in visceribus latentes igniculi. demiror aliquos ita opinari. mihi facilè persuaserint nobiles sanè scriptores, qui hunc montem aiunt *fontis ignes habere maximos*, & qui *perpetuam fornacem vocant*, viri quoq; vel religione præstantes, qui Aetnã, & Vesuuiũ *indefessis ignibus flagrare* dicũt, vel religionis ipsius ac sapiẽtiæ magister, qui singillatim Vesuuiũ *intus semper ardere* scripsit; ꝙ Physici ipsi, qui his de rebus scripserunt, pluribus ostendunt, docentq; *cum perpetua sunt incendia montiũ, significari nullã esse obstructionẽ viarũ, sin per interualla tẽporũ se se efferant, inopia fomitis remisisse de flãma, neq; ad superiora euasisse* *Dion.* *Cassiod.* *Pacianus.* *S. Thomas. in Boet.* *Greg. Agric.*

Io. Baptista Porta.

fisse; nihilominus viscera intus semper ardere.& certè vaporaria ipsa, quæ vestigia, immò reliquiæ incendiorũ in Vesuuio superesse solent, haud dubia sunt latentis ignis indicia. itaque Vesuuius subinde fœdus iccirco ferit, vt immanius feriat; poscit inducias,vt copias restauret ad bellum;interim ille intestino, vt odio, ità igni clam exæstuat.

Iulianus cũ Ætna collatus.

Quãq; in hac calamitate,nostra potius incusanda sũt vitia, quæ Vesuuius suis quodãmodo repræsentat incendijs, nã vt Nazianzenus antistes Aetnã exardescentis in religionẽ Iuliani, ita Hieronymus Vesuuiũ ebriosæ iuuentutis dixit imaginẽ. eius .n. est illa vox,*non tantis ardoribus Vesuuius æstuat, vt iuueniles medullæ vino plenæ*.nẽpe sciebat,illum &vitiferum esse,& Veneri fuisse sacrum. Adde testimonium sanctissimi, ac sapientissimi ciuis Thomæ Aquinatis, qui cùm auaros pecuniæ cupiditate inflãmatos, tùm inuidia flagrantes cum ardente Vesuuio confert: nẽpe *sicut ignis Veseui montis semper ardet, ità auari ardent in concupiscentia bonorum; & sicut ignis erumpens quandoq; consumit loca vicina;sic inuidi nocent verbis, si minus possunt factis*.alludit,opinor,ad linguas illas,q̃ in Vesuuio,dum conflagrat, igneæ ad perniciẽ vibrant. Quid mirum igitur,eius ignem cum Tartareo ab alijs fuisse collatum, quãdo improbitatis est typus? culta olim hic Venus est, cultus Hercules pellicis amore flagrans; expiari igitur is locus, q̃mõdo debuit elementis ad hoc maximè accommodatis, igni, & mari, quæ ambo euomuit, immo, si mos spectetur, etiã sulphure, cuius in lustrationibus apud Veteres vsus frequẽs fuit. in eius lucis Satyri choreas ducere,& saltare soliti dicuntur,respõdeat illecebræ terra subsultans.ad prædam, ac latrocinia ibi latebra erat; nudus sit, ac spoliatus arboribus locus. Ceterùm,quid aliud egit Vesuuius,nisi q̃ paruit Vniuersitatis Principi, ac summo Iudici? qui Naturæ obsequentis ministerio, cum lubet,vtitur, vt durissima hominum ingenia tanto certè igni emolliat. tanq; amentatas nobis Vesuuius dedit hastas, quas ad configendam conscceleratorum amentiam oratorijs lacertis intorqueremus. quis nuper non

Greg. Naz. Iuuentus cũ Vesuuij flãma collata. Hieronymus. S.Thomas in Boet.

Martialis.

est

est admiratus quantos in nostris animis motus effecerit Vesuuius suo? non tã altè se extulit eius flãma, q̃ ciuium ardens pietas. inter Sirenis ipsius cantus, quanti nunc gemitus auditi? sub hoc tam molli Cœlo, q̃ dura supplicia sunt sponte suscepta? An verò placuit rerum Romanarũ scriptori de Vrbe à Gallis incensa ita loqui, *Incendium illud, quid aliud egit, nisi vt destinata hominum, ac Deorum domicilijs Ciuitas non deleta, non obruta, sed expiata potius, & illustrata videatur?* immoverò illud addere, *agere grates Dijs ipso tantæ cladis nomine libet, q pastorũ casas ignis ille, & Romuli paupertatẽ abscondit*, nos, quibus est persuasum, hæc quæ accidunt in Natura, ab eius auctore Deo vno, veroq; ad animi salutẽ dirigi, cur non putemus, hoc igni Campaniam, quæ inter cetera ornamenta, tot delubris, hoc est Cœlitum domicilijs abundat, expiatam potius, & illustratam fuisse, quã oppressam, atq; deletã? eodẽq; incendio factum, nõ vt absconderetur, quæ tunc erat Romana paupertas, sed potius, vt paterent Neapolitanæ ciuitatis religio, ceteræq; virtutes, quæ veræ sunt opes, quin ẽt ipsæ quæ certè vocantur opes, atq; diuitiæ in profugos largiter effusæ, præter eas, quas prouentu maximo frugum parens postea protulit tellus. At immanis est facta mortalium strages. audio, sed concussit se antea Vesuuius, quasi excutere conatus à se incolas; sed inciderunt hi vltro in flãmas, ne patrios relinquerẽt focos. Illud verò nonne beneficij loco habendum, q nisi concitatus ille spiritus, atq; incensus exitum hic inuenisset, actum esset de Patria, quæ funditus desedisset; nunc omnium salus, ac vita pretio vitium stetit. ab illo cinere viuimus; ab illo spiramento spiramus. Herculanum in tot exitia, quasi monstra, incidit, ne in nos illa sæuirent. põpa nostri funeris repensa est funeratis Pompeijs. Sed quanta tandẽ illa ipsius incendij gratia? si quidẽ cum sulphur aërem digessisset, Natura, ne diceretur nouerca, sed mater, suauissimum nectar in arborum, quę supererant, frondes expressit. cõpensauit suo nectare nostras lacrymas, ità quę mella durauerat in ęra, aërẽ, quẽ etiã effecerat æreũ graui cinere, ac ferrugineum, postea

L. Florus.

Vtilitas ex hoc incẽdio.

liqua-

liquauit in mella, vt nouis Campania delitijs pasceretur, quã fuerat flãma depasta: deniq; nũquã verius Vulcanus est Mulciber dictus, quã cum nos suauissimo rore demulsit. Atq; vt rem omnem breui complectar. ità Vesuuius nube cinerea Solem eripuit, vt sui decremento iam diẽ nobis reddiderit auctiorem; quippe Solẽ ipsum, qui ex eius iugo summa hieme nascitur, nunc, quia decreuit humilior, citius huic Vrbi ꝓfert. porrò ità turbulento exarsit incendio, vt sopitã excitarit, inflãmaritq; pietatẽ. nẽpe ex illa flãma montis est oborta lux menti: cum sulphuris, ac bituminis odore nos afflauit, tunc maximè aræ tẽplorum thure fragrarunt; cum regionem terręmotu concussit, tunc virtutẽ corroborauit, atq; firmauit. sparsit arenã, vt fit in lucta, sed in ea declarata victrix est Pietas. cinerẽ fudit, sed religio reuixit. mugitus edidit auditos quam longissimè, sed nostri gemitus peruaserunt Cœlum. Campaniam lapidibus, ac telis igneis vulnerauit, maximamque fecit mortalium stragem, sed demum vnius ex Immortalibus exiguo sanguini cessit.

Hæc habui (Præsul illustrissime) quæ de incendio Vesuuij dicerem. emergere nunc vellet oratio ex illa fuligine, & in tua virtute, gloriaq; versari, quò certè nitidior appareret; sed nolunt immortales laudes tuæ confundi cum cinere. libet. n. ad hoc Plautinũ illud accõmodare. huius modi *sermones nõ quæritant cinerem.* alium aliquando magis idoneum nanciscar locum. Iam si decrescens in dies Vesuuius tantam suffecit dicendi materiem, quantam sufficiet exaggerata virtus tua cum honoris etiam incremento? ardet interim Patria, mihi crede, desiderio tui, quæ non arsit incendio. quicquid mœroris calamitas attulit, tuo deponet aspectu. cum ad nos perueneris, demiraberis tu Vesuuium minore fastigio, admirabitur ille te maiore. macte esto, quà religione, quà gloria, dum ille decrescit, quà mole, quà flamma. Neapoli. Campaniæ Cineralibus.

Plaut. in Mil.

FINIS LIBRORVM.





de-
hri
n,



pl.

IO. BAPTISTAE MASCVLI CHRONOLOGIA INCENDIORVM VESVVII, ET EPHEMERIS VLTIMI.



Vperiora quoq; Incendia Vesuuij ex antiquitatis ruderibus eruere aggredior. res erit eruditis viris non ingrata, difficilis tamen, quia vetustate obscura, & ipsa Vesuuij fuligine inuoluta, cinereq; contecta; vt mirum non sit, à nonnullis, qui hac de re scribunt, multa confundi; quid .n. distincti afferas, vbi oculis quoddam Chaos offunditur, fumida nube Vesuuiũ ipsum tegente? sed poterit noster fortasse *Horatius.* labor, *ex fumo dare lucem*. Seorsim igitur Chronologiam instituo. q̃quam .n. Incendia ferè omnia percurri, cum superiora contuli *Lib. 9.* cum hoc vltimo; tñ, quia incerta nunnulla sunt, & controuersa, quæ cursum orationis impediebant, ea diligentius hic examinãda esse duxi. Quæ verò in singulis incendijs acciderint in Orbe terrarũ siuè læta, siue tristia, ea cõmemorare superuacaneũ est visũ; præsertim cum non pauca dicta sint, cum de prognosticis huius *Lib. 8.* Incendij agerem. tametsi hoc ego semper de Vesuuio sensi, quod scriptor ille de Ætna, cum dixit, *Aetnam non tam mala portendere solere, quam inferre*. *Orosius.*

Ac primò quidam sunt, qui putant, ante illud incendium, quod Tito imperante contigit, Vesuuium nunq̃ conflagrasse. lapsi sunt *Maiolus, & alij redarguuntur.* in hoc nonnulli viri docti, & quod magis miror, etiam ex antiquioribus, nam Sextus Aurelius Victor ità scriptum reliquit, *Titi tempore Mons Vesuuius in Campania ardere cœpit*, nisi fortè hoc iccirco dicat, quia apud vulgus obliterata iam erat, atq; deleta memoria veterum Incendiorum; vel cœpisse dicatur ardere, *Vesuuius cœpit ardere ante Christũ natum.* quia post illud incendium, *singulis ferè annis hæc fieri solita*, vt ait Dio, tametsi mitius. sanè vt PseudoBerosus ille sit, qui ab heroicis vsq; temporibus huius Montis incendia repetit, qui tñ non *Annius.* contemnendus auctor est. vt Strabo tántùm coniectura nitatur ab

 exesis

Lambinus.

exesis igni lapidibus, quæ certè satis firma est, vt Georgio Agricolæ videtur. vt Lucretij locus de Veseuo suspectus non nemini sit, nè Misenum legi debeat, cum tñ vix credibile sit, productā à Marone imitatore Lucretij eius nominis primam syllabā, quæ fuisset ab illo correpta. vt Flori verba de cauis Vesuuij locis, vnde Spartacus sit elapsus, non omninò persuadeant, cum certè rem probabilem faciant; at legi debuerunt Diodorus, Vitruuius, Tertullianus, qui apertissimè affirmant, ante illud incendium, q sub Tito contigit, exarsisse Vesuuium. Diodorus igitur, qui ante Christum natum sub Cæsare Augusto vixit, lib. 4. de Herculis in Cāpaniam aduentu ità loquitur. *Campus quoq; ipse dictus est Phlegraus à colle, qui olim plurimum ignis instar Aetnæ euomens, nunc Vesuuius vocatur, multa seruat antiqui ignis vestigia*. non modò ignem euomuisse, sed plurimum affirmat, idq; antiquitùs. & cum *Atnæ instar* dicit, indicare videtur ēt hūc nō semel more illius cōflagrasse. Aduertendum est aūt in Græco legi οὐεσούϊον errore, vt opinor, typographorum, pro β. substituto σ. ob similitudinem, nam si paullò inferius lineam superiorem deflexeris. β. erit σ. Legi quoq; debuit Vitruuius, qui etiam ante illud incendium Titi, sub Tiberio vixit, eius verba sunt lib. 2. c. 6. *non minus memoratur antiquitùs creuisse ardores, & abundasse sub Vesuuio monte, & inde euomuisse circa agros flammas, ideoq; nunc qui spongia siue pumex Pompeianus vocatur, excoctus ex alio genere lapidis, in hanc redactus esse videtur generis qualitatem*. non de quolibet igne loquitur, sed de exaggerato, & abundanti; cum ait, *abundasse ardores*. Deniq; inter Scriptores nostros legi debuit Tertullian⁹, qui, etsi post Christum vixit, tamen satis apertè ostendit, antea Vesuuium exarsisse, vt mox dicemus.

Locus ab auctoritate.

Quamquam, ēt si locupletissimis his testibus carerent, admonebant eos, qui hæc negant, veterum Incēdiorum, ipsa huius Mōtis, ac Regionis nomina, quippe (si Annio credimus) appellata est iam olim a Ianigenis hæc Regio *Palensana*, quam vocem latinè interpretatus ait, apud Hebræos *Pilam*, *& Palen ostium, vel originem percussionis significare, Esan verò, & Esai ignem*. dicitur aūt ostium, seu ianua incendij, quia ex hoc loco, qui latet abstrusus, ignis aliquando erumpit. quod si verum est, Incendij ianuæ nemo aptius opponi potuit; aut debuit, quam Ianuarius. sed hæc Etymologia, quā affert hic scriptor, indigere videtur censura. quippe apud Hebræos neq; Pila, neq; Palē significat ostium siue originē percussionis; ignis verò apud ipsos dicitur *Es*, non *Esan, aut Esai* Fateor quidem, si mista nomenclatura sit, ex Græca voce πύλη,

Locus ab Etymologia

Vnde dicta hæc regio Palensana.

Pyli

Pyli, quæ ostium significat, & ex Hebraica אש *Es*, quæ ignem, dici posse ostium incendij, sed appellanda esset *Pylensana & non Palensana*. Igitur mihi magis verisimile videtur, hanc esse tantum Hebraicam vocem inuentam quidem à Ianigenis, hoc est à posteris Noe, qui Ianus est dictus, nempè inter humanum genus extinctum, & instauratum positus quasi bifrons; cõpositam tñ ex verbo פלא *Palà*, quod est *absconditum esse, seu latere*, & ex nomine אש *Es*, quod, vti dicebam, significat *ignem*. producta deinde a Latinis dictione, vt a Cumis fit Cumana regio, sic *à Palès* fieri potuit *Palesana*, sic.n. appellanda videtur potius, quam *Palensana*, quia ignis Hebraice, vt dixi, non dicitur *Esan*, vt putat Annius, sed *Es*. nisi dicas literum *n* postea in Palensanã irrepsisse, vt tempus & vulgus corruptor est dictionum. Addo, si mauis, coniecturam alterius nomenclaturæ, quæ optimè declarat Vesuuij naturã, videtur .n. deduci ẽt posse vox *Palesana*, ab alio fonte item Hebraico, hoc est a verbo פלש *Palàs*, quod est *Cinere inuoluere, atque conspergere*. quo verbo vtitur Ieremias vates cap. 6. *conspergere cinere*. Ezechias item c. 27. quasi *Palesana* sit Regio *conspersa, siue inuoluta cinere*, ac certè Vesuuius cineris maximè effusione inter ardentia cetera loca insignis est. Nomen igitur ipsum huius loci a priscis temporibus acceptum indicare videtur, iam tum conflagrasse Vesuuiũ. præter hoc admonent ẽt veterum Incendiorum alia duo huius Montis nomina, quibus item ante Christum natum est appellatus. quippe. *Phlegra* dictus à Græcis, vt colligitur ex Diodoro, quasi ardẽs. *φλέγειν* .n. *ardere* est. Deniq; latinum ipsum nomen antiquum Vesuuij idem indicat. *Vesuuia* enim dicta est a Veteribus fauilla; quamobrem nonnulli suspicati sunt, hunc montem ex incendio extitisse, atq; ex flamma primùm prodijsse in lucem; Atq; hæc tria nomina certè multò ante illud Incendium sub Tito fuere; tametsi Ambrosius Nolanus multa de hoc nomine, vt puto, fabulatur, cum ait, eum à Galeno appellatũ fuisse Lesbiũ, quod olim Lesbij relicta patria huc se contulerint. Lesbij .n. vt est apud Solinum, aliquando imperium maris tenuerunt; vel iccirco Vesuuio nomen hoc impositum, quòd, quemadmodum Lesbij insignes erant fœditate verborum, vnde parœmia, *Lesbijs digna loqui*,ità ille aperto ore cineres, ignesque eructans Campaniam fœdet.; quã idem Ambrosius fatetur, in alijs Galeni codicibus legi Vesuium siue Besbiũ, non Lesbium, sed opinatur ità dictum a quodã Duce Pelasgo, qui hìc damnatus exulauerit; esse autẽ nomen viri proprium Besbium ex Stephano colligit. vel certè a Besbico gigante, qui nomen indidit ẽt insulæ prope Cyzicum,

R *Mardochai Pagninus.*

Vesuuij etymon.

zicum, a quo cũ Socijs hic Mõs sit excauatus. deniq; risum mouet alia, quã refert, huius nominis origine; cum dicit; Vesuuium ex tribus constari vocibus, nempe ex particula *Ve*, quæ ad incrementum rei significandum addi solet apud Latinos, & dictione, *sùs*, quæ motum ad superiora ostendit, & *via*; vt Vesuuius idem sit, quod mons, ad quem ardua sursum via fit, quod nomen multò magis Ætnæ, Olympo, ac multis alijs montibus celsioribus ipso Vesuuio conueniret. sentiendum igitur cum viris doctis, Vesuuiũ olim fauillam dictam, atq; ad huius montis naturam significandam, qui insignis est in eiectanda infinita vi cineris longè, lateq; id nomen impositum. decreuit postea, seu degenerauit Vesuuij nomen in Vesuium; nam vt ait Galenus, *veteres Romani in monumentis suis. & item qui nunc accuratius loqui volunt, Vesuuium vocant; at celebre nunc, & nouum nomen est Vesuius omnibus mortalibus notum propter ignem qui e terra in sublime emittitur.* Plutarchus quoq; appellat βέσβιον; cum memorat Sibyllæ *Vaticinium de monte Vesuio*, ità etiã Silius, & alij; atque ità legendum putat Carrio apud Valerium Flaccum, Statium, & Martialem. Redarguitur autem meritò a viris doctis Seruius, qui apud Maronẽ distinguit Veseuum a Vesuuio, atq; illum quidem montem esse Liguriæ dicit. atqui mons ille Ligusticus dicitur Vesulus, non Veseuus. itaque Scholiastes Boëthij in eum locum.

Vide Abr ab. Ort elium.

Seruij lapsus.

Torquet fumificos Veseuus ignes.

Rodulphus.

sic ait. *Veseuus mõs est in Campania nõ longè ab vrbe Neapoli, sẽper ardens. est & alius immensæ altitudinis in Alpibus, qui Vesulus, non Veseuus, vt nonnulli indocti dicunt, vocatur.* notandum hic ẽt est illud, *semper ardens*; nam, vti aliàs dixi, semper Veseuus flagrat intus, licet ignis nõ semper foras erumpat. Iam vulgò hic mons Summanus vocatur, siue Summa, quasi summus, ob celsitudinem videlicet, vt interpretatur Blondus; fecit autem vsus, vt hoc nomen ad iugum alterum celsius, quod oppidum respicit eiusdem nominis, pertineat. certè ob hanc insignem altitudinem, mons ipse Athos a Georgio Agricola cum hoc monte confertur; verùm hæc Blondi interpretatio illud habet aduersũ ꝙ, ne longius abeam, multi ex Apennino montium, qui celsiores sunt, id sibi nomen æquius vendicarent. non displicet alterius interpretatio, qui ex illis Cælij Rhodigini verbis de Vesuuio, *Monten hunc etiam Summani dicunt*, putat Summani dictum, hoc est Plutonis, qui eo nomine est appellatus, quasi *Summus Deorum Manium*, vt docet Martianus. ac certè huiusmodi loca ardẽtia scimus apud Veteres appellata *Plutonis ostia*. Et quoniam de huius montis altitu-

Cur hic mons dicatur Summanus.

Blondus.

Ioannes Bernardinus Iulianus.

altitudine, vnde illum appellari Sũmanum Blondus putat, incidit mentio, operę pretium videtur, hoc loco illud expendere, ꝙ quidã nuper scripserunt de Vesuuio, qui eum cum Sinai monte comparant, qui mons Deo legislatore quondam est nobilitatus; aiuntq; Vesuuium esse eadem prorsus magnitudine, & quasi mole corporis, qua Sinai; quod eo argumento confirmant; quia mons Sinai multorum iudicio idem esse creditur, qui mons Casius, de quo Plinius sic scribit. *Casij montis altitudo in directum quatuor millium passuum est*; at tantundem, inquiunt, altitudinis habet mons Vesuuius. quemadmodum igitur (vt ex horum sententia loquar) Casius mons, siue Sinai totus exardescebat in flammas, dum iura Deus populo daret; ità nunc maximè, ardente Vesuuio, diuina iura valuerunt, mortalibus ostento deterritis; ac sicut idem mons Casius insignis fuit Põpei tumulo, atq; cinere; ita nunc Vesuuius cinere Pompeiorum, quod oppidum apud eius radices sepultum iacet. Sed hac in re primùm illud moneo, non vnũ appellari Casium montem; atq; illum quidem, cuius altitudo à Plinio dicitur quatuor millium passuum, esse supra Seleuciam, non in Arabia, vbi est alter ille mons Casius, qui a multis putatur esse mõs Sinai. Deĩde Vesuuij mõtis altitudinẽ nõ habere quatuor millia passuũ *in directum*, quemadmodũ habet ille mõs Casius supra Seleuciã, qui quam sublimis sit, colligitur ex eo, quod narrat Plinius. *Illius excelsa altitudo quarta vigilia orientem per tenebras Solem aspicit, breui circumactu corporis, diem, noctemq; pariter ostendens*, alia ratio est huius Campani montis, cuius quidem accliuis ascensus a radicibus ad cacumen continet quatuor millia passuum; at verò ad perpendiculum altitudo eius iugi, quod celsius est, prout respondet æquori, non amplius continet, quã mille, centũ, ac nouẽ vulgares passus, qui sunt geometrici mille, ducenti, quinquaginta, & vnus. Ceterũ si de illo ipso Casio monte, qui est in Arabia, loquamur, non est omninò certum, illum eundẽ esse, ac Sinai. nam Adrichomius diligẽs scriptor diuersum illum facit a Sinai monte; atque ille quidem insignis dicitur Pompei deuicti tumulo, hic inuictæ virginis Catharinæ. quẽ sic graphicè describit. *Sinai mons est rotũdus, omniũ in ea regione celsissimus, & ascensu difficillimus. continet in altitudine graduũ septem millia, demptis locis, in quibus rectis passibus ascenditur, & non per gradus.* est tñ ille mons Arabiæ huic Campaniæ, figura, vt in topographia apud ipsum Adrichomiũ vedere licet, nõ omnino dissimilis; quippe & ille biceps est: habens duo iuga, medijs desidentibus. ꝙ altius est, Sinai appellatur; quod depressius, Oreb, siue Choreb. deducit ẽt, vt hic noster,

An mons Vesuuius sit eiusdem altitudinis, ac mons Sinai.

Vide Tabulam Abrah. Ortelij.

noster,radices ferè in orbem.deniq; ille conflagrare visus est olim adscititio igne,hic innato. Effecit, vt ad hæc digrederer, nomen ipsum huius montis, vulgò Summani, quo Blondus propter celsitudinem appellatum dicit.

Nunc,vt ad id,quod institueram,redeã. Vesuuium multò ante Christum natum arsisse,admonet ipsa montis nomenclatura. nã, vti dixi, probabile est primũ nomen, quod sortitus est apud Hebræos, ac posteros Noe fuisse *Palès*, quod est *absconditus ignis*, aut *Palàs*, quod est *conspersio, vel inuolutio cineris*, vnde sit hæc Regio dicta *Palesana*. Alterum deinde nomen fuit apud Græcos *Phlegra* idest ardens, vnde huius regionis Campi dicti sunt *Phlegræi*;q̃quam in Thessalia quoq; Phlegraei Campi fuere. Tertium nomen fuit apud Latinos priscos *Vesuuius* quasi fauillaceus; quod nomen postea contractum est in Vesuium, siue Besbium: Igitur,qui neque nomina huius montis animaduerterunt, neque scriptores, qui ante Christum natum de incendijs Vesuuij locuti sunt, legerunt (nisi eos fortè contempserint, quod minus crediderim)negarunt,hunc montẽ ante Titum aliquando arsisse. nituntur aũt ea in primis coniectura;quod Plinius sedulus in historia, eius incendiorum non meminerit. nec placet illa ratio de titulo. qui est *de locis semper ardentibus*, cum Vesuuius raro ardeat. nam hoc ipsum non erat omittendum. ego potius dixerim, Plinium semper in animo habuisse, adire hunc locum,antequam in historiam rem insereret; oblata deinde occasione accessisse, vt diligentius contemplaretur, sed extinctum, antequam de flamma scriberet.hoc ipsum nunnulli viri docti sentiunt,neq; verò adduci possum, vt credam, aut oblitum huius montis, qui penè ante oculos erat in Italia, cum de transmarinis ẽt montibus accuratè loquatur; aut ab eo neq; Diodorum in primis, neq; Vitruuium, neq; Strabonem nobilissimos scriptores lectitatos fuisse;Obijciũt alij Cornelium Tacitum, qui ait Tiberiũ eius regionis prospectu Capreis delectatũ,*antequam Vesuuius faciem verteret*; quasi verò non hic mõs subinde faciem vertat,ac suo postea è rogo quodãmodo reuiuiscat, ex ipso cinere viriditatem eliciens herbescentẽ; quapropter rectè a Sabellico dictum puto.*extiterunt in eo veteris incenay vestigia multa, & indubitata.*

Cur Plinius non meminerit incendiorum Vesuuij.

Cum igitur indubitatum sit ante Christum aliàs conflagrasse Vesuuium, imò vero anta Herculis tempora; cum dicat Diodorus,Herculem venisse in Phlegraeos campos,qui a Vesuuio ardere solito nomen illud iam acceperant; facilè mihi persuaserit author ille,qui Berosum se dicit,Abrahami tempore Incendiũ,contigisse,

Primum incendium, q̃ legitur probabile Vesuuij anno mũdi 1197. *Pseudo Berosus.T. Annius*

tigisse, præsertim cum eo tempore Chaldæi diuinos honores igni tribuerent, in quem Abrahamũ ipsum, qui rem detestatus fuerat, iniecerant, q̃quã diuinitùs est ereptus. veroq; simillimũ est, Deũ tunc maximè varijs in locis incendia excitare naturalibus quidẽ caussis voluisse, in primis in hoc mõte, qui cinere circumquaque diffuso, qui tetra fuligine, qui fragore, orbi terræ se nobilem facit, vt ceteræ gẽtes, quæ in Chaldæorum, qui sapientia præstantes habebantur, sententiã facilè ituri erant, intelligerent, minimè deberi diuinos honores Igni, cuius tot incõmoda, atq; exitia, certè initiò, mortales experirentur, neq; immortali Deo æquandũ pallidi cineris largitorem. Ceterùm non quia hic scriptor non est ille Berosus, cui Athenienses statuam cum aurea lingua dicarunt, iccirco mendaci lingua dicendus est. Quid .n. eũ impellere potuit ad hoc palmare mendaciũ? qui in mentem venit huius maximè cõmenti? cur non de Ætna potius id finxit incendijs clara? quid? an non multa ẽt circumferuntur Aristotelis, Augustini, & aliorũ Sapientum nomine scripta, quæ q̃quam admodum suspecta sunt de auctore; nõ tamẽ ea, quæ dicuntur, omninò reijciuntur. adde à viris ẽt nonnullis doctis libellum hunc, qui Berosi nomine circũfertur, adhiberi testem vetustissimi huius incendij. verba eius scriptoris lib. 6. cũ de vlt. anno Aralij septimi, siue vt alij volunt, sexti regis Assyriorum loquitur, illa sunt: *Eo tempore arsit Italia tribus in locis, circa Istros, Cymæos, & Vesuuios,* Cymæos pro Cumæis dictos non mirabitur, qui Græcis est imbutus, regnauit verò Aralius hic annos 40. trigesimo igitur nono accidit hoc incendium, hoc est a Mundo condito 2197. a diluuio verò 541. ante Christũ 1787. Iam hic annus, vel sequens incidit in Rebeccæ conceptũ, ex qua Iacob ortus in spem tanti generis, vnde oriretur Deus homo. nè quis putet, Vesuuium semper exitia orbi terrarum incendijs minari. eodẽ igitur ferè tempore Vesuuius, quo Rebecca parturijt. vni filij collidebantur in vtero excandescentes, alterius intra viscera spiritus luctabantur incandescentes. porrò Neapolim ædificatam aiunt anno a Mundo condito 4035. ante Christũ 1167. multò igitur ante mugire Vesuuius cœpit, q̃ Siren canere.

An verisimile sit Vesuuium cõflagrasse sub Abrahamo.

Leander Baccius.

Salianus.

Alterũ Incẽdium extitisse Herculis tempore quidã sibi persuadent, ex eo, ꝙ Diodorus dicat, Herculem venisse in Phlegræos campos idest ardentes, qui id a Vesuuio nomen acceperant, dicebatur .n. Phlegra, idest ardens. cum tñ Diodorus non dicat, eo tempore Vesuuium exarsisse, cum Hercules accessit, quod potius eum absterruisset ab ædificandis apud eum oppidis Herculano & Pompeis, ac totam illam, quam ducebat tanq̃ in Capitolium festã

Secundum Incendium Vesuuij cõditis iam Pompeijs.

boum

liquauit in mella, vt nouis Campania delitijs pasceretur, quã fuerat flãma depasta: deniq; nũquã verius Vulcanus est Mulciber dictus, quã cum nos suauissimo rore demulsit. Atq; vt rem omnem breui complectar. ità Vesuuius nube cinerea Solem eripuit, vt sui decremento iam diẽ nobis reddiderit auctiorem; quippe Solẽ ipsum, qui ex eius iugo summa hieme nascitur, nunc, quia decreuit humilior, citius huic Vrbi ꝓfert. porrò ità turbulento exarsit incendio, vt sopitã excitarit, inflãmaritq; pietatẽ. nẽpe ex illa flãma montis est oborta lux menti: cum sulphuris, ac bituminis odore nos afflauit, tunc maximè aræ tẽplorum thure fragrarunt; cum regionem terręmotu concussit, tunc virtutẽ corroborauit, atq; firmauit. sparsit arenã, vt fit in lucta, sed in ea declarata victrix est Pietas. cinerẽ fudit, sed religio reuixit. mugitus edidit auditos quam longissimè, sed nostri gemitus persuaserunt Cœlum. Campaniam lapidibus, ac telis igneis vulnerauit, maximamque fecit mortalium stragem, sed demum vnius ex Immortalibus exiguo sanguini cessit.

Hæc habui (Præsul illustrissime) quæ de incendio Vesuuij dicerem. emergere nunc vellet oratio ex illa fuligine, & in tua virtute, gloriaq; versari, quò certè nitidior appareret; sed nolunt immortales laudes tuæ confundi cum cinere. libet. n. ad hoc Plautinũ illud accõmodare. huius modi *sermones nõ quæritant cinerem.* alium aliquando magis idoneum nanciscar locum. *Plaut. in Mil.* Iam si decrescens in dies Vesuuius tantam suffecit dicendi materiem, quantam sufficiet exaggerata virtus tua cum honoris etiam incremento? ardet interim Patria, mihi crede, desiderio tui, quæ non arsit incendio. quicquid mœroris calamitas attulit, tuo deponet aspectu. cum ad nos perueneris, demiraberis tu Vesuuium minore fastigio; admirabitur ille te maiore. macte esto, quà religione, quà gloria, dum ille decrescit, quà mole, quà flamma. Neapoli. Campaniæ Cineralibus.

FINIS LIBRORVM.





rl.

IO. BAPTISTAE MASCVLI CHRONOLOGIA INCENDIORVM VESVVII, ET EPHEMERIS VLTIMI.



Vperiora quoq; Incendia Vesuuij ex antiquitatis ruderibus eruere aggredior. res erit eruditis viris non ingrata, difficilis tamen, quia vetustate obscura, & ipsa Vesuuij fuligine inuoluta, cinereq; contecta; vt mirum non sit, à nonnullis, qui hac de re scribunt, multa confundi; quid .n. distincti afferas, vbi oculis quoddam Chaos offunditur, fumida nube Vesuuiũ ipsum tegente? sed poterit noster fortasse labor, *ex fumo dare lucem*. Seorsim igitur Chronologiam instituo. *Horatius.* q̃quam .n. Incendia ferè omnia percurri, cum superiora contuli cum hoc vltimo; tñ, quia incerta nunnulla sunt, & controuersa, quæ cursum orationis impediebant, ea diligentius hic examinãda esse duxi. *Lib. 9.* Quæ verò in singulis incendijs acciderint in Orbe terrarũ siuè læta, siue tristia, ea cõmemorare superuacaneũ est visũ; præsertim cum non pauca dicta sint, cum de prognosticis huius Incendij agerem. *Lib. 8.* tametsi hoc ego semper de Vesuuio sensi, quod scriptor ille de Ætna, cum dixit, *Aetnam non tam mala portendere solere. quam inferre.* *Orosius.*

Ac primò quidam sunt, qui putant, ante illud incendium, quod Tito imperante contigit, Vesuuium nunq̃ conflagrasse. lapsi sunt in hoc nonnulli viri docti, & quod magis miror, etiam ex antiquioribus, nam Sextus Aurelius Victor ità scriptum reliquit, *Titi tempore Mons Vesuuius in Campania ardere cœpit*, nisi fortè hoc iccirco dicat, quia apud vulgus obliterata iam erat, atq; deleta memoria veterum Incendiorum; vel cœpisse dicatur ardere, quia post illud incendium, *singulis ferè annis hæc fieri solita*, vt ait Dio, tametsi mitius. sanè vt PseudoBerosus ille sit, qui ab heroicis vsq; temporibus huius Montis incendia repetit, qui tñ non contemnendus auctor est. vt Strabo tãntùm coniectura nitatur ab

Maiolus, & alij redarguuntur.

Vesuuius cœpit ardere ante Christũ natum. *Annius.*

a exesis

Lambinus.

excisis igni lapidibus, quæ certè satis firma est, vt Georgio Agricolæ videtur. vt Lucretij locus de Veseuo suspectus non nemini sit, nè Misenum legi debeat, cum tñ vix credibile sit, productā à Marone imitatore Lucretij eius nominis primam syllabā, quæ fuisset ab illo correpta. vt Flori verba de cauis Vesuuij locis, vnde Spartacus sit elapsus, non omninò persuadeant, cum certè rem probabilem faciant; at legi debuerunt Diodorus, Vitruuius, Tertullianus, qui apertissimè affirmant, ante illud incendium, q̄ sub Tito contigit, exarsisse Vesuuium. Diodorus igitur, qui ante Christum natum sub Cæsare Augusto vixit, lib. 4. de Herculis in Cāpaniam aduentu ità loquitur. *Campus quoq; ipse dictus est Phlegraus à colle, qui olim plurimum ignis instar Aetnæ euomens, nunc Vesuuius vocatur, multa seruat antiqui ignis vestigia*. non modò ignem euomuisse, sed plurimum affirmat, idq; antiquitùs. & cum *Atnæ instar* dicit, indicare videtur ēt hūc nō semel more illius cōflagrasse. Aduertendum est aūt in Græco legi οὐεσούιον errore, vt opinor, typographorum, pro β. substituto σ. ob similitudinem, nam si paullò inferius lineam superiorem deflexeris. β. erit σ. Legi quoq; debuit Vitruuius, qui etiam ante illud incendium Titi, sub Tiberio vixit, eius verba sunt lib. 2. c. 6. *non minus memoratur antiquitùs creuisse ardores, & abundasse sub Vesuuio monte, & inde euomuisse circa agros flammas, ideoq; nunc qui spongia siue pumex Pompeianus vocatur, excoctus ex alio genere lapidis, in hanc redactus esse videtur generis qualitatem*. non de quolibet igne loquitur, sed de exaggerato, & abundanti; cum ait, *abundasse ardores*. Deniq; inter Scriptores nostros legi debuit Tertullian⁹, qui, etsi post Christum vixit, tamen satis apertè ostendit, antea Vesuuium exarsisse, vt mox dicemus.

Locus ab auctoritate.

Quamquam, ēt si locupletissimis his testibus carerent, admonebant eos, qui hæc negant, veterum Incēdiorum, ipsa huius Mōtis, ac Regionis nomina, quippe (si Annio credimus) appellata est iam olim a Ianigenis hæc Regio *Palensana*, quam vocem latinè interpretatus ait, apud Hebræos *Pilam*, & *Palen ostium, vel originem percussionis significare, Esan verò, & Esai ignem*. dicitur aūt ostium, seu ianua incendij, quia ex hoc loco, qui latet abstrusus, ignis aliquando erumpit. quod si verum est, Incendij ianuæ nemo aptius opponi potuit; aut debuit, quam Ianuarius. sed hæc Etymologia, quā affert hic scriptor, indigere videtur censura. quippe apud Hebræos neq; Pila, neq; Palē significat ostium siue originē percussionis; ignis verò apud ipsos dicitur *Es*, non *Esan, aut Esai* Fateor quidem, si mista nomenclatura sit, ex Græca voce πύλη,

Locus ab Etymologia

Vnde dicta hæc regio Palensana.

Pyli

Pyli, quæ oſtium ſignificat, & ex Hebraica אש *Es*, quæ ignem, dici poſſe oſtium incendij,ſed appellanda eſſet *Pylenſana & non Palenſana*. Igitur mihi magis veriſimile videtur,hanc eſſe tantum Hebraicam vocem inuentam quidem à Ianigenis,hoc eſt à poſteris Noe,qui Ianus eſt dictus, nempè inter humanum genus extinctum,& inſtauratum poſitus quaſi bifrons;cõpoſitam tñ ex verbo פלא *Palà*, quod eſt *abſconditum eſſe, ſeu latere*, & ex nomine אש *Es*, quod, vti dicebam, ſignificat *ignem*. producta deinde a Latinis dictione, vt a Cumis fit Cumana regio, ſic *à Palès* fieri potuit *Paleſana*,ſic.n.appellanda videtur potius,quam *Palenſana*, quia ignis Hebraice, vt dixi, non dicitur *Eſan*, vt putat Annius, sed *Es*. niſi dicas literum *n* poſtea in Palenſanã irrepſiſſe,vt tempus & vulgus corruptor eſt dictionum.Addo, ſi mauis, coniecturam alterius nomenclaturæ,quæ optimè declarat Veſuuij naturã, videtur .n. deduci ẽt poſſe vox *Paleſana*, ab alio fonte item Hebraico, hoc eſt a verbo פלש *Palàs*, quod eſt *Cinere inuoluere, atque conſpergere*. quo verbo vtitur Ieremias vates cap. 6. *conſpergere cinere*. Ezechias item c. 27. quaſi *Paleſana* ſit Regio *conſperſa, ſiue inuoluta cinere*,ac certè Veſuuius cineris maximè effuſione inter ardentia cetera loca inſignis eſt. Nomen igitur ipſum huius loci a priſcis temporibus acceptum indicare videtur, iam tum conflagraſſe Veſuuiũ. præter hoc admonent ẽt veterum Incendiorum alia duo huius Montis nomina, quibus item ante Chriſtum natum eſt appellatus.quippe. *Phlegra* dictus à Græcis, vt colligitur ex Diodoro,quaſi ardẽs. φλέγειν .n. *ardere* eſt.Deniq; latinum ipſum nomen antiquum Veſuuij idem indicat. *Veſuuia* enim dicta eſt a Veteribus fauilla;quamobrem nonnulli ſuſpicati ſunt,hunc montem ex incendio extitiſſe, atq; ex flamma primùm prodijſſe in lucem; Atq; hæc tria nomina certè multò ante illud Incendium sub Tito fuere;tametſi Ambroſius Nolanus multa de hoc nomine,vt puto,fabulatur, cum ait, eum à Galeno appellatũ fuiſſe Lesbiũ, quod olim Lesbij relicta patria huc se contulerint. Lesbij .n. vt eſt apud Solinum,aliquando imperium maris tenuerunt;vel iccirco Veſuuio nomen hoc impoſitum, quòd, quemadmodum Lesbij inſignes erant fœditate verborum,vnde parœmia, *Lesbijs digna loqui*, ità ille aperto ore cineres, igneſque eructans Campaniam fœdet. quã idem Ambroſius fatetur,in alijs Galeni codicibus legi Veſuium siue Besbiũ, non Lesbium, sed opinatur ità dictum a quodã Duce Pelaſgo, qui hìc damnatus exulauerit; eſſe autẽ nomen viri proprium Besbium ex Stephano colligit.vel certè a Besbico gigante, qui nomen indidit ẽt inſulæ prope Cy-

R. *Mardochai Pagninus.*

Veſuuij etymon.

a 2 zicum,

zicum,a quo cũ Socijs hic Mõs sit excauatus.deniq; risum mouet alia,quã refert, huius nominis origine ; cum dicit ; Vesuuium ex tribus constari vocibus, nempe ex particula *Ve*, quæ ad incrementum rei significandum addi solet apud Latinos, & dictione, *sùs*, quæ motum ad superiora ostendit, & *via*; vt Vesuuius idem sit, quod mons, ad quem ardua sursum via fit,quod nomen multò magis Ætnæ,Olympo,ac multis alijs montibus celsioribus ipso Vesuuio conueniret.sentiendum igitur cum viris doctis,Vesuuiũ olim fauillam dictam, atq; ad huius montis naturam significandam, qui insignis est in eiectanda infinita vi cineris longè, lateq; id nomen impositum. decreuit postea, seu degenerauit Vesuuij nomen in Vesuium ; nam vt ait Galenus, *veteres Romani in monumentis suis, & item qui nunc accuratius loqui volunt,Vesuuium vocant;at celebre nunc,& nouum nomen est Vesuius omnibus mortalibus notum propter ignem qui e terra in sublime emittitur* Plutarchus quoq; appellat βέσβιον;cum memorat Sibyllæ *Vaticinium de monte Vesuio*, ità etiã Silius, & alij; atque ità legendum putat Carrio apud Valerium Flaccum, Statium, & Martialem. Redarguitur autem meritò a viris doctis Seruius, qui apud Maronẽ distinguit Veseuum a Vesuuio , atq; illum quidem montem esse Liguriæ dicit. atqui mons ille Ligusticus dicitur Vesulus, non Veseuus. itaque Scholiastes Boëthij in eum locum .

Vide Abr ab. Ortelium.

Seruij lapsus.

Rodulphus.

Torquet fumiferos Veseuus ignes.

sic ait. *Veseuus mõs est in Campania nõ longè ab vrbe Neapoli,sẽper ardens. est & alius immensæ altitudinis in Alpibus, qui Vesulus, non Veseuus, vt nonnulli indocti dicunt, vocatur*. notandum hic et est illud, *semper ardens*;nam,vti aliàs dixi,semper Veseuus flagrat intus,licet ignis nõ semper foras erumpat. Iam vulgò hic mons Summanus vocatur,siue Summa,quasi summus, ob celsitudinem videlicet, vt interpretatur Blondus; fecit autem vsus, vt hoc nomen ad iugum alterum celsius, quod oppidum respicit eiusdem nominis,pertineat.certè ob hanc insignem altitudinem, mons ipse Athos a Georgio Agricola cum hoc monte confertur; verùm hæc Blondi interpretatio illud habet aduersũ ꝙ, ne longins abeam, multi ex Apennino montium, qui celsiores sunt, id sibi nomen æquius vendicarent.non displicet alterius interpretatio,qui ex illis Cælij Rhodigini verbis de Vesuuio, *Monten hunc etiam Summani dicunt*, putat Summani dictum,hoc est Plutonis, qui eo nomine est appellatus, quasi *Summus Deorum Manium*, vt docet Martianus.ac certè huiusmodi loca ardẽtia scimus apud Veteres appellata *Plutonij ostia*. Et quoniam de huius montis altitu-

Cur hic mons dicatur Summanus.

Blondus.

Ioannes Bernardinus Iulianus.

altitudine,vnde illum appellari Sũmanum Blondus putat,incidit mentio,operę pretium videtur,hoc loco illud expendere,ꝙ quidã nuper scripſerunt de Veſuuio,qui eum cum Sinai monte comparant,qui mons Deo legiſlatore quondam eſt nobilitatus; aiuntq; Veſuuium eſſe eadem prorſus magnitudine,& quaſi mole corporis, qua Sinai; quod eo argumento confirmant; quia mons Sinai multorum iudicio idem eſſe creditur, qui mons Caſius, de quo Plinius ſic ſcribit. *Caſij montis altitudo in directum quatuor millium paſſuum eſt;* at tantundem,inquiunt, altitudinis habet mons Veſuuius. quemadmodum igitur (vt ex horum ſententia loquar) Caſius mons,ſiue Sinai totus exardeſcebat in flammas, dum iura Deus populo daret; ità nunc maximè, ardente Veſuuio, diuina iura valuerunt, mortalibus oſtento deterritis;ac ſicut idem mons Caſius inſignis fuit Põpei tumulo, atq; cinere;ita nunc Veſuuius cinere Pompeiorum, quod oppidum apud eius radices ſepultum iacet. Sed hac in re primùm illud moneo, non vnũ appellari Caſium montem; atq; illum quidem, cuius altitudo à Plinio dicitur quatuor millium paſſuum, eſſe ſupra Seleuciam, non in Arabia, vbi eſt alter ille mons Caſius,qui a multis putatur eſſe mõs Sinai. Deĩde Veſuuij mõtis altitudinẽ nõ habere quatuor millia paſſuũ *in directum*,quemadmodũ habet ille mõs Caſius ſupra Seleuciã, qui quam ſublimis ſit,colligitur ex eo,quod narrat Plinius.*Illius excelſa altitudo quarta vigilia orientem per tenebras Solem aſpicit, breui circumactu corporis, diem, noctemq; pariter oſtendens*, alia ratio eſt huius Campani montis, cuius quidem accliuis aſcenſus a radicibus ad cacumen continet quatuor millia paſſuum;at verò ad perpendiculum altitudo eius iugi, quod celſius eſt, prout reſpondet æquori, non amplius continet,quã mille, centũ,ac nouẽ vulgares paſſus,qui sunt geometrici mille, ducenti, quinquaginta, & vnus. Ceterũ ſi de illo ipſo Caſio monte, qui eſt in Arabia, loquamur,non eſt omninò certum,illum eundẽ eſſe,ac Sinai. nam Adrichomius diligẽs ſcriptor diuerſum illum facit a Sinai monte; atque ille quidem inſignis dicitur Pompei deuicti tumulo,hic inuictæ virginis Catharinæ.quẽ ſic graphicè deſcribit. *Sinai mons eſt rotũdus,omniũ in ea regione celſiſſimus,& aſcenſu difficillimus. continet in altitudine graduũ ſeptem millia,demptis locis,in quibus rectis paſſibus aſcenditur, & non per gradus.* eſt tñ ille mons Arabiæ huic Campaniæ, figura,vt in topographia apud ipſum Adrichomiũ vedere licet,nõ omnino diſsimilis; quippe & ille biceps eſt: habens duo iuga, medijs deſidentibus. ꝙ altius eſt, Sinai appellatur; quod depreſsius, Oreb, ſiue Choreb. deducit ẽt, vt hic noſter,

An mons Veſuuius ſit eiuſdem altitudinis, ac mons Sinai.

Vide Tabulam Abrah. Ortelij.

noster,radices ferè in orbem.deniq; ille conflagrare visus est olim adscititio igne,hic innato. Effecit, vt ad hæc digrederer, nomen ipsum huius montis, vulgò Summani, quo Blondus propter celsitudinem appellatum dicit.

Nunc,vt ad id,quod instituеram,redeā. Vesuuium multò ante Christum natum arsisse,admonet ipsa montis nomenclatura. nā, vti dixi, probabile est primū nomen, quod sortitus est apud Hebræos, ac posteros Noe fuisse *Palès*, quod est *absconditus ignis*, aut *Palàs*, quod est *conspersio, vel inuolutio cineris*, vnde sit hæc Regio dicta *Palesana*. Alterum deinde nomen fuit apud Græcos *Phlegra* idest ardens, vnde huius regionis Campi dicti sunt *Phlegrai*;q̃quam in Thessalia quoq; Phlegraei Campi fuere. Tertium nomen fuit apud Latinos priscos *Vesuuius* quasi fauillaceus; quod nomen postea contractum est in Vesuium, siue Besbium: Igitur,qui neque nomina huius montis animaduerterunt, neque scriptores, qui ante Christum natum de incendijs Vesuuij locuti sunt, legerunt (nisi eos fortè contempserint, quod minus crediderim)negarunt,hunc montē ante Titum aliquando arsisse. nituntur aūt ea in primis coniectura;quod Plinius sedulus in historia, eius incendiorum non meminerit. nec placet illa ratio de titulo. qui est *de locis semper ardentibus*, cum Vesuuius rarò ardeat. nam hoc ipsum non erat omittendum. ego potius dixerim, Plinium semper in animo habuisse, adire hunc locum,antequam in historiam rem insereret; oblata deinde occasione accessisse, vt diligentius contemplaretur, sed extinctum, antequam de flamma scriberet.hoc ipsum nunnulli viri docti sentiunt,neq; verò adduci possum, vt credam, aut oblitum huius montis, qui penè ante oculos erat in Italia, cum de transmarinis ēt montibus accuratè loquatur; aut ab eo neq; Diodorum in primis, neq; Vitruuium, neq; Strabonem nobilissimos scriptores lectitatos fuisse;Obijciūt alij Cornelium Tacitum, qui ait Tiberiū eius regionis prospectu Capreis delectatū,*antequam Vesuuius faciem verteret;* quasi verò non hic mōs subinde faciem vertat,ac suo postea è rogo quodāmodo reuiuiscat, ex ipso cinere viriditatem eliciens herbescentē; quapropter rectè a Sabellico dictum puto.*extiterunt in eo veteris incenay vestigia multa, & indubitata.*

Cur Plinius non meminerit incendiorum Vesuuij.

Cum igitur indubitatum sit ante Christum aliàs conflagrasse Vesuuium, imò vero anta Herculis tempora; cum dicat Diodorus,Herculem venisse in Phlegraeos campos,qui a Vesuuio ardere solito nomen illud iam acceperant; facilè mihi persuaserit author ille,qui Berosum se dicit,Abrahami tempore Incendiū,contigisse,

Primum incendium, q̃ legitur probabile Vesuuij anno mūdi 1197. Pseudo Berosus.T.Annius

tigisse, præsertim cum eo tempore Chaldæi diuinos honores igni tribuerent, in quem Abrahamũ ipsum, qui rem detestatus fuerat, iniecerant, q̃quã diuinitùs est ereptus. veroq; simillimũ est, Deũ tunc maximè varijs in locis incendia excitare naturalibus quidẽ caussis voluisse, in primis in hoc mõte, qui cinere circumquaque diffuso, qui tetra fuligine, qui fragore, orbi terræ se nobilem facit, vt ceteræ gẽtes, quæ in Chaldæorum, qui sapientia præstantes habebantur, sententiã facilè ituri erant, intelligerent, minimè deberi diuinos honores Igni, cuius tot incõmoda, atq; exitia, certè initiò, mortales experirentur, neq; immortali Deo æquandũ pallidi cineris largitorem. Ceterùm non quia hic scriptor non est ille Berosus, cui Athenienses statuam cum aurea lingua dicarunt, iccirco mendaci lingua dicendus est. Quid .n. eũ impellere potuit ad hoc palmare mendaciũ? qui in montem venit huius maximè cõmenti? cur non de Ætna potius id finxit incendijs clara? quid? an non multa ẽt circumferuntur Aristotelis, Augustini, & aliorũ Sapientum nomine scripta, quæ q̃quam admodum suspecta sunt de auctore; nõ tamẽ ea, quæ dicuntur, omninò reijciuntur. adde à viris ẽt nonnullis doctis libellum hunc, qui Berosi nomine circũfertur, adhiberi testem vetustissimi huius incendij. verba eius scriptoris lib. 6. cũ de vlt. anno Aralij septimi, siue vt alij volunt, sexti regis Assyriorum loquitur, illa sunt: *Eo tempore arsit Italia tribus in locis, circa Istros, Cymaeos, & Vesuuios*, Cymæos pro Cumæis dictos non mirabitur, qui Græcis est imbutus, regnauit verò Aralius hic annos 40. trigesimo igitur nono accidit hoc incendium, hoc est a Mundo condito 2197. a diluuio verò 541. ante Christũ 1787. Iam hic annus, vel sequens incidit in Rebeccæ conceptũ, ex qua Iacob ortus in spem tanti generis, vnde oriretur Deus homo. nè quis putet, Vesuuium semper exitia orbi terrarum incendijs minari. eodẽ igitur ferè tempore Vesuuius, quo Rebecca parturijt. vni filij collidebantur in vtero excandescentes, alterius intra viscera spiritus luctabantur incandescentes. porrò Neapolim ædificatam aiunt anno a Mundo condito 4035. ante Christũ 1167. multò igitur ante mugire Vesuuius cœpit, q̃ Siren canere.

An verisimile sit Vesuuium cõflagrasse sub Abrahamo.

Leander Baccius.

Salianus.

Alterũ Incẽdium extitisse Herculis tempore quidã sibi persuadent, ex eo, q̆ Diodorus dicat, Herculem venisse in Phlegræos campos idest ardentes, qui id a Vesuuio nomen acceperant, dicebatur .n. Phlegra, idest ardens. cum tñ Diodorus non dicat, eo tempore Vesuuium exarsisse, cum Hercules accessit, quod potius eum absterruisset ab ædificandis apud eum oppidis Herculano & Pompeis, ac totam illam, quam ducebat tanq̃ in Capitolium festã

Secundum Incendium Vesuuij cõditis iam Pompeijs.

boum

boum pompam vertisset in omen funeris, cum recenti cinere Regio tota squaleret. Quòd aũt post Herculis tẽpora, vel certè conditis iam Pompeis incendium aliquod extiterit ante Christum, apertissimè colligitur ex Tertulliani verbis, qui in Apologetico hoc argumento aduersariorum Religionis calumniam infringit, qui calamitates ob hanc susceptã immitti aiebant; atqui oppressum est, inquit, incẽdio Vesuuij, atq; obrutũ oppidũ Pompeianũ ante Christum natum, non igitur hic fons exitiorum. si de Titi incendio locutus esset, plũbeo, vt dicitur, pugione fodisset aduersarios; nulla vis esset argumenti. verba Tertulliani sunt illa. *Oro vos, ante aduentum Christi quanta clades orbẽ, vt vrbem ceciderit* & paullò post, *sed neq; Tuscia, neq; Campania de Christianis querebatur, cũ Volsinios de Cœlo, Pompeios de suo monte pfudit ignis.* est verò hic scriptor, vt ex eius operibus apparet, antiquitatis peritissimus. neq; verò hoc ei excidisse dicẽdũ est è memoria, sed liber, in quo hæc legerat; eodem v3. fato, quo exciderunt alij multi.

Tertullianus.

An sub Nerone Vesuuius exarserit.

Boccacij lapsus.

* Post Christum natum sub Nerone Cæsare Vesuuium flammas euomuisse refert Boccacius in tractatione de montibus; atq; ità singillatim omnia cõmemorat, quasi ipse ea tempestate vixisset, & cuncta vidisset; eius verba sunt illa. *Vesuuius Campaniæ mons est; ex hoc maximo cum incolarum pauore, Nerone Cæsare imperante, repente tam grandis erupit circa verticẽ fumus, vt omnis breui tractu temporis ab eo tegeretur Regio; nec euanuit ille, quin immò per dies plures adeò condensus permansit, vt sublatis omnino Solaribus radijs noctem faceret pluribus diebus continuam. tandem cum adiacentia omnia, & ipsum mare, quod in conspectu sub radicibus est, complesset cineribus, cessans flammam ingentem è culmine multis euaporantem vidisse permisit, quæ multis postea seculis exustos euomens lapides perdurauit.* sed vnde hoc accepit Boccacius sub Nerone incendium? res vetus, nouus Auctor, sine teste antiquitatis; quì adducar, vt credam? aut igitur pro Tito occurrit Nero, fax illa Vrbis & Orbis terrarum, aut terræmotum, qui sub Nerone fuit anno Christi ferè LXV. putauit fuisse coniunctũ cum incendio, quod tñ omnino siletur a Seneca, qui tum viuebat; atq; is ad singula quæq; incommoda descendit, & ad Lucilium scribit, quem Pompeianum fuisse legimus, quò diligentius eius Patriæ incõmoda referre omnia debuisset, agros incensos, vim cinerum & similia. nihil horum, sed tantùm, hæc ait; *Nonis Feb. Regulo & Virginio Coss Pompeios vrbem Campaniæ celebrem desedisse accepimus. Herculani Oppidi pars ruit, dubiaq; sunt etiã quæ relicta sunt; Neapolis quoq; priuatim multa, publicè nihil amisit. adijciunt his*

Terręmotus in regione Vesuuij sub Nerone.

bis sexaginta Ouium gregem exanimatum, & diuisas statuas. motæ post hoc mentis aliquot, atq; impotes sui errasse. hæc Seneca, nullo prorsus verbo facto de flāmma. sed nimirum Boccacio in fabulis apprimè versato facile fuit & hāc fabulā dare. q̃quā si lȝ conijcere, ꝙ quibusdam placet, non inficior illum terræmotum præludiū quoddam fuisse, ac viam fecisse incendio paullo post secuto, concussis, laxatisq; meatibus montis. terræmotum quoquè sub Nerone extitisse legimus Neapoli, cum ipse citharędi habitu caneret in theatro, tanq̃ cum Parthenope Sirene certaret, quæ turpe illud monstrum, cum se concussit, quodammodo a se excussit. *Maiolus.*

Incendium igitur Vesuuij primum post Christum contigit anno octogesimo primo, Kal. Nou. hora ferè septima; malè in quibusdam typis legitur. 10. Kal. Septemb. imperabat tum Titus anno Imperij primo, etsi Cedrenus tertiū dicat, Nicephorus Vespasianum vocat, non ꝙ pater vnà cū filio tunc imperaret, nā obierat iam ante quatuor fere menses, hoc est viij. Kalend. Iulij. sed quia Titus ipse paterno nomine appellatus est quoq; Vespasianus. Eusebius hìc reprehendi solet, ꝙ hoc incendium sub Traiano cōstituat; sed qui attente legerit, inueniet sub Tito; q̃uis paullò post, lapsus, opinor, memoria, Plinij mortem ex hoc incendio constituat sub Traiano: ꝙ Platinam postea fefellit. alij dixerunt, contigisse sub Nerua, quorum opinio prorsus eneruis est. Iam hoc incendiū, vt ait Plutarchus Sibylla præcinuit, cum nominat *vaticinium de monte Vesuio, ac Dicaarchaa conflagratione:* quę verba de vtriusq; vaticinio incendij pręferunt facem, vt intelligamus illa alia eiusdē scriptoris, ad Vesuuiū quoq;, nō ad Dicæarchęam tātū pertinere. *Hac verò, qua recens apud Cumas, & Dicaarchaam acciderunt; nonne pridem Sibyllinis decantata carminibus tēpus veluti debens persoluit? eruptionem, inquam, montani ignis, feruorem maris, saxorum, & massarum flagrantium venti vi eiectionem; tot tantarumq; simul vrbium interitum, &c.* Iam hoc incendium sicut duos in primis extinxit doctrina clarissimos C. Pliniū, & Cæsium Bassum, ità excitauit postea multos ad scribendū. rem repetam a iuniore Plinio, qui adfuit; & a Dione, qui rem pluribus enarrauit, distinctè agam, vt singula tanti incendij incommoda magis appareant. Illa de terræmotu sunt, ac primò quidem, vt Plinius scribit, *Breuis praceßerat per multos dies tremor terra, minus formidolosus, quia in Campania solitus; illa verò nocte sic inualuit, vt non moueri omnia, sed verti crederentur.* Dio verò sic, *Repentè ita graues terramotus facti, vt omnis ea planities feruida esset, & culmina montium subsiderent,* his addit Plinius *Vehicula quāquā in*

Tertium incēdiū anno 81. post Xp̄ū natum.

Baronius.

Eusebij Platinæ, & aliorum lapsus.

Plutarchus.

Plin. in epist.

planissimo campo in contrarias partes agebantur. illud ad fragorem pertinet, quod scribit Dio. *Ad hoc sonitus tùm subterranei tãquam tonitrua. tùm super terram mugitibus similes extiterunt,* nec tñ ait quò fragor peruaserit. De nube, & caligine sic idem. *Deinde magna copia ignis, fumiq; ita, vt omnem aërem obscuraret, occultaretq; Solem, non aliter ac si defecisset.* Nubis autem forma ex Plinio huiusmodi primò fuit. *Nubis similitudinem, & formam nõ alia magis arbor, quam pinus expresserit; candida interdum, interdũ sordida, & maculosa;* postea verò. *Nubes atra, & sordida ignei spiritus; porrectis, vibratisq; discursibus in longas flammarum figuras dehiscebat.* Ignium copiam sic explicat. *Pluribus in locis è monte latissima flammæ, altaq; incendia relucebant.* nuper quoq; eadem species nobis oblata, adeò vt nonnulli putarent e multis crateribus eos ignes profundi. At lapidatio sic describitur a Dione. *tum exilire immensi lapides, & ad summos vertices peruenire.* de cinere idem hæc habet. *Tanta erat copia cineris, vt ipsum mare compleret.* & mox. *tantus fuit cinis, vt inde peruenerit in Africam, atq; Syriam, introierítq; Romam, eiusq; aërem compleuerit, & Solem obscurauerit. id Romæ accidit paucis post diebus;* præterea de mari sic Dio. *Mare simul fremere.* addit Plinius maius quiddam *Mare in se resorberi, & tremore terræ quasi repelli videbatur.* Illa verò spectra ad terrorem pertinent, quæ memorat Dio. *Putarunt nonnulli, Gigantes inter se seditionem facere quòd multa imagines eorũ in fumo conspicerentur, quòdq; clamor tubarũ audiretur.* quantus aũt fuerit metus hinc patet: *existimabant aut Mundum in Chaos redigi, aut igni consumi.* eiusdem est illud. *putare cœperũt omnia sursum, deorsum ferri, Solemq; in terram cadere, & terrã in Cœlum conscendere.* Plinius sic; *Aeternã illã noctem, ac nouissimã Mundo interpretabantur.* his addit, auctum metum ẽt fictis; *Nec defuerunt qui fictis, mentitisq; terroribus vera pericula augerent; aderant qui Miseni illud, rursum illud ardere falsò, sed credentibus nunciabant.* Quid in tanto metu consilij ceperint, sic idẽ indicat. *multi manus ad Deos tollere, plures nusquã Deos interpretabantur:* omnes tamen impij, illi qui falsos orarent Deos, hi qui nullum numen crederent. Iam de vastatis agris, & de strage animantium sic Dio. *Ea res multa mala importauit non solùm hominibus, prædijs, & pecoribus; sed ẽt pisces, volucresq; omnes peremit.* Tum de hominum strage, & vrbium excidio; *Duasq; integras vrbes, Herculanum, & Pompeios, Populo sedente in theatro, penitùs obruit,* huc pertinet mors Plinij a Iuniore descripta, præter Cesium Bassum Philosophum, ac Poetã (magister is fuit Persei Satyrici,

Volaterranus.

tyrici, qui, & vnà cum villa conflagrauit. Deniq; consecuta mala describit Dio. *Hic cinis postea Populo Romano morbum pestilentem, & grauem immisit*, & mox, *sequenti anno multa Romæ conflagrauerunt, quod incendium ex terra extitit; in primis ceciderūt Neptuni, Isidis, Serapidis, Iouis ædes, Balneum Agrippæ, Pātheon, diribitorium, theatrum Balbi, scena Pompei, Octauiani ædificia vna cum libris.* hoc incendium Romæ diuinitus extitisse ait Xifilinus, quandiu verò durauerit, ne Plinius quidem, qui adfuit, meminit; tm̄ dicit tertio die Aui cadauer elatum, nec tñ inde colligi potest, tū omnino deferbuisse, nam ēt nunc ante triduum missi sunt qui cadauera efferrēt. Titus orbis terræ delitię huc accessit, tributo laxato Cāpaniæ. hoc idē imitatus, qui regno nūc pręest, Emmanuel.

Post illud incendium sub Tito singulis ferè annis, ob materiæ copiam non omnino absumptam, arsisse Vesuuium, refert Dio illis verbis. *Cinerem nonnūquam proijcit, emittitq; saxa, tum resonat, mugitq; cum igitur Vesuuius eiusmodi sit, hæc in eo quotannis fieri solēt.* loquitur de tempore quòd consecutū est, non quod præcessit incendiū; q̄quam nullo modo hæc comparanda esse ait cū incendio, quod sub Tito fuit.

Annua ferè Incendia subsecuta, sed minora. *Dio. Philippus Cluuerius.*

Sub Seuero Imperatore conflagrasse Vesuuium narrat idē Dio. Lyncosthenes annum censet post Christum natum ducentesimum tertium, alij huic superiorem, aut posteriorem. præcesserat aliquot ante annis Cometes, de quo sic Dio, *Cometes per multos dies visus; fuitq; opinio, eum magnum malum portēdere.* Ac primò quidē eius incēdij magnitudinē sic describit. *Per eos dies resplenduit in mōte Vesuuio Ignis maximus.* vox item Græca, ἐξέλαμψε significat, hoc incendium lucis habuisse plurimum, flammæq; micantis, atq; vibrantis potius, quam obscurę fuliginis. Deinde de fragore sic: *tantiq; mugitus extiterunt, vt Capuam vsq; audirentur, in qua ciuitate ego quoties moror in Italia, habitare soleo.* Tertiò indicat omen incendij, & præsensionem sinistri euentus. *videbatur ex ijs, quæ in Vesuuio acciderunt, quandam rerum commutationem fore, quæ in Plautiano postea est facta.* florebat hic gratia: metuebant quoq; eū magis, quā ipsū Prīcipē, sed tñ ab huius genero est interfectus. Atq; hoc esse illud incendium, quidam arbitrantur, de quo Galenus meminit, qui floruit etiam sub hoc Seuero 3. met. C. 2. *Vesuuius mons obijcitur multumque cineris ab eo ad mare vsque peruenit, reliquiæ videlicet materiæ, tum quæ in eo combusta est, tū quæ nunc ēt vritur*; mendum est in quibusdam codicibus, *Lesbius*, vt aduertit Cælius Rhodig. his verbis indicat Dio, tū vim incēdij, ꝙ ad mare vsq; decurrerit, tum copiā materiæ, quæ adhuc arderet.

Quartum Incendium anno ferè 203.

Non omittam vnum hic, quòd pertinet ad statum huius Vrbis. videtur hæc Seuero alioquin hoste veræ religionis acerrimo, vsa miti, ac placido, quippe extat marmor cum epigraphe, q̃ excitarunt Neapolitani Seuero ipsi,& Antonino filio, q̃ ẽ huiusmodi.

Apud Summontium. *Imp. Cæs. L. Septimij Seueri Pij, Pertinacis Augusti, Arabici, Adiabenici, Parthici, M. Tribunitiæ Potestati vij. Imp. xi. Cos. ii. & Imp. Cæs. M. Aurelij Antonini Aug. Trib. Pot. Domino indulgentissimo Ordo. P. Q. Neapol. D. D.*

An Vesuuius conflagrauerit sub Diocletiano. Sub Diocletiano ét Vesuuium conflagrasse anno trecentesimo quinto Maiolus refert, quod incendium Ianuarij sanguine dicit extinctum; nec vidit, obiecta fortasse ipsius Incendij fuligine, eo anno cędem Ianuarij fuisse, non prodigium sanguinis. Fuit quidẽ tùm eius sanguis liber à flamma, liberator non item. Acta Ianuarij. interfectus n. est ille xiij. Kal. Octobr. allatum est deinde post septem menses Neapolim eius corpus, deinde sanguis. nullo igitur modo eo anno prodigium præsentis sanguinis esse potuit; præsertim cũ nullus citetur antiqtatis testis. suspicor Maiolũ, cõfudisse Vesuuianũ *Simon Port.* incendium cũ Cumano, quod sub Diocletiano fuisse accepimus.

Quintum Incendium anno 472. Conflagrasse Vesuuium refert Baronius anno quadringentesimo septuagesimo primo; citatq; Marcellinum Comitẽ Indictione ix. Leone, & Probriano Coss. cum tñ, vt videre licet apud Panuuinum, & alios, Marcellinus dicat, id accidisse. indictione x. Marciano,& Festo Coss. quamobrem dicendum potiùs; id primò contigisse anno quadringentesimo septuagesimo secundo, quem ipsum annum Sigonius huic Incendio tribuit. Primò igitur loco Marcellinus describit magnitudinem Incendij sic. *Indictione x. Marciano, & Festo Coss. Vesuuius Campaniæ mons torridus intestinis ignibus æstuans exusta euomuit viscera.* deinde horrendam caliginem sic. *Nocturnisq; in die tenebris.* tertiò eruptionem immensi cineris longè, lateq; diffusi; *Totam Europæ faciem minuto contexit puluere.* quartò vota pro salute facta. *Huius metuendæ memoriam cineris Bizantij annuam celebrant viij. Kal. Nouembr.* visum est hoc incredibile Bodino, vt Bizantium vsq; peruenire cinis; at fidem habere debuit historico veteri Marcellino, item Procopio, qui ait. *Ferunt, cum Bizantiũ semel cinis hic recidisse sic loci eius homines terruisse, vt ex eo tempore ad nostram ætatem annuis Deum supplicationibus placent.* Refert idem Sigonius, additq; Leonem Imperatorem exterritum ad S. Mamantem confugisse. An hoc Incendium sit extinctum à S. Ianuario. Quidam hoc anno incendium Vesuuij S. Ianuarij sanguine extinctum putant; negant alij, id hoc anno accidisse, & rectè; nam mihi persuadere possum, hoc tantum beneficium, q̃ tanquã singulare,

lare, atq; admirandum prædicatur, pertinere ad hoc tempus, cum paullo post iterum, atq; iterum Vesuuius conflagrarit; quis enim non videt, multum detrahi de beneficij magnitudine, si statim annis sequentibus eadē calamitas sæuijt? qua de re mox plura dicam.

Iterum arsisse Vesuuium anno quadringentesimo septuagesimo tertio narrat Procopius; ac miram cineris eruptionem declarat his verbis. *In Tripolimq; item Libya altero, & subsequenti anno illapsum affirmant*, non vnum dicendum est incendium, quod vt triplex narratur, interiecto anno inter singula. Sextum Incendium anno 473.

Ex citatis Procopij verbis, qui ter intra triennium contigisse incendium dicit, apertè colligimus, conflagrasse Vesuuium etiam anno quadringentesimo septuagesimo quarto, & in eundem locū regestum cinerem, hoc est in Tripolim Libyæ. Libet autem hìc referre Procopij verba, quæ modum, quo hæc Incendia Vesuuij fiūt, graphicè describunt. *In Montis cacumine medio hiatus profundior patet, ita vt coniectari possit, in penitissima terra hunc penetrare, ignemque ex infima parte existere quivis poterit conspicari, qui in eius voraginis supernum os procumbere ausit. vnde, & flamma insemet sota altius excitatur, nulli tamen, qui in ea regione sunt, hominum, negotium exhibet. verùtamen vbi sonitum mugienti similem Mons ediderit, non longè post cineris vim quandam ingentem emittit; et si quē fortè eā iter habentē emissus cinis deprehenderit, nulla huic erit vitæ spes reliqua; quòd si in domicilia is forte sublatus cinis inciderit, & hæc quidem nimio degrauata onere collabuntur. porrò si validior ingruerit ventus, sublimē adeò cinerem agit, vt spectari non amplius queat; & eò defertur, quò procliuior ventus abstulerit, in longinquā plerumq; delatus regionē illabitur*, hæc tria de mugitu Vesuuij, de collapsis cineris onere tectis, deq; eo lōgè proiecto, in hoc vltimo incendio prſus ità acciderunt; hoc ipsum idem Procopius libro tertio, agens de Vesuuio, sic explicat. *is plerumq; mugienti sonitum non absimilem reddit, qui cum fermè fit, ingens vis cinerum subsequitur statim, & feruentium eructatio; ac tum præcisos ab imis penetrabilibus lapides, exustosq; flāma sublimes, ac varios violentior spiritus agit, ad summumq; propellit fastigium, expulsosq; inde dispergit, ac temerè ex ipso præterea montis culmine in Aetna more fluidus ignis descendens, magna diluuie ad radices vsq; protenditur, fluentiq; aquæ similis, qua parte defertur, vniuersa absumit*. hæc ēt de eructatione lapidum, & de igneo veluti fluuio cineris, omnia deuastante nuper contigerunt. Septimum Incendium anno 474.

Contigit ēt incēdium anno 512. sub Theodorico Italiæ Rege, qui regnauit ab anno ferè 493. vsq; ad 526. in hunc aūt annū incidisse Octauum Incendium anno 512.

Cassiodorus. cidisse censet Sigonius lib. 16. Occid. Imp. At quæ de illo eleganter Cassiodorus narrat, in partes diuidam; scribit verò nomine Theodorici Regis ad Faustum Præpositum, ac mandat, vti Campanis tributa remittat ob acceptam ingentem calamitatem, quo vno malo ideo hæc prouincia laboret, *ne perfecta beatitudine fruatur.* primò igitur indicat, quæ præcurrunt incendio. *Præmittit signa grauia; tantis .n. molibus natura rixante montis illius hiatus immurmurat, vt excitatus quidam spiritus grandi sono fremitu vicina terrificet.* secundò agit de tenebris. *Fuscatur aër loci illius exhalatione teterrima.* nota tantùm vicina loca fremitu exterrita, & caligine fuscata, cum nuper fragor peruaserit Dalmatiam. tùm agit de cineris eruptione; *Per totam penè Italiã cognoscitur, quando illa indignatio incitetur. volat per mare magnũ cinis decoctus, & terrenis nubibus excitatis transmarinas quoque prouincias puluereis guttis compluit, & quid Campania pati possit, agnoscitur, quando malum eius in orbis alia parte sentitur. videas illic, quosdam quasi fluuios ire puluereos,* non liquescentiũ metallorum riuos cõmemorat, vt fieri solitum narrant in Ætnæ incendijs. negauimus .n. subesse Vesuuio perfecta metalla. videtur aũt Cassiodorus exprimere id, quod nunc accidit, quemadmodum in eo, quod subdit. *vicinis quosdam moles eructat, & tot sæculis mons habetur, qui erogationibus tantis expenditur; quis credat tam ingentes glebas vsq; in plana deductas de tot profundis hiatibus ebullijsse, & spiritu quodam efflante montis ore consputas, quasi leues paleas fuisse proiectas? alia cacumina magna terrarum localiter videntur ardere, huius incendia penè Mundo datũ est posse cognoscere.* altius ceteris locis ardentibus Vesuuius exturbat cinerẽ, & maiore cum impetu; quia non nisi infinita penè materia collecta erũctat incendium, cui os illud quantũuis immane angustum est. adde vim nitri magnam, exagitantis incendium; quamobrem ẽt fragor illius tàm longè auditur. tùm incõmoda recenset Incendij. *Stupeas subitò vsq; ad arborum cacumina dorsa intumuisse camporum, & luctuoso subitò calore vastata, quæ latissima fuerant viriditate depicta.* post hæc cõmoda in posterum ex cinere consequuta ostendit. *Vomit fornax illa perpetua puniceas quidem, sed fertiles arenas; quæ licet diuturna fuerint adustione siccatæ, in varios fœtus suscepta germina mox producunt, & magna quadam celeritate reparant, quæ paullo ante vastauerant;* quamquam hac in re illud Procopius admonet, *Aiunt, si ea rursus eructatio cinerum fiat, necessarium fore omnino, illius Regionis loca vt omnium frugum iacturam subeant,* quod nunc accidit in agris multis, qui arena plurima,

Vesuuius fornax perpetua.

rima, & cinere infinito sepulti sunt. quod verò vterq; scriptor ait præmitti signa cladis, satis ostendit fructum Historiæ; neq; enim nunc defuit tempus Oppidanis consulendi sibi, & rebus suis, mugitu antecedente cladem, immo etiam terræmotu. porrò hoc tempore Campania, atq; hæc maximè Vrbs à Theodorico quàm non modò humaniter, sed et honorificè tractata fuerit, cognosci potest ex eius litteris apud Cassiodorum lib. 2. & lib. 6.

* Mugitus tantùm Vesuuij auditus est anno quingentesimo trigesimo octauo. non erupit flamma, quòd tanta vis spirituũ nõ subesset, quæ ingentes montis obices posset effringere, nec tanta ignis materies: ceterùm non est dubitandum quin esset spiritus intus accentus; habere.n. diximus Vesuuium [illegible] altè defossum; & intus plus minusue semper ardere. Procopij verba illa sunt. *Procopius, vbi primùm in Campaniam venit, non minus militum quadringentis contraxit, frumentiq; maximã vim nauibus recens impositi præparatum habebat. Per id tempus Vesuuius mons emugierat quidem, sed haud dum cineres eructarat, tametsi ex eius mugitu eructaturus iam credebatur, quamobrem proximos accolas formidine ingenti affecerat.* contracto milite Vesuuius mugitu quasi classicum canere visus. Baronius hoc refert ad annum huic superiorem, cum Neapolis est à Belisario capta.

Mugitus Vesuuij sine incendio anno 538.

Procopius Tarcagnota. Georg. Agric. S Thomas, & alij.

* Iam præter mugitum hoc anno editum, præcesserat alter, quem miror ab alijs non animaduersum. apertè hoc colligitur ex verbis ipsius Procopij in eodem loco. *Ferunt, & ante centesimum annum eodem in monte mugitum factum, & hunc alterum paullo post subsecutum.* sed facessunt negotium illa verba, *paullo post*, cum dicat, *ante centesimum annum*. intelligendum igitur est, non eum loqui de interiecto spatio centum annorum inter vtrumq; mugitum, sed de tempore, quo hæc Procopius scribebat, cùm iam nõnulli exacti essent anni a mugitu, quem Vesuuius ediderat, ipso militem contrahente, quem mugitum dicit alterum præcessisse. minus tunc spatij intercedebat, quã centũ annorũ. sed hoc ipsum spatiũ nõ paucos cõtinebat annos, breue tñ dicitur cõsiderata Vesuuij natura, qui diu morã interponere solet, cũ exardescit in iras, aut in flãmã. certus autẽ annus superioris illius alterius mugitus definiri nõ põt, cũ ignoretur, quo anno hæc scriberet Procopius.

Mugitus alter Vesuuij ante supradictum.

De Incendio anni sexcentesimi octogesimi quinti imperante Constantino IIII. non V. vt quidam parum eruditè dicunt, meminere Sabellicus, Sigonius, & alij; in primis Paulus Diaconus hæc habet. *Hac tẽpestate stella noctu iuxta Vergilias, Cœlo sereno, inter Domini natalẽ, & Theophaniam, apparuit omnimodo inũbrata,*

Nonum Incendium anno 685.

ta, veluti cum Luna sub Sole est constituta. postbac mense Februario meridie stella ab occasu exiit, quæ cũ magno fulgore in partes Orientis declinauit. De hinc mense Martio Vesubius eructauit incendiũ per dies aliquot, & omnia virentia circumquaq; præ puluere, & cinere illius exterminata fuere. q̃quam ꝙ narrat de Cometa, qui circa Christi natalia fulserit, Platina non facilè admittit. negat.n. natura fieri posse, vt per illud tempus iuxta Vergilias appareret, *quæ æquinoctio verno oriuntur, cum Sol Arietis signũ ingreditur: quod fieri consueuit ix. Kal. Aprilis, occidereq; incipiunt æquinoctio autumnali*, non desunt tñ ex Mathematicis, qui hanc Platinæ censurã subijciant suæ, quemadmodũ & illud, ꝙ subijcit, reprehenditur ab eruditis, cum ait, in alio Vesuuij incendio Pliniũ perijsse, q. classi præerat *iussu Traiani*, at impabat tũ, vti diximus, Titus. Neapolim participem fuisse incommodorũ ex hoc incẽdio, refert Tarcagnota. atq; ego hoc esse illud Incendium existimo, ꝙ primũ à S. Ianuario restinctum in eius actis legimus: sentit hoc idem inter ceteros Paulus Regius, qui eius vitam diligenter scripsit, quiq; à Baronio ipso in Martyrologio testis citatur; & sanè, vti dicebam, non ita magnum beneficiũ existimatum esset, si id accidisset anno quadringentesimo septuagesimo secundo; propterea quod duobus annis subsequentibus iterum, atque iterum excitatum est Incendium tanto cum impetu, vt cinis Libyam peruaserit. Supplicationes, quidem annuæ a Bizantinis fuerunt indictæ, at neq; Procopius, neq; Marcellinus Ianuariũ nominãt. Immo verò Græci, vt videre licet in eorum Menologio, bis Sancti Ianuarij festum diem agunt hoc est, xiij. Kal. Octobr. cum sanguinem fudit, & iterum xj. Kal. Maij inclinante Aprili, non aliã, opinor, ob caussam, nisi quia, cum Martio excitatum esset Incendium, Aprili mense extinctũ est breui, quod indicat Sigonius his verbis. *Per dies aliquot*. atq; ita beneficij magnitudo magis apparet. hinc ille mos, atq; ritus, qui diu viguit, vt die, qui Palmarũ dicitur, & in Aprilẽ ferè incidit, donaria quædam Ianuario, publico Ciuitatis nomine, offerri solerent, nimirum ob Incendium eo die extinctũ; vt idem dies, & Duci triumphalis esset, & Militi. Neq; verò Baronius videtur hoc sibi velle, vt dicat, id accidisse in eo Incendio, ꝙ Marcellinus narrat, sed tantùm, vt magnitudinem beneficij ostendat, quanta soleat esse vis Incendij Vesuuiani, ex ijs, quæ non semel acciderunt, declarat his verbis. *Ne verò quis putet hanc esse hyperbolem, legat in primis, quæ de alia eruptione sub Tito Imperatore narrantur, & quæ scripsit Marcellinus Comes &c.* quòd si sensisset Baronius, illud miraculum accidisse in eo incendio, quod

Incendium Vesuuij hoc anno primũ extinctum à S. Ianuario.

Mar-

Marcellinus refert, profectò non sine censura prætermisisset sententiam Pauli Regij, quem ibi citat; cum hic neget, tunc id accidisse, sed anno sexcentesimo octogesimo quinto. Quanta autem fuerit eo anno Incendij magnitudo, & quantus huic Vrbi periculi metus iniectus, apparet ex actis Ianuarij, in quibus hæc leguntur, *Cùm Vesuuius vasto tremore concussus igneis exundaret globis, & circumquaq; fluctibus Vrbes calidis cineribus peruastaret; vix tandem Neapolis iuxta eiusdem Montis conflagrantis sita radices, precibus effusis cum lacrymis, vita opem meruit, tendens ad Cælum cum voce manus; sed super his etiam ruere Cælum videbatur, procumbebantq; in humum ardentem omni destituti solatio, cum rerum etiam Natura periret, ad solitum B. Ianuarij martyris intrauere cubiculum*; ita extinctum est immane illud incendium; quamobrē ab exteris quoq; nationibus ob prodigij magnitudinem, ædem Ianuarij celebratam idem Baronius refert; Dauid quoque Romeus, qui acta Ianuarij, & Zampulla, qui res Neapolitanas scripsit, Paulo Regio subscribunt; qui omnes hoc ferè tempus prodigio assignant; additq; Zampulla, Bizantinos ipsos huc aduentasse; neq; verò mirum videri debet, non semel cinerem Bizantium vsq; peruolasse, cū & in Tripolim Libyæ altero, & subsequenti anno perlatum narret Procopius, vt dictum est. horribile omnino fuit hoc incendium, vt propterea mirè beneficium effulserit in tanta caligine. siquidē *rerū Natura perire* videbatur; &, vt Romeus ait. *manabat hoc malū per totā Campaniā. ignis omnia consumebat; maior in dies fiebat; & in aquam coniectus non extinguebatur. mons lapides iaciebat. Neapolis ad xij. millia passuum contremiscebat, iā iamq; incendio arsura.*

Dauid Romeus. Zampulla in Hist. Neap.

Excitatum Incendium anno octingentesimo septuagesimonono quidam colligunt ex indice Heremperti Chronologi, apud quem leguntur hæc verba; *His diebus præsul Athanasius missus Apocrisarius ad Siciliam, Saracenis ad radices montis Besubij residentibus, Sulthaimum Regem exposcit, illisq; veniens præfecit: sed iusto Dei iudicio primò omnium super eum insurgens cœpit Neapolim grauiter affligere, & deuorare omnia exteriùs.* non modò barbarè, sed obscurè dicta Oedipum requirebant; hæsi primum, expendi verba. tandem incidi in ipsius Heremperti Historiam, ex qua epitoma collecta; scriptum ibi erat sic. *cœpit grauiter affligere, & deuorare animas exterius, & puellas.* statim apertè intellexi, non tam de Incendij, quam de furoris, vel fortasè de Cupidinis flamma esse sermonem; neque ad Vesuuium, sed ad Sulthaimum Regem pertinere, quæ dicebantur.

An Herempertus locūtus sit de incēdio Vesuuij anno 879 *Besubij sic legitur.*

An arserit Vesuuius anno 983.

Nonnulli incendium, quod ex Leone Ostiensi contigit anno millesimo quadragesimo nono, referunt ad annum nongentesimũ octogesimum tertium secuti Baronium; qui tamen hac in re variè sentire visus est; vt videbimus suo loco.

Decimum Incendium anno 993.

Incendium anni nongentesimi nonagesimi tertij refert Baronius ex Glabro Rodulpho, qui narrat, *admirandas flammarum eruptiones e Monte Vesuuio contigisse; multas praeterea Italiae, & Galliae Ciuitates deuastatas, ipsamq; Romanã Vrbẽ magna ex parte incensam: ũq; sanctissimi Petri delubrum corripuisset ignis supplicatione indicta, implorata ipsius ope, vti sua tueretur, nec sineret minus firmos à fide desciscere, statim euanuisse flammam.* atque hoc videtur fuisse illud incendium, quod Salerni Princeps Guaimarius vidisse fertur hoc anno, qui cum procul aspexisset piceas, atq; sulphureas è Vesuuio repentè flammas erumpere, existimauit, scelestum aliquem ex viris primarijs obijsse diem, cui funestus ille ac feralis rogus esset accensus: fuit hoc vulgo persuasum; atqui (ò caecas hominum mentes) dum noctu ipse vnà cum scorto concumberet, repentè infelicem animam exhalauit; cuius cadauer ab eodem scorto proiectum iacuit insepultum; at non caruit rogo illo immani, cui alios ipse deuonerat. De Guaimario nitor hac coniectura, quia cum nepos eiusdem nominis obierit anno ferè millesimo quinquagesimoprimo, auus eius dicitũ r interfuisse incendio Vesuuij.

Chron. Cassin.

An Vesuuius arserit anno 1024.

Arsisse Vesuuium anno etiam millesimo vicesimoquarto sub Benedicto eius nominis VIII. quidam ex aliorum sententia refert; quia tamen nullum scriptorem nominat, non facilè assentior; ac vereor, ne hoc confuderit cum ceteris incendijs eius saeculi; praesertim cum nihil peculiare referatur de hoc, vt distingui videatur ab alijs.

Vndecimũ Incendium anno 1036.

De Incendio, quod contigit anno millesimo trigesimosexto, fit Anonymus Cassinensis. *anno 1036. sexto Kal. Febr. Mõs Vesuuius eructauit Incendium, ita vt vsq; ad mare decurreret.* Nec plura. intelligi tamen potest accepta calamitas de agris incensis, & vastatis pagis, & oppidis, in quae incurrit.

Duodecimũ Incendium anno 1049.

Conflagrasse Vesuuium anno millesimo quadragesimonono colligitur ex Leone Ostiensi in Chronico Cassinensi. in eum igneum caminum conijci visi sunt Pandulphus Capuae princeps, & vt addit Petrus Damiani, Ioannes militum Dux: *Quo mortuo Mons Vesuuius in flammas erupit, tantaque sulphureae resinae congeries ex ipso Vesuuio ꝑtinus fluxit, vt torrentẽ faceret ac decurrẽs cum impetu in mare descenderit.* In anno huius Incendij constituẽdo

do Baronius multùm æstuat, testimonium afferẽs Petri Damiani; ac modò nongentesimum octogesimumtertium, modò millesimũ tricesimum octauum recenset, cũ tñ apud Leonem Ostiensem, quẽ sequi se velle dicit anno millesimo quadragesimonono Incendiũ contigisse legatur, quod libri margo indicat. Animaduertendum igitur est, plures fuisse Pandulphos; atque eum quidem, qui tempore Othonis II. Capuæ Princeps erat, fuisse cognomento Caput ferreum; sed facili ad pietatem animo, atque ad religionem propenso; quippe qui Romano hierarchæ Ioanni XII. ex Vrbe expulso p̃sto fuit; quo itẽ Principe sacræ ædes excitatæ sũt multæ. obijt is anno 980. vt ex Nili actis constat; quare cum Otho aduersus Saracenos expeditionem susceperit tribus post annis, negãdum planè videtur, visum illud horrendũ ad Pandulphum Caputferreum pertinere. Porrò præter hunc, alij eodem nomine fuerunt, vt Pãdulphus Theani Comes, & is qui de S. Agatha dictus est, & Pandulphus iunior, idest Pandulphi tertij filius. atq; hunc nonnulli in historia eorum temporum eruditi putant eum esse, quem Vesuuij caminus ardens exceperit. Alterum verò spectrum obiectum cuidam Pythagoræ puero, cum ille ob surreptũ aureum calicem ex æde sacra, in cœnoso lacu, nempe sordidus Princeps, à teterrimis Genijs, demergi visus est, ad parentem pertinet. quãquam Baronius ad vnum, eundemque refert. quasi sacri crateris ereptori crater igneus deberetur. reclamant tamen Capuæ tabulæ, ex quibus colligitur ad patrem, qui anno ante incendium Vesuuij obijt, pertinere aquam, ad filium flammam; ac paratum alteri cœnum, alteri fœnum. tomo x. tomo xi. Quis fuerit Pandulphus coniectus in Vesuuium. Vide Michaelem Mon. in SS. Capuæ.

Incendium anni tricesimi centesimi octaui Anonymus Cassinẽsis, refert his verbis, *Innocentius Papa facta synodo, Anacleti partẽ damnauit. obijt Raynulphus Dux. Mons Vesuuius per quadraginta dies eructauit incendium; Rogerius Rex venit in Apuliam, & cepit eam.* Hoc incendium distinctum omnino est ab eo, quod sequitur; quia hoc anno per quadraginta dies durasse dicitur, altero verò anno per octo tñ dies; etiã si Synodus facta pertineat potius ad annum sequentem. De eodem incendio sic Anonymus Cauensis loquens de Rogerij aduentu Salernum. *Post hæc Mons Vesubius magnum excitauit incendium, quod sequutus est puluis tanta densitudinis, vt totum aerem obtenebrarit, & totam hanc operuerit regionem, Principatum vsque, & Calabriam; & cœpit auctus;* sic lego, non vt quidam *actio*, vt opponatur voci sequenti, *decrescens*, quemadmodum & Plinius de quodam fonte loquutus est. *Auctu, diminutione crescit, decrescitq;.* post hanc vocem sequitur lacuna, Decimum tertium Incendium anno 1138.

quam sic puto explendam *XII. Kal. Iun.* deinde subdit, ***Et paullatim decrescens per XXX. dies, totidemq; noctes, sicut ventus eundē puluerem agitabat, terram operiebat. &c.*** Iterum post hæc interiacet lacuna fortasse, sic explenda, *Desijt.* sequitur, *Die Apostolorum Petri, & Pauli.* ita Cauensis concordabit cum Casinensi numero dierum; nam per 10. dies incendium fuit in augmento, per 30. reliquos in decremento. Quidam negant huius anni incendiū, quòd scriptor dicat, tunc Concilium celebratum de damnatione partis Anacleti, & obijsse Raynulphum, quæ ambo sequenti anno cōtigerint, quasi verò in his temporum consensionibus etiā viri docti non errent, vt alibi diximus. Ceterùm cur hoc incendium non dicatur distinctum à sequenti, cum huic quadraginta, alteri octo tantum dies assignentur? neque nunc primò vnum incendiū breui subsecutum est alterum, vt videre licet apud Procopium.

Decimum quartum Incendium anno 1139. De incendio anni millesimi centesimi trigesimi noni hæc habet Falco Beneuentanus. ***Hoc anno Kal. Iunij mons ille, qui prope Ciuitatem Neapolim est, ignem validum, & flammas visibiles proiecit per dies octo, ita, vt Ciuitates contiguæ, & Castra mortem expectarent; ex cuius Incendio puluis niger, & horribilis exiuit; & vsque Salernum & Capuam, & Neapolim puluis ille à facie venti peruolauit; ignis verò ille per dies octo visus est, de quo puluere Ciues multi Beneuentani, & ego huius operis descriptor collegimus***; semel atque iterum ait, octo dies durasse incendium, vt apertè constet, hoc distinctum esse à superiore, quod quadraginta ipsos dies durauit.

Decimum quintum Incendium probabile anno 1306. Non facilè negandum videtur, quod apud Leandrum Albertū legitur Incendium anni 1306. sub Benedicto IX. quod à multis error putatur, pro anno 1036. at quo argumento? primo quia, inquiunt, facilè possunt hæ numerorum notæ præpositæ, vel postpositæ peruerti. quid tum? iccirco nè erratum est, quia errari potest? certè Leander pluribus, & diuersis typis impressus est, & in omnibus idē recensetur annus, nec eū quisquā sapientum ante hoc Incendium censuræ subiecit. quid quòd Scotthus, qui etiam Pighiū testem adhibet, hunc eundem annum numerat? immo verò peculiare quiddam affert; indicat enim locum, ex quo ignis erupit, latus videlicet montis, cum ait; ***non solùm per craterem sibi viam aperit incendium, sed etiam per ima montis latera, sicut ante ducentos septuaginta sex annos Benedicto IX. Pontifice contigisse tradunt Itali annales, cum ingens flammarū scaturigo è latere montis erupit, atque ignis liquidi torrens in mare profluxit.*** quibus verbis significat, se hæc legisse apud alios annalium scriptores, non solùm

Scotthus in Itiner.

apud

apud Leandrum Cosmographum, qui non meminit loci, hoc est lateris montis, vnde ignis profluxit. Neq; verò alterum illud argumentum peruincit, quòd Benedictus XI. qui ab alijs dictus est IX. sub quo ponitur hoc incendium, biennio ante iam obijsset; nã in huiusmodi annorum consensionibus etiam viri docti quandoq; inter se dissentiunt, immò labi solent. quid enim tam certum, ac decantatum, quam primum post Christum incendium contigisse sub Tito? quod tamen nonnulli e Sapientibus, aut ad Neruam, aut ad Traianum retulerunt, & cùm ceteri Scriptores ferè omnes intelligant de primo anno Imperij Titi, Cedrenus tamen tertium nominat. eum igitur non modò Leander, sed alij scribant, hoc ẽt anno cõflagrasse Vesuuium, & locum ipsum noui crateris notent, cur id negabimus, adducti suspicione numeri, qui peruerti possit? adde contra morem Vesuuij esse, vt quingentos ipsos propè annos feriatus sit. Cæterùm quòd ait Scotthus, incendium non solũ per superiorem craterem, sed etiam per inferiora montis latera viam sibi quandoque aperire, in hoc vltimo experti sumus. quippè antequam erumperet ex antiqua voragine; effudit primò se per nouum hiatum illi lateri propiorem, quod vergit ad ea, quæ appellantur Atria; quamuis ob diffusam igneam materiam crateres viderentur multi. huius hiatus os patebat, vt postea quidam dimensi sunt, passus circiter viginti cum cauea oblonga potius, quã profunda. à dextero eius oris latere alter hiatus accedens ad figuram semicirculi, cuius ambitus septuaginta circiter passus complectebatur; dehiscebat verò in imum passibus circiter quadraginta. relicta sunt tantùm vestigia quædam facti, cinis, & exusti lapides. De hac incendij licentia euagantis per latera, quidam interpretantur illa Boethij verba, quibus Vesuuius dicitur, *ruptis vagus caminis.*

Eusebius Platina.

Quidam Vesuuium conflagrasse scribit etiam anno millesimo trecentesimo quadragesimo septimo; ac testem eius rei citat Petrarcham in epistola ad Ioannem Columnam; quod planè demiratus sum, cum nullam ibi faciat mentionem de Vesuuij flamma, sed de eluuione potius, de tempestate, ac procella. Habuit tñ illa calamitas, si componere velimus magna cum paruis, aliquid cõmune cum hoc incendio. nam primò dicitur, ***Repentè horribili fragore, non tantùm fenestra, sed murus ipse ab imis fundamentis impulsus tremuit.*** deinde quod etiam ad nos pertinet, ***Longius eã, si omnem illius inferna noctis horrorem verbis amplecti vellem, quamuis longè extra verum sistat fidem, tamen trascendit oratio, quis Cœli fragor, quis terrarum tremor, quis mugitus pelagi, quis ho-***

Tempesta à Petrarcha narrata non Incendium anno 1347.

hominum vlulatus. pelagi, non Vesuuij mugitum nominat: tùm pietas indicatur, quam etiam hoc tempore Neapolis prætulit: *Religiosi viri, quorum in adibus habitamus, repentino malo territi Crucibus, ac Sanctorum reliquijs armati, Dei misericordiam implorabant; omnes ad Templum pergimus, ibiq; effusis, multis cum gemitibus, lacrymis pernoctamus, Regina interim iunior nuda pedes, & inculta comas, & cum ea fœmineum ingens agmen, expugnata periculis verecundia, Regia egrediuntur, & ad Regina Virginis templum festinant, orantes veniam rebus extremis.* denique calamitas his verbis ostenditur: *Littus elisis, & adhuc palpitantibus refertum cadaueribus erat; huic cerebrum, illi præcordia fluebant; tantaq; mulierum erat eiulatio, vt maris, Cœliq; fragorem vinceret.*

Acta Synodi Neap. cōst. 66. Anno millesimo quadringentesimo quadragesimo institutum est, vt semel in mense ritè Ianuario patrono, propter singularia beneficia in hanc vrbem, recitarentur horariæ preces, fieretq; solemne sacrum. non quòd eo anno Vesuuius arserit, sicuti non quia in actis Agrippini itē Patroni, & Gaudiosi mentio fit de Vesuuio, iccirco dicendus est, eorum etiam ætate, conflagrasse. Nota. Ceterum in hac re illud sanè est animaduersione dignissimum, quòd in eo decreto de recolendo Ianuario certus dies statutus sit, *Mensis quidē Decembris decimus sextus,* in quem diem nunc incidit conflagratio, nempè vt est obliuiosa posteritas, ea honoris significatio iam erat abolita; itaque excitatum nuper ipso prorsus die incendium ad pristinam pietatem immemores excitauit. In eo decreto princeps inter Patronos declarabatur Ianuarius his verbis amplissimis: *Qui veluti stella matutina inter Angelorum agmina irradiat, & hanc Ciuitatem clypeo sedulò munit, ac protegit,* ita mortales, qui clarissimæ stellæ memoriam abiecerant, amiserunt in illa incendij fuligine Solem ipsum; sed clypeo certè ad præsidium spoliati non sunt.

Decimum sextum incendiū anno circiter 1900. Anno circiter millesimo quingentesimo, conflagrasse Vesuuiū narrat Ambrosius Nolanus, qui eo tempore viuebat; ac se oculatum testem fuisse dicit; nec verisimile est, eum fuisse mentitum, cū hoc recenti memoria scripserit, quamobrem potuisset ab omnibus facilè argui, cuius verba sunt lib. 1. cap. 1. *Nostra verò tempestate id ostendit Vesuuij caminus: triduo enim aerem teterrimum vidimus vsq; adeò vt cuncti mirantes compauescere cœperint; deinde è vbi deferbuit æstus, qui materiam extollendo omnia texerat, pluit cinere subrufo quamplurimo, quo cuncta velut niue tenui obtecta videbantur, neq; ille ignis extinctus protinus est; in vertice enim*

montis eius loca multa excauantur in rupibus, vt vaporaria fiant quò plerumque malè valentes Augusto mense ascendunt, vt per desudationes nimias solutis, exuctisq; articulorum humoribus curentur. adnotanda sunt illa verba, *aerem teterrimum vidimus*: non ait,hæc se audiuisse; licet aliquandiù procul à patria sit commoratus,sed vidisse. At obijciunt sericarium nescio quem in ceteris garrientem,hac in re mutum,cui potius fidem habent, quam doctissimo viro: item Tarcagnotam,qui ait,sua ætate extinctam ferè fuisse memoriam ardentis Vesuuij; sed cum Nola proxima Vesuuio sit,malim habere fidem,& Nolano ciui,& philosopho. Adde Fabium Iordanum, qui sic scriptum reliquit: *sub Aragoneis Regibus Vesuuius ingentes extulisse flammas, magnamq; cinerum vim efflasse traditur.* Potuit verò hic à Maioribus, ne dicam à Patribus rem accipere. *Passarus.*

Munsterus in sua Cosmographia narrat,Vesuuium conflagrasse etiam anno millesimo quingentesimo tricesimo octauo, vel nono, quod tamen neutro anno contigit in hoc monte, sed anno ex his,priore in agro Puteolano, vt rectè aduertit vir eruditus Neapolitanę Historiæ scriptor.deceptus est igitur loco:nimirum cum ipse longè hinc abesset. Quoniam verò illa conflagratio conuenit in multis cum hac Vesuuiana,& huic Vrbi proximus locus est, libet breuiter ea perstringere,quæ narrat Simon Portius vir doctus in primis eius ætatis; qui philosophiæ quoquè fontes aperit,præter illas,quas Astrologi superiores sequuntur caussas, stellarum videlicet conuentus, hoc est cum Saturno Martis certis in locis, ac Solis,Lunæq; defectus; nam & in hoc Vesuuij incendio illi, & magnũ vt vocãt, conuentũ astrorum anno 1623. mense Iulio factum, & hoc ipso anno 1631. Solis eclypsim ix. Kal. Nouemb. & horoscopum ipsum incendij suspectum faciunt. Sic igitur rem narrare aggreditur. *Fuit hac Puteolana Regio ferè biennio magnis terræmotibus agitata, atq; vexata;at verò V. & IIII. Kalend. Octob.perpetuis diebus noctibusq; terra commota est.* nos autem hoc incendium penè ex insidijs occupauit,ea tantùm nocte, quæ præcessit crebrius,sed leuius concussa tellure; tum addit illud mirum commune cum hoc tempore. *Mare passibus ferè ducentis recessit; quo quidem in loco ingẽtem piscium multitudinem accolæ caperũt.* sed illud prorsus horrendum. *III. tandem Kal. magnus terræ tractus,qui inter radices montis,quem Barbarum incolæ appellant, & mare iuxta Auernum iacet,sese erigere videbatur, & montis subitò nascentis figuram imitari; qua die, hora noctis secunda, ille terræ tumulus aperto velut ore, magno cum fremitu, magnos ignes euomuit*

Mũsteri lapsus confundentis incẽdium Puteolanum cum Vesuuiano anno 1538. I C. Capacius

muit; pumiceſq; & lapides, cineriſq; fœdi tantam copiam, vt quæ adhuc extabant Puteolis ædificia, operuerit; herbas omnes texerit; arbores fregerit; aues quoq; & nonnullas quadrupedes beſtias interemerit; qui quidem cinis ad LX. ferè paſſuum millia exhalationis vi proiectus eſt. Mons circa eam voraginem, & pumicibus, & cinere pluſquam millium paſſuum altitudine vna nocte congeſtus aſpicitur. Tùm aggreditur explicare cauſſas cùm terræmotus, tùm incendij, quæ quoniam à nobis pluribus declaratæ ſunt, quædam tantùm, quæ præcipua videntur; & ferè communia cum Veſuuio ſunt, colligam. primùm diſpoſitionem loci ad Incẽdium indicat. *Puteolana Regio vicina eſt mari, aquis calidis, & lutoſo ſulphure abundat. Montes habet, qui ad mare vſq; procurrũt, vbi cauerna multa, ac magna, caloris vim plurimam cohibent.* Deindè cum ex eo quæreretur, vtrum ignis ille in bitumine præeſſet, an potius exhalationum motu eſſet accenſus, reſpondet. *materiam quidem illã antea arſiſſe, quod aquarũ iuxta illam calidarũ ſcaturigines indicabant; ſed exhalationũ impetu, & exeundi vim, & incendiũ maius accepiſſe.* in hoc certè incendio Veſuuij tantam vim cinerum magna ex parte, tempore collectam credibile eſt, cùm eius viſcera ſẽper ardeant: putat autem, *cauſiã incendij eſſe exhalationes, quæ motu velociſſimo materiã bitumineſam in terra cauernis clauſã inflãment, atq; eã igne peruſtam magna vi propulsã eijciant*: cum enim ignei natura ſint ſpiritus, coërceri nequeunt: coërcentur autem, *vel à terra ſoliditate, vel à crebris imbribus, quibus terra meatus occludũtur, vel à uicino mari, qui tum frigore, tũ fluctu fumos illos in terra viſcera repellit.* Quòd autem in eo incendio cinis egrediens in vicinis locis ſiccior, in longinquis humidior cecidiſſet, hanc rationem affert; *Quòd primũ egrediens ab ardore ſiccior efficiatur; at verò cũ longius cadere nequeat, niſi prius in aëris mediã perueniat regionem, craſſior ibi, & humidior fiat, itaq; deſcendat.* tum quærit, cur nec fumus ſemper efflueret, nec fremitus exaudiretur; ſed ex interuallo? huius rei illud in cauſſa eſſe dicit: *Quòd primis diebus os voraginis erat anguſtum; flammã item illa ab intimis terra viſceribus proſiliens cum in procinctu, & voraginis ori proxima eſſet, magno cum fremitu erupit; deindè dum exhalationis altera pars à terra profunditatibus, ad os voraginis cieretur, non poterat fremitus ab ijs, qui longè erant, percipi.* De reſorpto autem mari, ſeu retroacto, quod nos etiam nuper adeò demirati ſumus, hæc habet. *Mare primum receſſit, quia exhalationes exitum quærentes terrã rareſecerunt; quæ veluti ſitiens aquam per ſuas rimulas hauſit, quo factum eſt, vt pars illa terra, quæ mari prius alluebatur ſicca remãſerit*

Simon Porti quid ſenſerit de incendio Puteol.

Cõparatio incendij Veſuuij. cum Puteol.

ſerit. Poſthæc cum ab eo quæſitum eſſet, quandiù duraturũ eſſet illud incendium, reſpondit, *hoc à ſe ignorari, nec ſciri aliter poſſe, niſi librata materia.* putauit tamen, breuius incendio Veſuuiano haudquaquam futurum Puteolanũ, cum totus ager ſulphureo bitumine ita plenus eſſet, vt haberet ignis ille aptã, nec citò defecturam materiam. Senſit igitur hic ſcriptor, ſulphureum bitumen eſſe materiam incendij; eſt certè ſulphur ad concipiendam flammam prõptiſſimum, bitumen ad fouendum etiam ignem, & ſua pinguedine alendum, diuq; ſeruandum maximè accommodatum. Porrò de prognoſticis hæc ait. *Ego cum Peripateticis dico, nullam præſenſionis iſtius certam eſſe cauſſam.* & mox. *nihil certi hac ſignificare præter ſiccitatem affirmo, cui frugum penuria ſuccedere conſueuit; quin & peſtem multis ante ſeculis accidiſſe accepimus. Aſtrologi inteſtina bella ſecutura prædicunt. corpora namq; ob ſuperiores ſqualores ita arſerunt, vt animus ad iram pronior ſit; ſed ex accidenti iſta omnia ſiccitatem ſequuntur.* Atqui in hoc incendio Veſuuij conſequuta hyems, etiam cum eluuie, ſuſpicionẽ iſtam ſuſtulit, & quanquam deinde æſtas torridior, & autumnus ſiccior fuit, tamen ſubſequuti poſtea ſunt imbres maximi, cum miro vitium prouentu. Nam quod attinet ad bella, ardent hæc potius apud Aquilonem, quam apud Veſuuij caminũ; initio verò eius incendij potius diſcordes antea, qui erant, animi compoſiti ſunt, & quæ inflammata erant odia, extincta. Addam ad hæc Simonis Portij dicta, nonnulla alia, quæ in hanc rem eadem ætate ſcripſit Petrus Iacobus à Toleto, quæ ad Veſuuiani incendij intelligentiam non parũ faciũt. Is retroacti maris alias quoq; affert rõnes, vel quòd littoris ſolũ vi ſpiritus intumeſcẽs ſe extulerit, eaque accliuitate relapſæ aquæ receſſerint; vel quòd vis eiuſdem ſpiritus per meatus euadentis, & erumpẽtis eas retroegerit. Fragoris verò cauſſas ita diſtinguit, vt eum, qui anteceſſit hiatũ, putet ortum ex tumultu ſpirituum concitatorum, ac terræ latera ſuccutientium: eum aũt, qui edebatur, cum primũ vorago patuit, ſpirituum impulſui tribuat, aerem in exitu verberantium; at qui ſubſequutus eſt incendium, eum editum putat, cùm ab iiſdem ſpiritibus debacchãtibus, atq; omnia permiſcentibus; tũ à colliſione ſaxorũ, quorum nonnulla bouis magnitudinem æquabant, quę in ſublime iacta cum decidebãt, alijs intercurſantia concrepabant: quamquam ego ſine nitro, & ammoniaco ſale huiuſmodi fragorem in incendijs fieri vix poſſe multis oſtendi; pręſertim cum hic ſcriptor dicat, fuiſſe ſimilem ei, qui editur è machinis bellicis, cũ pilæ exturbantur. Adde luctam, & pugnam contrariarum natu-

Petr. Iacob. à Tol. quid ſenſerit de incẽdio Puteolano

rarum,& facultatum in confusis elemētis,ac mistis varijs,quamobrem metuisse aliquando dicuntur: *ne mundus redigeretur in Chaos*. Quærit deindè, cur ignis ille non eodem semper modo efferuesceret; septimo .n. die in primis desæuijt. putat, id ortum ex vario siderum,& planetarū aspectu, quod certè proximè tribuendum potius fuit,vel vberiori materiæ ad incendiū promptę, in quam per interualla ignis incideret, vel certis ventis flammā exsuscitantibus,vt cōtingit in Aetna.De prognosticis verò existimat,cū terræmotus,atq;incendia sint à Natura, nihil aliud significare,quàm vel suas caussas;quæ maximè continentur illa clausorum spirituū lucta; vel effecta,cuiusmodi sunt in terręmotibus, ædificiorum ruinæ,noui fontium ortus,& quædam alia, ceterùm nihil portendere sinistrum,vel stabilitati regnorum,vel religionis cultui, quæ incommoda inter cætera minari Mathematici solent;imò ex ea Puteolani agri cōflagratione hoc potius ipse præsagit;cum iàm liberior spiritus telluris hiatum, atq; exitū nactus esset, illam diù quietam futuram ; ob ignem verò effusum(addere potuit vim sulphuris) incolas puriore iam Cęlo saniùs victuros;nisi fortè,quia noui montis obiectu maris aquæ in Auernum deinceps lacū influere non possent,nec eius virus corrigere,aëri corruptio consequeretur.Sed horribile prorsus est,quod hic scriptor addit.ait enim,se magnopere vereri,nè ēt hic mōs, siuè collis,qui imminet Neapoli arce Hermite nobilis, vnà cum vicini ignibus clam sub terra serpentibus (quippè inter Cumas, & Vesuuium est positus)aliquando voraginem aperiat, atq; hanc vrbe illustrem gloria,faciat etiam flamma,ac Parthenopes cineri ini ciat suum, & quamquam nulla apertè apparent hic vel sulphuri vel bituminis vestigia,tñ quid penitùs sublateat,ignoramus.cert ad Lucullanum, vt scribit Maranta in epistola ad Paulū Mon chum,aquæ scaturiunt,quas ex ferri venis prouenire dicit, ideo adstringendi vim habere,atque acidas esse, at ex non insigni a striction minimam aluminis partem permisceri affirmat ; qu propter latentem in eo colle,ac toto tractu ignem subesse cense sed & hic collis Lucullani castri,& mōs ille cū Hermite arce c tenti sint ignibus,quos subindè è tormentis æneis iaculātur,pr ter eos,quos hic aliquot ante annis explosit, cùm illapso in py pulueris cellam fulmine,non sine clade detonuit. Deniq; non cat admiratione,quod in Puteolano illo incendio contigisse n rat M.A.de Falconijs,eius historiæ scriptor; fumidā videlicet bem,atq; cineream,quæ inde se efferebat, Vesuuium versus in dere solitam cursum, quo indicio putat,cognata esse ambo h inte

An metuendum sit nè aliquando erumpat incendiū in Neapoli.

M. Ant. de Falcon opin. Nota.

inter se loca conceptaculis igniũ,nisi dicamus,ea re significatum, erupturũ inde post exactum ferè sæculum simile in multis incẽdiũ,quanquam longè horribilius,atq; immanius; sed nimirũ ductores,& arbitri nubium venti sunt. Narrat præterea idem scriptor, ex illo noui montis cratere erũpere visas igneas veluti trabes ingẽtes,quemadmodum ex hoc Vesuuio vidimus; columnas itẽ igneas,quæ tñ ædificiorum casum, atq; excidiũ minarentur. Cinerem quoq; rarefactum,ac luti instar depluisse Neapoli, eũq; imbrem hinc ad Vesuuium fuisse nube delatum. Visas quoq; ardere flammas inter vndas;Mare ipsum resorberi,vel retrahi;idq; contigisse ante incendium decem ferè horas, quod nuper apud nos non ante patefactum montis hiatum contigit,resorbentis videlicet,attrahentisq; quasi per fistulas mare, vt repleretur inanitas;quod ille tum factum putat,fatiscente tellure vi spirituũ quassantium;eas aũt aquas,partim igni fuisse consumptas; partim in puteos deriuatas,qui statim inuenti sunt pleni; partim vnà cum cinere in sublime proiectas,hinc lutum illud depluisse; quod etiã fieri potuisse dicit, eodem cinere in superiore aeris regione humefacto,vel ipsi pluuiæ commisto. huiusmodi fœdum cinerẽ excepit nuper Vesuuij regio Natalitijs Christi maximè,immortalitatis auspicijs versis in omen funeris. Multa deindè ille disputat de terræmotu doctè satis; sed ea de re pleni sunt libri, plenæ sapientium voces,in primis Aristotelis,atq; Senecæ. vellẽ plura de incendio.Placet verò,quod negat, hæc, & similia, quæ à Natura pro ueniunt,propriè dici portenta, atq; prodigia; idq; Augustini auctoritate confirmat, qui Varronis definitione sic vtitur, vt non tàm ijs,quæ contra Naturam accidunt,quàm ijs, quæ supra Naturam,ac futurum aliquid significant,nomen illud conuenire dicat,vulgò tñ appellari prodigia,quæ rarò fiunt, etsi in Natura sint multa,quæ maiorem excitare deberent admirationem,cuiusmodi sunt Solis,Lunæq; defectus, sed eam sustulit frequens aspectus.Terręmotum igitur,atq; incendiũm hic scriptor ad ea tantũ extendi putat,ad quæ efficienda vim à Natura sortita sint, in cętera verò tm̃ incidere,atq; incurrere. Tùm pestilentiæ suspicionẽ vel ex eo tollit,quòd qui extinctas aues,ac pisces comederint,nihil inde incommodi perceperint, secus quã in Liparensi olim incendio,acciderat; quæ coniectura etiã hoc tp̃e nos metu liberat, igni præsertim aerẽ corrigente. Neq; verò metuẽdũ ait,nè nimia siccitate,aut agri exarescerent ad fruges, aut animi exardescerẽt ad bella,cum hiems statim & imbres consecuti essent: quæ ratio nos etiam consolatur. Sed in eo incendio Puteolano illud in pri-

August. 20. de Ciu. 8. 22. & 26.

d 2 mis

Mellitus liquor in incend. Puteol. *Brasauola.*

mis admirationem videtur habere, quod Antonius Brasauc Medicus Ferrariensis, qui tùm eius artis laude florebat, cũ il. incendij fama commotus Puteolos appulisset, vidisse se nari nempè circa Cumanum agrum se offendisse pueros, qui panis fas studiosè admouerent frondibus arborũ, tùm eas auidè in ingererent; cumq; rem admiratus quæsisset ex illis, cur ita fa rent, pueros respondisse, se mellitum inde succum elambere; qu ipsum hoc tempore in Vesuuij regione contigit. tenuatus .n. a atq; digestus halitu illo igneo, atq; sulphureo rorem mellitum reliquias arborum apud montis radices expressit, qui videlic antea amarissimas ex oculis lacrymas expresserat, licet hic quor, si cum illo certet, Deo Iudice, suauitate præcellat.

Danielis Barbari error de incendio anni 1568.

Scholiastes Vitruuij Daniel Barbarus, qui Cardinali Granuel no opus dicauit, nec multis ante annis diem suum obijt. prop. hæc habet. *Vesuuius sæpiùs arsit maximè sub Tito; sed me scr. bente, ac typos corrigente allatum est, incendium vsque ad decem millia passuum tanquam fluuium excurrisse, & exustos pumici ad sexium pedum altitudinem reliquisse*; typos autem corrigeb anno millesimo quingentesimo sexagesimo octauo. terræmc tus tantùm circa hæc tempora fuisse legimus. Sed arbitror aliquem hoc ei de incendio imposuisse, vt sunt, qui scribũt, auid rerum nouarum, quas operi attexant. nec mirum, nam & in ho nuper incendio nobis ipsis, qui penè ad radices Vesuuij sumus multa imponebantur, vt propterea non pauca consultò præter miserim, prodigijs similia, minimè omnium vulgò credulus; neq .n. in tanto Naturæ tumultu rumorem sequutus sum, sed famã; ac testibus vsus in primis oculis.

Decimum septimum anni 1631.

Deniq; hoc incẽdiũ, quod nuper contigit anno millesimo tricesimo primo, qui concursum malorũ cõsiderauerit, hoc est diuturnitatem illius, coniunctam eluuiem, ac cetera quæ enumerauimus incommoda, facilè constituet, esse tempore vltimum, calamitate primum. Decies igitur, ac septies conflagrauit Vesuuius, præter ea incendia, quę nobis ignota, & quę leuiora singulis ferè annis consecuta sunt illud sub Tito. Quod si addas mugitum semel, atq; iterum editum, ac terræmotum in eius montis regione Neronis ętate, quæ fortasse etiam inchoata quędam incendia dici possent, & leuiores quędam quasi pugnantium spirituũ velitationes, vicies vel exarsisse, vel sęuijsse videbitur. Iam hoc vltimũ incendium non est cur pluribus prosequar, cũ satis multa dicta sint decem libellis. tñ hic ad absolutã, perfectamq; cognitionem; Ephemeridẽ dabo. obseruata verò sũt ea, q̃ dicã, partim à nobis Neapoli, partim ab ijs Patribus nostri ordinis, q apud Vesuuiũ commorantur.

EPHE-

Ephemeris Vltimi Incendij excitati Anno XXXI. sæculi xvj.

XVII.Kal.Ian.Imminentem cladem præiuit noctu creber terræ tremor circa Vesuuij regionem maior quàm Neapoli; quem motum haud dubiè intus accensi, & interclusi spiritus ira faciebat.Tum decimatertia circiter hora primùm infra verticem ex eo latere, quo per subiectam planitiẽ Vesuuius vergit ad mare, nouũ vulnus patuit. initio nubes in pini modum se extulit,mox in immensam altitudinẽ subuecta omnia operuit.aër, qui purus erat,ac liquidus,repentè inhorruit:concreti nubiũ,ac fumi globi cœli speciem confuderunt, ac toti viciniæ primùm obductus crassæ caliginis squalor insedit, prænuncio incendij sulphure.Iã adulto die audiri mugitus immanes, cõcrepare omnia,quasi sonitu ruinæ montis.Fenestræ in primis vitreæ horribilem in modum instrepere,atq;concuti,nullo impulsu ventorum : nubes tonitruis,ac fulgetris perstringere aures, atq; oculos : offundi post meridiem tetra caligo obstupefactis omnibus prodigio, in primis exteris,qui mali fontem ignorabant.accenderunt multis in locis ellychnia interdiu, vt se dignoscerent.eodem ipso die cinis multas Italiæ vrbes longè discretas occupauit, extremam peruasit Apuliam,Barium tamen antequam Lupiæ ,quæ lõgius distant,cinerem excepit:venti putantur in caussa fuisse.Samniũ, & Picenũ fragorem accepere,non cinerẽ. seriùs hìc Neapoli pluit noctu,quem consecutus imber statim diluit. fuit autem varium genus cineris, color itẽ varius; pellucidis laminulis alicubi mistis eius lapidis,quem Arabes vocant Talch: multis in locis etiã arena pluit. ponderosus ferè fuit cinis,& quasi chalybeus,is maximè,qui noctu pluit,nimirum humore, ac frigore densior, quidam et bitumine adstrictus,& concretus in massam. eodẽ quoq; die,& sequenti in multis Italiæ locis,in Apulia præsertim,in Magna Græcia,in Vmbria fragor auditus horribilis,simillimus ei , qui è machinis bellicis,cum pilæ exploduntur,editur. Samnites Nicatem montem mugijsse suspicati sunt,Dalmatę Turcicã classem committi cum nostra;qui fragor,non tã horrendus intonuit Neapoli,quàm in remotioribus locis,ventis v3.eũ deferentibus, & nitrosis spiritibus intra nubem luctantibus , atq; in ipso cursu exardescentibus,vt fit in tonitru.Ipsa verò nocte, quæ eum diem est consecuta,tàm horribiles mugitus,& quasi tonitrua audita;tã crebrò,ac vehementer terra mouit, vt eam noctem vltimam , ac sempiternam putaremus.

XVI.Kal.Ian. die Mercurij paulò ante meridiem hoc est hoi
ferè decima ſeptima,poſt horribilem terręmotum,vetus Veſuu
vorago patuit dirupto cratere, è quo infinita vis cineris erupi
texit is Adriaticum mare,Aegęum, & vt quidã narrarunt,pont
ẽt Euxinũ.eiuſdem cineris pondere, & lapidum imbri,Nolanæ i
primis Vrbis,aut depreſſi,aut comminuti ſunt imbrices.cinis im
menſus alicubi,& feneſtras ædium æquauit, & tecta. Tum igne
quaſi torrentes effuſi immiſto bitumine alij alijs excurrere di-
uortijs,more anguium,aut fulminis obliqui: incenſi agri, euerſæ
domus,templa diruta,nè veſtigijs quidem relictis. villæ,pagi,op-
pida triginta,& eo amplius,aut magna ex parte vaſtata,aut planè
deleta.greges plurimi,armenta multa oppreſſa: tria,vel quatuor
hominum millia varijs in locis extincta ; ſemiuſtulati non parui
in ipſa fuga.In Herculanum maximè,oppidum celeberrimũ,atq;
Pompeios turbo ille deſæuiit. Tum cinerei torrentes in mare cũ
infinita materia deuoluti,intra horæ ferè dimidiũ (rem ſanè mi-
randam)nouam plagam maritimam, quæ ad quingentos alicubi
paſſus excurrit in mare,relictis in continenti ſcopulis , toto ferè
tractu à Reſinenſi ad Pompeianum vſq;ingenti mole effecerunt.
Inter hæc horribili ſpectaculo mare ipſum,cuius non minus cra-
ter,quàm montis ardebat,ſubitò reſorberi , vel retrahi à littore,
toto penè crateris ambitu Surrentum vſq; ad trecentos alicubi
paſſus,& eò amplius,nauigijs in ſicco deſtitutis,atq; haud dubiè
perituris, niſi mox à Veſuuio, qui prodigioſè illud exhauſerat,
redditum fuiſſet, & cum impetu etiam præter littus refuſum . ni-
mirum Natura inanitatem infenſiſſimam Vniuerſitati rerum ar-
cente;poſt infinitæ materiæ effuſionem, aquis quaſi per fiſtulas
montis per occultas ſpecus attractis,ac tantiſper detentis,donec
laxato, aut intruſo aere proprias remitterẽtur ad ſedes;euomuit
autem eos fluctus Veſuuius vnà cum viſceribus ; quod teſtaban-
tur non modò immenſa vis arenæ,ſed recentes oſtreæ , atq; con-
chylia. ita Incendium conſecuta , ſiuè comitata ingens eluuies
eſt,coniuratis aquis marinis,& pluuialibus,& nouorum fortaſsè
fontium, vt fit in terręmotu ; obſtructis autem aquæductibus,&
foſſis æquatis,vel arena,vel cinere; terra quoq; durata bitumine,
nec aquas reſorbente.igitur inundauere torrẽtes ad palmos ferè
quindecim elati;ſecumq;immania prorſus,& enormia ſaxa,auul-
ſaſq;radicitùs proceras arbores rapuere. hac eluuie factũ,vt re-
liquiæ agrorum,& oppidorum,quæ ſuperfuerant flammis , latè
vaſtatæ ſint,atq;demerſæ.Porrò poſt patefactum os voraginis,nõ
ita vehemẽtes,atq;horribiles,nec ita crebri cõſecuti sũt terręmo-
tus

rus,ſpiritu v3.libertatẽ iam nacto. Ceterùm in illo turbine videtur quodámodo ignis reueritus nõnulla Templa,in primis illud magnæ Dei Matris Virginis ab Apuliano dictę,apud montis radices ſitũ;torrẽte cineris aliò flectente curſum,& ſtantibus parietibus inter immanes terręmotus, cũ careret eo pſidio, qͅ habuit Dianæ Epheſiæ Tẽplũ, *quod in ſolo paluſtri fecere, nè terręmotus ſentiret,aut hiatus timeret,* torpẽte v3.in huiuſmodi locis ſpiritu ob craſſitiem. Inter hæc ad auerruncandam Dei vltoris irã quotidiè ſupplicationes indictæ,magna cũ ſignificatione pietatis,ad delubra,& aras Cœlitum;ex quibus Ianuarium in primis Apotropæũ,& ἀλεξίκακον huic Vrbi pſtò fuiſſe nemo eſt,qn fateatur. Plinius. P. Iac. à Tol.

XV.Kal.Ian.fremere Veſuuius,eiaculari flammarũ globos, & lapides;ardere mare;tellus concuti.interea rumor ſpargi, vel ad veſperam, vel certè intempeſta nocte Neapolim funditus ruituram;omnia confundente metu.

XIV.Kal.Ian. Veſuuius tantiſper viſendi ſui aliqua ex parte copiã fecit;q iã mole depſſior,ac penè alter obſtupefactos aſpectu tenuit; attollebat tñ quã altiſſimè nubẽ.at verò terra ppetuò in ſuperficie motu vibrare, vt fit colliſione aeris in tonitruis, & exploſione pilarum in machinis bellicis: interdũ tota mole immanius concuti. Videtur aũt Neapoli, ac ceteris in locis ppinquis terręmotus extitiſſe ex conſenſu cũ Veſuuio, ob commune partiũ continentis inter ſe nexũ; ac ppterea vehementius in vicinia,quã in Vrbe trepidabatur. Eodẽ argumento deuoluebatur ad nos ferè vnà cum motu fragor è monte tanquã è mali fonte profuſus,ac porrò ferebatur ſpatio decreſcẽs;vterq; aũt cum ibi leuior erat,vt poſtea accidit, antequam Neapolim pertingeret, euaneſcebat. quòd ſi quis terræmotus in locis, quæ longius diſtant,fuit,is factus videtur ob continuatos, ac ſibi conſentientes terræ cuniculos; per quos è Veſuuij ſpecubus inito curſu concitati ſpiritus permeantes eò ferebantur.

XIII.Kal.Ian.Noctũ ingens terræmotus regionẽ cõcuſſit,paulò ante auroram horribili procella omnia permiſcente.

XII.Kal.Ian.Iterũ concitata procella cum turbine, magna vis ventorum incubuit fluctuante adhuc terra, tectiſq; nutantibus.

XI.Kal.Ian.Tanta vicinis oppidis, ac Nolanæ in primis Vrbi offuſa caligo eſt ex tetra Veſuuij nube, vt alter alterum lateret.

IX.Kal.Peruigilio Natalis Chriſti ſub meridiẽ penè nox oborta,tãq;horribiles alicubi fuere nimbi pſertim ad Aqlonẽ verſus, vt emortualem potius timerẽt multi, quàm Natalẽ ſperarẽt diẽ. eluuies quoq; Nolanos agros latè vaſtauit.

VIII.

VIII.Kal.Ian. Natalitijs ipsis Christi circa Vesuuij regionem alijsq; nōnullis in locis pluit cinis, timueruntq; Mundi occasum in eius ortu, qui ipsum condidit. apud Vesuuium verò lutum pluit,fœdato pulcherrimo dierum.

VI.Kal.Ian.Vesuuius,vt in omnibus Aetnam imitaretur, canduit niuibus,sed fumo pariter teter, ac niger.

IV.kal.Ian. Ante auroram atra tempestas cũ horribili fragore intonuit;ingentem aliq̃ rupem intra Montis caminũ præcipitasse coniectura fuit,quo tpe, cũ fulgure igneæ veluti trabes duę visæ è Vesuuij vertice intentari,quarum altera Maranum versus, (pagus est supra Neapolim) altera in mare cũ impetu ruit;mane iterũ mōs cooptus est niuibus,nec tũ sine fuligine in altũ euecta.

III.Kal.Ian.Sub auroram tellus intremuit crebro motu,& vehementi.consternata metu Neapolis pacẽ à Superis expoposcit.

Prid.Kal.Ia.Nec vltimus anni dies immunis periculi fuit,procella noctũ concitata horribili circa Resinã maximè, & Octauianum; è Vesuuio eruperunt aquæ præcipites; eructauitq; eodem ferè tempore cum fumidis vorticibus flammas.

Anno XXXII. sæculi XVI.

Kal.Ian.strenas de more deditVesuuius sequenti nocte,cinerẽ vz.magis tũ igne digestũ, ac tenuatum,iteq; toto eo,qui cōsecutus est,die.

VIII.Id.Ian.Pro thure,ac Myrrha,quę obtulerunt eo die Reges, Vesuuius sulphuris suffimenta obtulit, ac bituminis.

VII.Id.Ian.Intempesta nocte tellus intremere non ante desijt, quàm albesceret dies.tũ ignea veluti lingua,& vibrans in hospitiũ,ꝙ Quercus dicitur,incidẽs decẽ,&octo ferè hōines absũpsit.

V.Idus Ian.Cum ignei quasi Cometæ specie mōs arsisset,mox tam tetra se extulit nebula,vt ab orto,vel sepulto potius statũ die ad meridiem tota vicinia tenebris inuolueretur.

III. & pridiè Idus Ian. Vulgò rumor iterũ increbuit, fore, vt Neap. subsideret,ꝙ Mathematicus q̃dã vaticinatus fuerat.vbiq; eiulatus,vbiq;imminẽtis exitij metus, & mortis imago non vna.

Non.Febr.Ea nocte, quæ præcessit sacrũ Agathæ diẽ, excitata ingẽti procella, tellus intremere,Mons infremere, nouas flãmas euoluere,bitumen euomere.Abellæ montis quoq;fontes intumescere, quibus cum maximo imbri iunctis tota Regio demersa, multa ædificia diruta.

Idib.Febr.Bis concussa immaniter tellus est, &, quod non sine horrore visum, punicei,ac rufi è vertice cineres erupere.

XI.Kal.Mar.Adhuc Vesuuius mugire,bituminis vim emittere atq;sulphuris,quassari tellus.

IX.

IX. Kal. Mar. Vſq; ad Kal. ipſas niue multa conſperſus Veſuuius tamen ardere non deſijt.

V.Non.Mar.Cũ noctù maximi imbres, ac turbines cõcitati eſſent, rupibus in voraginẽ Montis actis in præceps, teter ſulphuris odor finitimos perculit,ꝙ potiſſimũ accidit,quoties molibus oppreſſa collabentibus aſpirare flamma liberè nequit.

Prid. Id. Mar. Noctù tellure concuſſa,igneam è voragine trabem erumpentem Oppidani metu conſternati viderunt.

XI.Kal. Apr.cõmota bis tellus vehementius circa Veſuuij regionẽ. iterũ igneo veluti doceta mõs exarſit; eo die tã tetro ſulphuris odore hìc in Vrbe ſumus afflati, vt illuc medicæ artis periti miſſi ſint, qui cauſas ſagaciter odorarentur.

Apr.menſe ver illud Campaniæ, vbi effloreſceret, vix habuit;agris .n.exuſtis,aperire ſe terra non potuit,fruſtrà infractis aratro ſuperioribus glebis, obdurata vȝ.multo bitumine erat, atq; arena oppreſſa. à frugibus quidem feriata in otio fuit, ſed tamen laborauit motu: vicinia in primis Veſcui.

Fuit hoc Aprili menſe,itemq;Maio tellus durior,ſed cœlũ mollius. prodigium exiſtimari poſſet,niſi Philoſophis penitùs eſſent perſpectæ Naturæ opes,& ſulphùrei halitus vires,calore,ac ſiccitate aerem digerentis;argumẽto ẽt agri Puteolani, vt aliàs dixi. enimuerò in tot, ac tantis exitijs, recenti adhuc vulnere, ſuauiſſimus in ſuperſtitũ arborũ frondes depluit ſuccus circa Veſuuij regionẽ.rẽ accepi à viris doctis, q̃ eũ deguſtarunt:ſimilẽ fortaſsè dixiſſes liquori,quẽ nationi Hebræorũ Cœlũ propinauit,niſi ille repoſitus in vrna fuiſſet aurea,vnà cũ florenti virga;hic aũt in vrna cinerum defloratæ Campaniæ.

XIII.Kal.Maij,Hic dies incidit in triũphũ magni Liberatoris noſtri in Cœlũ euecti.Idẽ quodãmodo triũphalis fuit Ianuario;nã ſupplicatio ei eſt indicta cũ põpa;perturbare hãc Veſuuius conatus eſt,ac diẽ, quo ĩmortalitas nos excepit,fœdare cinere.Mugitũ ẽt edidit cõcuſsa tellure,effuditq; rurſus,quamquã minore cũ impetu,cinerẽ. Exterriti primũ Oppidani coniecere ſe in fugã,ſed ſtatim cõpoſita oĩa.Interim Neapolis aſſueta Ianuarij præſidio contẽnere Veſuuij minas,inſtitutã põpã producit.illic viſebatur in triũpho reuiuiſcens Deus,hìc viuidus ſanguis,& quanquam huic vnus erat deuictus hoſtis,ignis;is tñ infinitis copijs poterat immanitate præponi,quippè,qui momento penè tẽporis Campaniam deuaſtarat.

Kal.Iun. Noctu Veſuuius, ac tota regio intremuit; iniectus ẽt erat metus,qui paulò ante,de cinere,ſed omen præuertimus. inauguratum eſt .n. eo die noſtrum,ꝙ hìc habemus coniunctum Lyceo templũ ſanè perelegans,inſperſo ritè pauimento cinere: acta res eſt ꝑ purpuratum

e Præ-

Præſulem huius Vrbis;inſcripta ſunt in ipſo cinere elemẽta Grecan longè diſpari ſtylo, quã quo Græcanici nominis oppidũ deſcripſim cinere ſepultũ.adhibitũ thus,oleũ,ſal in dedicandis aris,ac tẽplo,co tra q̃ in Veſuuio factũ,q. ẽt dictus eſt *Ara,in qua ſuffimenta.ſiuè th miamata ſint omnis generis,* nã apud ipſum ſulphur pro thure fuit, pro oleo,illud incendiariũ, quod è petris effluit, nec deeſt illi ſal ar moniacum,& ſimilia . inſperſum eſt quoq; aris, ac templo ritè meri atqui hoc tantùm caret nunc (quis credat ?) Veſuuius.

X.Kal.Iul.Noctu nõ multò ante aurorã mugire tellus; vehemẽtit cõmoueri(eſt aũt Veſuuio ſolẽne terræmotũ declarare mugitu) nut: re tecta,atq;parietes.Iterũ inclinante iam die motus excitatus,q̃quar leuior.admonuit nos religionis,ac pietatis ; quippè is dies ſacer era Paulino.atqui legimus,cùm ille animã exhalaret, tot antè ſæculis, e ipſo die ſubito motu concuſſam fuiſſe tellurẽ,quæ ſenſũ quodãmod doloris expreſſit,in morte eius, quo gauiſa fuerat colono purpurato Senatoria v3.trabea in lacernam,lituo pontificio in raſtra mutatis .

VII.Id.Iul.hora circiter noctis exacta,leuiter Neapoli mouit tellus

Pridiè Kal.Aug. duabus circiter horis ante aurorã Vrbs grauite: contremuit.incuſſit tñ is motus,nõ magis metũ,quã religionẽ;quipp hic dies ſacer erat Ignatio parenti noſtro ſanctiſſimo ; venit igitur ir mentẽ eius terræmotus, qui accidit,cũ primũ ille nouas viuẽdi rõnes inſtituit,concuſſa domo,vitreiſq;feneſtris effractis,quo motu iam tum cœpere fana Deorum euerti,atq;Hæreticorum pergama labefactari, ſocijs ad tantarum rerum molitionem accerſitis, & coniuratis.

XIX,Kal.ſept.cùm pridiè concitata ſubitò procella,atq; ingens imber reliquias infelicis Campaniæ obruiſſet, peruigilio ipſo Aſſumptæ in Cœlum Dei Matris ſub noctem terra mouit.Solent .n. poſt magnos æſtus effuſi imbres id efficere, obſtructis .ſ. terræ rimis , vt ſpiritus euadere nequeat.

Sept.menſe crebriores fuere terræmotus,ſed in Vrbe leues, plerũq; noctu,in primis XV.Kal.Octobris, nec mirum Autumni tempore hæc accidiſſe,vt Phyſici norunt .

VI.Kal.Octob.bis terra mouit ſemel occumbente Sole , iterum nocte concubia .

V.Kal.Nouẽb. cũ eſſet Cęlũ nubilũ,ac pluuiũ, teterrimus odor ſulphuris hãc Vrbẽ afflauit,non ſine graui mephiti,vt proinde nonnullis inijceretur de peſtilẽtia ſuſpicio , ſed ſolabatur ſuo nos auſpicio par fratrũ,q̃bus is dies ſacer eſt,nõ ſolũ pietate,ſed medicinę arte pſtãtiũ.

VIII.Non.Octob.intẽpeſta nocte vehementius tellus mouit.igneam facẽ inſtar Cometæ noctu ſupra Veſuuium multi ſe vidiſſe teſtantur, quæ fortaſsè oſtenta fuerunt accensarum expirationum .

VI.

VI.Kal.Nouemb.Luna defecit,dira ex Astrologis quidā minabātur, in primis ingentes terræmotus,quos,incipiente Luna deficere,fieri solere dicit Arist.sed cū interdiù è vasto cratere magna vaporū,expirationumq; vis,densa cum nube,se foras extulisset, intus lucta non fuit.

V.Idus Nouemb.hora post Solis ortum, terra mediocriter mouit.

XIII.Kal.Decemb.horis ante auroram ferè duabus, magna repentè commotio facta,nec statim resedit terra;alij,sed leuiores motus subsecuti.flante per hos dies Aquilone,densas extulit nubes Vesuuius, hoc verò die densissimam.

III.Kal.Dec.Circa Vesuuij regionem tam tetra caligo est offusa, vt imaginem referret fumi,qui primùm erupit.

IV.Non.Decemb. frigido aere,sub auroram terra leuiter apud nos mouit,sed metus iniectus non leuis, quippè anniuersaria dies appetebat incendij,ac verebamur nè Vesuuius iterū aliquid mali parturiret. erat is dies Francisco Xauerio sacer. itaq; montis iactatio in mentem reuocauit, cùm ille terræmotibus, qui in Indica regione sunt maximi,ad percellendos Barbarorum animos vteretur.

VI.Id.Decemb.sub auroram subitus fuit tremor terræ:is dies Conceptæ Virgini sacer est.hoc est illucescenti Auroræ. motus is nobis significare visus est,quantum illa tum Erebo terroris incusserit.

V.Id.Dec.Iterū cōmota noctu,& vehementiùs tellus.excussus sopor, incussus metus,nè eadem,aut simili calamitate annus se reuolueret.

XVII.Kal.Ian.Fuit hic dies in summa oīum expectatione, vel metu, quippè anniuersarius incēdij. ergò noctu horribilis excitata procella est,quā præiere fulgetra.consecuta immania tonitrua, & crebri fulminū ictus. post hæc Vesuuiana regio omnis intremuit.per diem sulphurea mephitis,ac teter odor Neapolim quoq;perfudit:instituta supplicatio,& grates actæ Ianuario apotropęo:atq;hic annuus orbis est Vesuuij deflagrati.

Anno XXXIII.sæculi XVI.

Kal.Ian.Fuscū Cęlum,ac ferrugineū fuit. sub noctē Vesuuius odore sulphureo afflauit Vrbem, qui superiore anno ijsdem Kal. cinerem dederat.nempè huiusmodi sunt Vesuuij strenæ.

III.Nonas Febr.qui dies sacer est Dei Matri Virgini ritè lustratæ, sub auroram tremor terræ prolixior in Vrbe fuit.

IX.Kal.Martij,Vulcanus non tam in Vesuuio sæuijt,quā in Aetna; ad cuius radices oppidū decem ferè millibus passuum ab vrbe Catina distans non multò ante auroram subito terræmotu corruit, non sine incolarum strage miserrima.

IIII.kal.Martij circa meridiem iactati sumus motu non leui.

kal.Martij noctu tam ingentes,& crebri terręmotus Vesuuianam in

primis regionem cõcusserunt, vt exterriti ex oppidanis multi fuga ſibi consuluerint;cùm pridiè eius diei Neapolis leuiter tremuisset,quasi primas iactante hastas Vesuuio.

V.Idus Martij teter halitus sulphuris, ac bituminis è monte circũquaque diffusus.

X.kal.Aprilis,quo die parentare ritè cępimus morienti Deo,Vesuuius anteuertens prodigiorum memoriam, quæ in eius morte cõtigerunt,terræmotu facto renouauit.

VI.Id.Apr.Solis deliquiũ fuit,ludibrio fuere quorũdã Mathematicorũ minæ,qui Solis extincti,rursus Vesuuiũ accẽdẽdũ vaticinabãtur.

V.Id.April.adulta iam nocte,circa Vesuuium grauiter terra mouit, itemq; pridiè idus.

IX.& VIII.kal.Maij,apud Vesuuiũ bis terra mouit,semel vehemẽtius.

VII. & VI.kal.Maij inclinante iam die,ora Vesuuij primùm leuiter, deindè grauiter tremuit.

Pridie Non.Maij ibidem noctu mouit mediocriter tellus.

VII.kal.Iun.sub Solis occasum, cum Vesuuiũ contẽplarer,ac mirarer mitiorem iam factũ,repentè concussa tellure,fumida ex illius cratere se nubes erupit,conuoluta fumi globis.

VII.Id.Iunij post meridiem,in regione Vesuuij terræmotus ingens contigit,quem consecutus est alter leuior, cuiusmodi etiam præcesserant IIII.& III.Nonas.

XVII.kal.Iulij circa eandem regionẽ mouit semel,atq; iterũ tellus.

VI.kal.Iulij mane tanta contigit apud Vesuuium terræ concussio,vt incolæ meditarentur fugam:paulò post mons immugijt; trepidatum etiam Neapoli eodem tempore non leuiter.

IV.kal.Iulij post Solis ortum,in Vesuuij ora sæuus fuit terræmotus, mitior VII.idus.

Pridiè Idus Augusti post meridiem Vesuuij regio de more contremuit,itemq;XVII.kal.Sept.at verò XV.& XIII. tetro odore sulphuris, ac bituminis est afflata.

III. kal. ipsæ Sept. non sine terræmotu circa viciniam fuere, nec is,qui consecutus est dies.

Pridie Non.Sept.post meridiem Neapoli semel, atq; iterum, tertiò verò vehementiùs terra mouit. deinceps aut vix, aut nihil in Vrbe trepidatum.

XIV.kal.Octob.hoc est peruigilio S.Ianuarij,Vesuuius cum vicinia se commouit,sed hostem veritus victorẽ,leuiùs. ac diu postea quieuit.

XVII.kal.Ian.alter hic fuit anniuersarius dies incendij.teterrimus odor sulphuris, ac bituminis viciniã afflauit; quod contigit anniuersario superiore,vt videretur hęc quædã quasi morbi reuoluta periodus,

Anno

Anno XXXIV. Sæculi XVI.

VII.Idus Iun.poſt longam quietem,ferijs eſurialibus ineuntis æſtatis,tendente ad occaſum Sole, tellus mouit, Neapoli quidem leuiùs, circa Laurinium oppidum non longè admodum à Veſuuio vehementiùs. in cauſsa fortaſsè fuerunt imbres crebri, & maximi, qui terræ meatus obſtruxerunt,quamobrem ſpiritus exitum eluctabantur.

Deniq; præſens Veſuuij ſtatus hic eſt. Reuiruit nonnullis in locis; in multis tamen herbeſcens viriditas ferè nulla, tùm propter arenam immenſam, tùm propter boum penuriam, vel obrutis incendio armentis,vel paſtu deſtitutis;arborum tamen,quæ ſuperfuerunt, ac vitiũ maximè fœcunditas mira. Offringuntur interea glebæ; effoditur tellus ferro,quo item refricantur cicatrices ſuperiorum vulnerum, quæ accepit hæc regio; quippè cum è ruderibus exuſti lapides, ac bituminati vnà cum cinere,atq; arena eruuntur, veterum quoq; incendiorũ occurrunt horrenda veſtigia.Ceterùm Veſuuius fumum adhuc egerit, qui cùm vapor eſt ex aquis præſertim vicini maris, quas intra ſpecus calore reſorbet;tùm halitus è ſulphuris, ac bituminis potiſſimum venis attractus: hic magis attollitur certis quibuſdam ventis flantibus, vt fit apud Aetnam Euro,& Africo. Sæuire tamen Veſuuius penè deſijt,ac minari; &ſi qui proximè habitãt, audire ſe ſubinde dicãt quoſdam quaſi ſuſurros,ſpirituum videlicet, qui reliqui ſunt,obmurmurãtium; iugum tamen montis excutere vix queunt, comminutis viribus, & copijs iam diſſipatis.

FINIS.




INDEX QVAESTIONVM

Præsertim Physicarum de Incendio Vesuuij, quæ in toto hoc Opere continentur.

42 An

Finis Indicis Quæstionum.



INDEX ERVDITIONVM
ET ALIARVM RERVM NOTABILIVM,
quæ in toto hoc Opere continentur.

f 2 De.

Finis Indicis Eruditionum, &c.

Laus Deo, Beatæq; Virgini Matri 1634.

